b In secunda dicit primo ꝙ quicunqꝫ istorum musculorum quattuor contrahetur solus trahet ad se transuerse collũ. Secundo dicit ꝙ q̃cunqꝫ duo lateris eiusdem de dictis quattuor simul contrahentur sine musculis alterius lateris: inclinabunt ad se directe collum cuꝫ rectitudine sine transuersione. Tertio dicit ꝙ quando omnes dicti quattuor musculi simul operabuntur collum stabit erectuꝫ absqꝫ aliqua declinatione. ¶Attende primo ꝙ musculi quattuor de quibus hic agit princeps sunt similes illis quattuor qui caput inclinant ad duo latera: de quibus egit capitulo decimo summe presentis in parte illa. Musculi autem qui caput ad duo inclinant latera sunt duo paria capitis iũcturam comitantia. Et est eorum similitudo seu conformitas primo in origine. secũdo in numero. tertio in situ. nisi ꝙ paulo sunt inferiores: quattuor in opere ⁊ modo motus: nisi ꝙ hi mouent collum ⁊ caput: illi vero proprie caput. ¶Attende secundo ꝙ quando musculus dexter anterior istorum quattuor simul contrahitur cum sinistro anteriori sine duobus alijs: inclinant parumper caput ⁊ collum ad anteriora. Et duꝫ dexter posterior horum contrahitur cum sinistro posteriori: declinant caput ⁊ collum ad posteriora proportionaliter ad quattuor quibus similantur. Sed quid eueniet si dexter anterior simul contrahatur cum sinistro posteriori non contractis alijs: vel econuerso. Dic ꝙ neuter horum inclinabit caput ipsis inuicem contraoperantibus ⁊ sese impedientibus: sed firmabitur vtrinqꝫ caput plusqꝫ si non contraherentur.]

¶ De anatomia musculorum pectoris. Capitulum. XVI.

m Usculorum [a] qui pectus mouent quidam sunt q̇ tm̄ dilatant ipsum ⁊ non cōstringunt. Ex quib᷒ sunt musculi diafragmatis inter membra aerem attrahendi: et membra nutrimenti distinguentis quod postea nominabimus. Et par quod sub furcula positum a parte nascitur que ad caput ꝓtenditur spatule quod postea nominabimus. ⁊ est cōtinuū cū costa prima a dextra ⁊ sinistra. Et cuȝ ipso vnitur par cuius vnūquodqꝫ impar est duplans ipsum ⁊ faciens ipsum duas partes. quaruȝ superior cū collo continuatur ⁊ ipsum mouet: ⁊ inferior earuȝ mouet pectus: ⁊ miscetur cum musculo eius quem nūc nominabimus: ⁊ ipse est ille qui est continuus cū costa quinta ⁊ sexta. Et par quod est in loco spatule concauo infusum. Cum quo par cōtinuatur qđ a spondilibus ad spatulam descendit et fiunt sicut musculus vnus: et cum costis continuantur posterioribus. Et par tertium quod nascitur a sexta spondiliū colli ⁊ a prima ⁊ scđa spondiliū pectoris ⁊ cōtinuat᷑ cū costis thoracis. Isti sūt muscli dilatātes

¶ De anatomia musculorum pectoris. Capitulum. XVI.

m Usculoꝝ qui pect᷒ mouent ⁊c̄. In hoc capl̄o prīo agit princeps de musculis qui tm̄ dilatant pectus. Scđo de musculis q̇ solū constringūt ipsum ibi [Musculoꝝ vero pect᷒] Tertio de musculis constringētib᷒ ⁊ dilatantib᷒ simul. ibi [Musculi vero q̇ simul] Quarto de duob᷒ adiuuātibus illos q̇ dilatant. ibi [Et est etiam cum] a In prima pte dicit pmo pnceps ꝙ inter musculos mouētes pect᷒ sūt aliqui qui solū dilatāt ipm ⁊ non constringunt Consequnter enumerat ipsos: ⁊ pmo dic̄ ꝙ musculi diafragmatis diuident᷑ mēbra anhelit᷒ a nutritiuis qđ postea nominabit᷑ scȝ capl̄o pmo fen decimetertij sūt de musculis qui solū dilatāt pectus. Secūdo dicit ꝙ de ipsis est vnū par positū sub osse furcule sumens originem a parte ꝓtensa versus caput spatule. Et istud par postea nominabit᷑. ⁊ ē continuatū cū prima costa a dextra ⁊ a sinistra ptib᷒. Tertio dicit ꝙ isti pari ꝯiūgit᷑ aliud par: cui᷒ vnūquodqꝫ impar est duplans ipm ⁊ faciens ipm duas ptes id est vtrūqꝫ muscul᷒ hui᷒ paris est duplex ⁊ in duas partes diuisus. Et pars supior earū collo ꝯtinuat᷑ ⁊ mouet ipm. inferior vero mouet pectus ⁊ inuoluit se cū quodam musculo pectoris qui postea nominabitur. ⁊ est muscul᷒ cōtinu᷒ cū costis q̇nta ⁊ sexta. Quarto dicit ꝙ ex musculis solū dilatantib᷒ pect᷒ est vnū aliud par quod est inmersum in concauo loco spatule. Quinto dicit ꝙ est vnū aliud par quod continuatur pari nūc dicto. ⁊ istud descendit a spondilib᷒ ad spatulā. Et ista duo paria fiūt vtrinqꝫ sicut vn᷒ muscul᷒: ⁊ continuāt᷑ posteri᷒ cū costis. Sexto dicit ꝙ post hec duo paria simul colligata est par tertiuȝ sumēs originē a sexta spondili colli ⁊ a prima ⁊ scđa spondilib᷒ pectoris. Et cōtinuatur cū costis thoracis id est costis veris que thoraci cōiungūtur. Ultimo dicit ꝙ hi sunt musculi qui dilatant pect᷒: ⁊ sunt quinqꝫ paria sine diafragmate. ¶ Attende primo ꝙ mot᷒ pectoris de cui᷒ musculis hic agitur est mot᷒ anhelit᷒. et respiratio nominatur a galieno libello đ causis respirationis: vbi tres ipsi᷒ assignat causas dicens. Trib᷒ autem ſm gen᷒ vt exēplariter est dicere causis respiratiōis existentibus virtute electiua organis famulantib᷒ electioni: ⁊ in his vtilitate ꝓpter quā ⁊ p̄dictis causis indigem᷒. vtilitas quidē principalissimū est respirationis organū custodiens quidē cōmensuritateȝ innate caliditatis: nutriens aūt scđam spūs animalis. ¶ Attende secūdo ꝙ in hoc motu pulmo per pect᷒ mouetur ⁊ pect᷒ per musculos. Juxta illud galieni libello nunc dicto. Pulmo aūt vtiqꝫ velut ꝓfundus venter subiacet spiritui. hui᷒ autē dilatationes ⁊ ꝯstrictiōes thorax gubernat musculis mot᷒ ossibusqꝫ de articulat᷒. ¶ Sed instabit aliquis q: pect᷒ non est pulmoni alligatuȝ aliquo vinculo quo trahat ipm: quare difficile est reddere causam ꝓpt᷑ quā motū pectoris ilico sequitur mot᷒ pulmonis. Juxta illud galieni libello de motu thoracis ⁊ pulmonis. Ex eo vero ꝙ neqꝫ ligationē aliquā neqꝫ aliā infallacē apprehensionē habet thorax qua vtens trahat pulmonē cū dilatatur. sed absoluti sunt vndecunqꝫ abinuicē: ⁊ pendet pulmo ad interiora thoracis sicut vas in tecto ꝯdonec ꝯtinētis eū: difficilis ⁊ difficile excogitabilis fit causa. Dic ꝙ dilatato pectore necessario condilatatur pulmo ne vacuū fiat inter pulmonē ⁊ pect᷒. Juxta illud galieni ibidem. Dyastolato quidem thorace cōdilatatur omnino pulmo a ꝯseq̄ntia: que ad id quod euacuatur attract᷒ sicut in asclikijs id est fistulis seu siringis que in aquā mittūtur est videre. Si eni̅ immiseris ore aerē attrahes aquā per longā valde multotiēs viā preter naturam sursum allatā. ¶ Attende tertio ꝙ mot᷒ anhelit᷒ seu respiratiōis quattuor sunt species. scȝ inspiratio inuiolenta: inspiratio violenta: expiratio inuiolēta: expiratio violenta. Et quelibet harū ꝓpria habet organa. Juxta illud galieni libello de causis respirationis. Duplicibus autem existentibus ſm gen᷒ respirationib᷒ inuiolenta ⁊ violenta. Deinc habente alterutra proprias partes duas inspirationē ⁊ expirationē q̄ttuor vniuerse ꝑticule fiūt respiratōis: ſm singulā aūt quattuor propria quedam est natura organorum. ¶ Attende quarto ꝙ licet hic princeps innuat ꝙ dyafragma plures habeat musculos: ipsum tamen est vnicus musculus nisi quis imaginetur ipsum esse didimum seu geminatum dextra ⁊ sinistra sicut vniuersum corpus. Juxta illud Galieni septimo de vtilitate ꝑticlarū capitulo decio Frenarū id est diafragmatis propria quidē substantia musculus ē. Et illud principis tertij decia capitulo primo. Uelamīs autem id est diafragmatis iaȝ dixim᷒ formaȝ ⁊ iuuamentuȝ eius in anatomia lacertorū. ipsum enim in veritate est vn᷒ lacertorum.

¶ Attende quinto ꝙ inuiolenta inspiratio fit a diafragmate velut ab organo proprio. Et violenta inspiratio partim a musculis qui sunt circa concauitates spatularum partim a musculis intrinsecis qui sunt inter costas. Et expiratio inuiolenta fit a musculis ventris. Et expiratio violenta ab extrinsecis musculis qui sunt inter costas. ⁊ dicūtur a galieno mesopleurij. a mesos quod est mediuȝ ⁊ pleuros quod est costa. Juxta illud galieni libello de causis respirationis. Inuiolente quidem inspirationis diafragma. violente vero qui ſm sima id est concaua scapularum ⁊ que intus mesopleurorum pars. Similiter autē ⁊ expirationis inuiolente quidem qui ſm epigastrum id est superficiem ventris musculi. Uiolente vero mesopleuriorum que extra pars. hec galien᷒ ¶ Queritur hic vtrum diafragmatis musculi sint ex illis qui pectus tm̄ dilatant. Arguitur ꝙ non. primo ex dictis principis sequenti parte vbi ait. Musculorum vero pectus constringentiuȝ alij sunt qui pectus in latitudine constringūt: ⁊ est diafragma cū quiescit. Secundo auctoritate galieni libro de iuuamento anhelitus. capitulo decimo dicent᷑. Compressio diafragmatis que fit in respirando causa est prolationis vocuȝ quando vua que est in gutture superponitur trachee arterie: ita vt respiratio per angustum fiat. Spiritus enim existēs per angustum quando collidit vue sibi opposite facit sonum. Alioquin fit respiratio sine sono quando spiritus liberum habet exitum. Est enim diafragma origo respirationis ⁊ vocis ⁊ omnium virium corporis. hec galienus. Sed vires corporis dilatatione debilitantur ⁊ compressione iuuantur: cuius rei signum est ꝙ volentes aliquid forte agere nosmet constringimus. Oppositum huius affirmat hic princeps. Item inspirato aere pectus dilatatur. sed diafragma est proprium organum inspirationis inuiolente vt nuper est allegatum a Galieno libello de causis respirationis. ¶ Dic prīo ꝙ diafragma suo motu voluntario proprie dilatat pectus. Nam cum dilatatur attrahit sibi pulmonem cui colligatus est per quasdaȝ pelles ⁊ auget spacium stans inter eos. qđ necesse est aere repleri Juxta illud galieni libro de iuuamento anhelitus capitulo decimo. Mouetur autem pulmo cum diafragmate per id quod colligantiam habet ad ipsum quibusdam pelliculis. Et insuper ex eo ꝙ dilatato diafragmate maior sit capacitas inter diafragma: quā necesse est impleri ex aere inspirato ⁊ inflāte fistulas pulmonis que intra diafragma continentur. Dic secundo ꝙ diafragma quandoqꝫ constringit pectus per accidens vt in expirationibus īuiolentis q̄s fieri per musculos vētris a gal᷑. nūc allegatū ē. Musculi enim ventris premunt diafragma: quod compressum stringit pectus saltem ab inferioribus partibus. Et id probant rationes ante oppositum. Et rationes post oppositum sunt pro primo dicto.

Musculorū[b] vero pectus constringentium alij sunt qui pectus in latitudine ꝯstringunt: ⁊ est diafragma. cum quiescit. Alij sunt qui ſm essentiam. Et ex istis est par quod sub radicibus costarum superiorum est extensum: cuius operatio est stringere ⁊ aggregare. Et ex eis est par apd̓ extremitates istius cum thorace inter epiglotale ⁊ furculam continuatuz ⁊ continuatur cum musculis vētris qui sunt recti. Et alia duo paria que ipsum cooperiunt. Musculi[c] vero qui simul ꝯstringunt ⁊ dilatant sunt musculi qui sunt inter costas. Verū tamen perscrutatione in considerādo cognoscitur ꝙ cōstringentes alij sunt a dilatantibꝰ. Inter omnes enī duas costas sunt ex eis quattuor ꝓcerto musculi: licet quidaz existimēt ꝙ sit vnus musculus. ¶ Et hic quidē quem vnum existimant musculuz ex villis contextus est transuersis: quorum quidam sunt intrinseci: quidaz qui cooperiūt. Et eorum qui cooperiunt quidam sunt qui sunt ad partē extremitatis cartilaginose coste. Et quidam sunt qui sunt ad partem alterius extremitatis que est fortis. Qd̓ ꝟo interiꝰ existit totū ī situ a cooꝑiente est diuersuz. Et illud qd̓ est in extremitate coste cartilagiose diuersū ē ī situ ab eo qd̓ ē suꝑ aliā extremitatē. ¶ Et qn̄ q̇dē hic q̄ttuor hn̄t villi numero opz vt musculi sint numero q̄ttuor. Et q̄ ex eis sunt suꝑius positi sunt dilatantes. Et qui ex eis sunt inferiꝰ positi sūt cōstringētes. Per hoc

b Musculorū vero ⁊c̄. In hac parte secunda primo diuidit ꝑn ceps musculos stringentes pectus. Et dicit ꝙ aliqui ex eis stringunt pectus in latitudine per accidens supple. ⁊ talis musculus est diafragma quando quiescit. Stringit enim velut paries obsistens dilatationi. Alij sunt qui stringunt pectus per essentiam. id est per seipsos scilicz suis ꝓprijs actibꝰ ⁊ officijs. Consequenter numerat musculos ſm essētiā stringentes. Et primo dicit ꝙ ex istis musculis est vnū par extensum sub radicibus costarum superiorū Et opatio paris istiꝰ ē stringere ⁊ aggregare. Secūdo dicit ꝙ ex musculis pectus stringentibꝰ ē aliud par cōtinuatū cuz thorace apud extremitates paris nūc dicti inter epiglotale ⁊ os furcule. Et intellige per epiglotale scutū oris stomachi. Iuxta illud principis capitulo decimoq̄nto summe prime doctrine presentis Cum inferiori preterea parte thoracis os cartilaginosum latum continuatur. cuius inferior extremitas rotunditati attinens vocatur epiglotalis: eo ꝙ epigloti sit similis. Et istud par inferiꝰ cōtinuatur cum rectis musculis ventris: de quibus infra agetur capitulo vigesimosecundo summe presentis. Tertio dicit ꝙ ex musculis pectus stringentibus sunt alia duo paria que cooperiunt ⁊ coadiuuant par nunc narratū. ¶ Attēde primo ꝙ quinqꝫ sunt actiones in quibus stringitur pectus sic inuicem subordinate ꝙ prioribus lesis leduntur posteriores ⁊ non econuerso: scilicet exitus aeris cum anhelitu: efflatio sine ictu: efflatio cum ictu: vox ⁊ loquela. In his enim omnibus necessario pectus stringitur. Iuxta illud galieni quarto interiorꝫ. Preterea sunt quinqꝫ actiōes. vna sequens actionem aliam. id est exire aerez cum anhelitu ⁊ flamen sine ictu. ⁊ flamen cum ictu: ⁊ vox: ⁊ loquela. Cūqꝫ prima harum actionuz lesa extiterit alie quattuor cause eius necessario patientur. Sed cum vltima patitur cetere minime patientur. Si autem secunda nocumentum habeat: tres etiam posteriores nocumentum habebunt. Si vero tertia leditur ⁊ actio posteriorū passio vero quarte soli vltime nocet. ¶ Attēde secūdo ꝙ iste actiones diuersis lacertis fiunt. Iuxta illud galieni ibidem. In secūda particula de anatomia viuorꝫ titulata monstraui exitum aerꝭ cum anhelitu fieri cū actione omniū lacertorꝫ pectus comprehendentiū. Et fortis insufflatio proprie fit cū lacertis inter costas existentibus. Et ictualis insufflatio cū lacertis gule. vox autem cuz lacertis gutturis. At quia lingua vocem diuidit ⁊ variat fit iuuatiua in loquendo. locutio tamen addentibus labris ⁊ naribꝰ adiuuatur: superius etiam palatū ⁊ vna ei prestant adiutoriū. Itē ligamentū lingue si temperatū est. hec galienus. In quibus verbis recedere videtur ab eo quod affirmauit libello de causis respirationis. Illic enim dixit ꝙ exspirationis inuiolente causa sunt musculi qui ſm epigastrum: id est ventris superficiem situantur Hic vero dicit exitum aeris cum anhelitu fieri cum actione oīuz lacertorum pectus comprehendentium: nisi loquatur hic de anhelitu magno forti vel veloci: ⁊ ibi de temperato. ¶ Attende tertio ꝙ musculos pectus constringentes narrat princeps decimoquarto animalium capitulo q̄nto sub istis verbis. Sed musculi qui constringunt pectus sunt quidam qui constringunt cum accidentalitate sicut diafragma cū quiescit. Et quidam cōstringūt essentialiter: ⁊ tunc vnum par illius est tensum sub radice costarꝫ superiorum ⁊ sua operatio est in constrictione. Et illius vnum par applicatur cum osse furcule pectoris. scilicet alchaz prope extremitates costarum inter ligamentū pectoris ⁊ scutū oris stomachi. ⁊ applicať musculo recto ex musculis ventris. Et alia duo paria iuuantia ad illd̓. hec (princeps ibi.

c Musculi vero ⁊c̄. In hac parte tertia primo agit princeps de positione ⁊ differentia musculorꝫ qui simul dilatant ⁊ constringūt pectꝰ. Scd̓o d̓ villis eorum: ibi [Et hic q̇dem] Tertio de numero ⁊ officio eorū. ibi [Et quandoquidem] ¶ In p̄ma particula dicit p̄io ꝙ musculi simul dilatantes ⁊ constringentes pectus sunt muscl̓i situati inter costas. Secundo dicit ꝙ qui considerat inquisitione diligēti numerum ⁊ compositionem musculoruz inter costas situatoruz inuenit ꝙ musculi constringētes sunt alij a dilatātibꝰ. Tertio dicit ꝙ quattuor sūt musculi certitudinaliter inter quascunqꝫ duas costas. quamuis aliqui affirment ꝙ isti quattuor non sunt nisi vnus musculus. ¶ Attende hic ꝙ cum dicitur aliquos esse musculos qui simul constringunt ⁊ dilatant pectus: non intelligitur ꝙ ijdem numero vtrunqꝫ faciant officiuz: sed ijdem aggregatione. Nā quicunqꝫ quattuor musculi inter duas costas positi sic simul sunt illaqueati ꝙ videntur prima facie vnus musculus. ⁊ reuera possunt vnus (⁊ idē dici vnitate aggregatiōis.

¶ In scd̓a ptic'la dic' p̄mo ꝙ musculus q̄druplex inť costas positꝰ quē quidā estimāt vnicū eē musculū ē cōtextus ex villis transuersalibus. Et istorꝫ villorꝫ q̇dā sunt intrinseci pectori videlz ī clibano pectorꝭ clausi. Alij sūt extrīseci q̄ scz ab exť cooꝑiūt pectꝰ. Scd̓o dicit ꝙ villorꝫ extrinsecorꝫ cooꝑientiū q̇dā positi sunt versus partē extremitatis cartilaginose costarū scz anteriꝰ vbi coste iūguntur thoraci. Alij sunt positi versus partem alterius extremitatis costarum que est dura scilicet posterius vbi coste sunt spondilibus annexe. Tertio dicit ꝙ totū ex istis villis qd̓ est interiꝰ est diuersum ab eo quod ab extra cooperit pectus. Quarto dicit ꝙ illud ex villis extrinsecis qd̓ ē ī extremitate cartilaginosa anteriori costarū ē diuersū ab eo qd̓ ē suꝑ alterā extremitatū scz posteriꝰ ꝓpe spōdiles. ¶ Attēde hꝭ p̄° ꝙ intermedij musculi costarꝫ hꝭ sibi ꝓpriū hn̄t ꝙ sui villi nō ī lōgitudīe sūt ꝓtēsi sic̓ in ceterꝭ muscl̓is: sz ꝓcedūt d̓ vno latere ad aliud̓ cū q̄dā trāsuersiōe. Iuxť illud gal̓.7°.de vtil̓.pti.ca.9°. His q̄ ſm mesopleuria.i.media costarꝫ sūt muscl̓is nō sic̓ alijs oībꝰ sūt villi ſm lōgitudinē: sz ecōuerso ab vno latere ad alterū ꝑueniūt. nō tn̄ simpl̓r sic̓ q̄ an̄ nos anatomici estimāt: sz cū ꝑua ad obliquū declinatiōe. ¶ Attēde.2°. ꝙ nō oēs horꝫ villi sunt vniformes: īmo ītrīseci sūt oppositi extrīsecis ⁊ āteriores iuxť positi cartilaginibꝰ costarū sunt posteriorib' ꝯrij. Iuxta illud galieni ibidē. At vero neqꝫ vniformes sicut ⁊ hoc ignorātes putāt. licet enī tibi videre ītrinsecos extrīsecꝭ econtrario se hn̄tes sic̓ ⁊ eos q̄ in pectore ſm cartilaginosa (ossiū costarū his qui sunt in ossuosis vsqꝫ ad spondiles.

¶ In tertia particula concludens ex dictis numerū musculorū intermediorꝫ costis dicit primo ꝙ qn̄ vel qm̄ ſbe musculose site inter costas villi sunt numero quattuor: oz vt musculi sint numero quattuor. Et istud ē ītelligēdū de neruosis villis q̄ sunt in musculis pars p̄ncipalis: sicut in oculo cristallinꝰ humor. Sz obijciet aliq̇s de villis musclorꝫ tēꝑaliū q̄ ꝑueniūt a tribus locis ad vtrūqꝫ eorꝫ: ⁊ non ob hoc sequitur ꝙ horuz vterqꝫ sint tres musculi. Dic̓ ꝙ non est simile: quia villi temporaliū licet a tribus veniant locis: sunt vniformiť in musculis situati ⁊ ꝓtensi. Sz in muscl̓ inť medijs costarum sunt situum contrariorum. Secundo dicit ꝙ musculi intermedij costarꝫ superius positi id est extrinseci qui tegunt pectus sunt dilatantes ⁊ inferius positi id est intro reclusi sunt constringentes Tertio dicit ꝙ per hoc ꝙ inter quascunqꝫ duas costas sunt quattuor

musculi: fit ꝙ numerus omniū musculoꝝ pectoris intermedioꝝ costis est octogintaocto musculi. quod sic declaratur. Inter quascunq; duas costas sunt quattuor musculi vt nunc declaratū est. sed duodecim sunt coste a latere dextro: ꝛ inter ipsas sunt vndecim interstitia. Et similiter sunt a latere sinistro duodecim coste ꝛ vndecim intersticia: sicut patz ex capitulo decimoq̄rto summe prime doctrine presentis. ꝛ ex anatomia apparet ꝛ visibiliter ꝑcipi pōt in habētibus pect⁹ carne denudatū vt ī ꝑtificis ꝛ ethicꝭ. In tersticia ergo costaꝝ sunt in toto viginti duo. scꝫ vtrinq; vndecim. Et in quolibet itersticio sunt quattuor musculi. Ergo sunt in toto octogintaocto muscl'i: quia quater vigintiduo: sunt octogintaocto ❡ Attēde hic ꝙ galienus libello ꝺ causis respirationis as-

itaq; fit omnium musculoꝝ pectoris numer⁹. 88. musculi. Et ē etiaꝫ[d] cū musculos pectoris duo alij iuuāt musculi qui a furcula ad spatule caput venientes ad primū eius continuātur latus ꝛ ipsam sursum eleuāt ꝛ in dilatando pectus adiuuant.

❡ De anatomia musculoꝝ motus adiutorij. Capitulum. XVII.

X musculis[a] mot⁹ adiutorij ꝛ sunt illi qui mouent spatule iuncturam: sunt tres musculi qui ei a pectore adueniunt. ꝛ ipsum mouent ad inferiora. Et[b]

serit musculos inter costas sitos esse vigintiduos. ait enī ibi. Ita autem ꝛ qui ſm costas musculi qui quidē in medijs regionibus ipsarū vigintiduo existunt. princeps vero hic dicit ꝙ sunt octogintaocto. Et hec diuersitas ex hoc procedit ꝙ galienus ibidē quoscunq; quattuor musculos īterſitos duabus costis pro vnico reputat. Princeps vero hic ipos discernit ex villorū pluralitate: ꝛ sic vnusquisq; de musculis istis apud galienum pro quattuor habetur apud principem.

d Et est etiā. In hac parte quarta dicit princeps ꝙ vltra musculos pectoris iam nominatos sunt alij duo musculi coadiuuantes musculos pectoris. Et isti procedunt a furcula vsq; ad caput spatule: ꝛ alligantur ad primū latus eius: ꝛ eleuant sursum spatulā ꝛ coadiuuant ad dilatationeꝫ pectoris: eo ꝙ sunt coniuncti costis primis a dextra ꝛ a sinistra. Iuxta illud principis decimoquarto animaliū capitulo quinto. Et iā iuuant musculos pectoris duo musculi qui veniunt a ligamento pectoris ad caput spatule: ꝛ tunc continuatur ille cū prima costa ꝛ eleuat pectus sursum: ꝛ tūc iuuat super dilatationē pectoris. Ex dictis apparet ꝙ musculi qui tantū dilatant pectus sunt vndecim. quoꝝ vnus est dyafragma: ꝛ alij sunt quinq; paria: de quibus actū est in parte prima presentis capituli. Et musculi tm̄ constringētes pectus sunt octo. scꝫ quattuor paria: de quibus actū est in parte secunda. Et musculi dilatantes ꝛ constringentes simul sunt. 88. de quibus agebatur in parte tertia. ꝛ sic sunt centū ꝛ septē musculi mouentes pectus. Et ipos esse tot asserit auerroys secūdo colliget capitulo. 38. auctoritate galieni dicēs. Et musculi pectoris ſm galienū sunt centū ꝛ septē. Sed musculi duo de quibus actū est in parte quarta capituli istius sunt principaliter spatule ꝛ non pectoris nisi ex consequenti. ❡ Attende ꝙ galienus aliter distinguit ꝛ enumerat musculos quibus pectus mouetur libello de causis respiratiōis. Primo enī nominat dyafragma. Scd̄o. 22. musculos intermedios costarū: ꝛ si quemlibet hoꝝ in quattuor diuiseris sicut ꝑnceps diuidit habebis. 88. Tertio duos qui superius iungunt primis costis Quarto duos qui inferius iunguntur costis infimis. Quinto sex prouenientes a collo: videlicet tres ex vtraq; parte. Sexto protensos a dorsalibus: ꝛ istoꝝ non exprimit numeꝝ. Septimo musculos octo ſm epigastrum id est superficiē ventris. ab epi quod est supra: ꝛ gastros quod est venter. Ait enī ibi. Pulmo aūt vtiq; velut profundus venter subiacet spiritui. Huius autē dilatationes et ꝯstrictiones thorax gubernat musculis motus ossibusq; dearticulatus. at diafragma. Ita autē ꝛ qui ſm costas muscl'i q̄ quidē in medijs regiōib⁹ ipaꝝ. 22. existūt. Et duo q̄dem primarū costarū equimimeres. hi vero vltimarū duo ꝛ cuꝫ his qui perueniunt ex collo tres alterutrinq;. Deinde qui protensi sunt dorsalibus. in his autem que ſm epigastrum octo.

❡ De anatomia musculorum motus adiutorij. Capitulum. XVII.

c X musculis motus adiutorij ꝛc̄. In hoc capitulo distinguit ꝑnceps musculos motus iuncture spatule ſm loca sue originis ꝛ applicationis ꝛ modos motuuꝫ ad diuersas partes. Et primo agit de orti ꝫ a pectore. Secundo de ortis sub mamilla. ibi [Et musculus qui inferius] Tertio de ortis a supremo thoracis: ibi [Et musculus qui a supremo] Quarto de ortis a toto thorace: ibi [Et musculus duplus] Quinto de ortis a parte ilioꝝ: ibi [Et alij duo musculi] Sexto de ortis ab osse spatule: ibi [Et quinq; musculi] Septimo de ortis sub osse furcule: ibi [Adiutoriū preterea] Octauo de paruo orto a mamilla ꝛ alio sepulto ī iūctura spatule ibi [Sūt ꝑfecta]

musculus qui inferius sub mamilla oritur: ꝛ cum parte adiutorij antecedente continuatur apud antecedentem partem marginis cartilaginis concauitatis: ꝛ ipe est qui adiutoriū ad pectus applicat cuꝫ cōitate qua spatula ipsum sequitur. Et[c] musculus qui a supremo thoracis nascit̄ ꝛ efficit vt domesticuꝫ capitis adiutorij cooperiat et est applicans ipsum ad pectus cum impulsione pauca. Et musculus[d] duplus magnus qui a toto oritur thorace continuat⁹ cuꝫ infimo antecessionis adiutorij Qui cū operatur cū villo q̄ ī inferiori ꝑte

a In prima ꝑte que ē presens textus dicit princeps ꝙ muscl'i motus adiutorij sunt musculi q̄ mouent iuncturā spatule. Et de numero istoꝝ musculorū sūt tres musculi q̄ veniunt ad adiutorium a pectore et mouēt adiutoriuꝫ ad inferiora. ❡ Attende ꝙ princeps in ꝑte presenti ꝛ ꝑtibus alijs huius capl'i numerat musculos vnius spatule tm̄: quia similes sunt dextri sinistris. ꝛ his cognitis noscunt̄ illi. Cū ergo dicit hic ꝙ ex musculis motus adiutorij sunt tres musculi q̄ ei a pectore adueniunt. intellige ꝙ sunt tres in dextra spatula ꝛ tres in sinistra. ꝛ similiter intelligas in partibus alijs capituli istius. ꝛ ideo diuidēdo capitulū locutus sum in plurali: etiam in partibus vbi agitur de vnico musculo: quia per eum datur intelligi suus similis in altera parte.

b Et musculus. In hac scd̄a parte dicit primo ꝑnceps ꝙ de musculis motus adiutorij est musculus ort⁹ inferi⁹ sub mamilla: ꝛ alligatus cum anteriori parte adiutorij scilicet versus anteriorē partē marginis cartilaginose cōcauitatis ossis spatule que recipit buccellā adiutorij. Secūdo dicit ꝙ musculus iste applicat adiutorium ad pectus vna cū spatula: sic ꝙ iste musculus mouet cōiter adiutoriū ꝛ os spatule. sed adiutoriū principaliter ꝛ os spatule ex ꝯnti. ❡ Attēde ꝙ in hoc passu libri plures habēt sub maxilla loco ꝺ sub mamilla. Sed credo debere scribi sub mamilla potius. Primo: quia sic scribit galienus de hoc musculo loquens. 13°. de vtilitate particularū capl'o. 13°. vbi ait. Ad pect⁹ igitur adducit musculus qui ex ea que ſm mamillam regione prodit moderatus magnitudine. mox autē ꝛ subtus velut imus versus inferiorē partē quiescibiliter vt sit imioris adductionis causa Scd̄o q2 sic scribit ꝑnceps in simili passu. 14°. animaliū capl'o. 5°. vbi ait. Et tunc illorū est vnus musculus qui nascit̄ sub mamilla ꝛ cōtinuat̄ cū anteriori adiutorij. ꝛ est ille qui appropinquare facit adiutoriū cuꝫ pectore cū declinauerit adiutorium ad imum et descēderit. Tertio quia galienus attribuit huic musculo aliquid inclinationis adiutorij ad inferiora cuꝫ applicatione ad pectus.

c Et musculus. In hac parte tertia dicit primo princeps ꝙ de musculis mouentibus adiutoriū est musculus natus a suprema parte thoracis qui sic protenditur versus adiutorium ꝙ peruenit ad cooperiendū parteꝫ domesticam. id est interiorem capitis adiutorij. Secundo dicit ꝙ iste musculus applicat adiutorium ad pectus cū impulsione pauca ad superius supple. ❡ Attēde ꝙ hūc musculū sic describit gal'. 11°. de vtilitate ꝑticularuꝫ capl'o. 11°. Alius vero econuerso ex altis pectoris partib⁹ prodiens alte adductionis est causa id est simul adducit adiutoriū ad pectus ꝛ parump adducēdo eleuat. Princeps vō. 14°. aīaliū capl'o. 5°. sic describit ipsum. Et musculus nascitur super alchaꝫ scꝫ clipcum oris stomachi. Et cooperit domesticū caput adiutorij. Et tūc ille musculus appropinquat pectori cū modica eleuatione. Sed translator hic male exponit alchaꝫ: quia princeps per alchaꝫ non intelligit hic clipcū oris stomachi sed foueā que est in medio ossiū furcule vbi camelus cum lancea interficitur. Et vocatus est iste locus anchar capl'o. 16°. summe prime doctrine presentis.

d Et musculus dupl⁹. In hac parte quarta dicit ꝑmo ꝑn. ꝙ de musculis mouētib⁹ adiutoriū ē muscul⁹ magn⁹ duplex ort⁹ a toto thorace qui continuatur ꝛ applicatur cū infima ꝑte anteriori ad-

iutorij. Scd̄o dicit ꝙ quando muscul' iste operatur cū villo ip̄i' inferiori ducit adiutorium ad pectus eleuando ip̄m. Et quando operatur cū villo ipsius inferiori ducit adiutoriū ad pect' depri‑ mendo ip̄m. Et quando operatur cū vtriusꝗ villis ducit adiu‑ toriū recte ad pectus sine eleuatione ⁊ depressione. ¶ Attende ꝙ hunc musculū sic describit galien'.13°.de vtilitate particularū cap̄lo.13°. Alius autē vltra hos terti' qui binat' dicitur vel duo coadunati: vtroꝗ eni modo licet de eis veruꝫ dicere: explantantur quidē ex toto osse qd̄ est ƀm pectus. Adducūt aūt ad pect' os vlne totū equire pēs q̄ndo ambo tenduntur. Si vero alter coꝝ operet' solus siquideꝫ q̄ ex inferioribus ꝑtib' pectoris ꝓdit imā opatur adductionē. Si vero alter altioreꝫ. nō auteꝫ ita altaꝫ sicut secundus dictoꝝ neꝗ in tantuꝫ imā sicut primus id ē superior ꝑs hui' dupli musculi non tantū eleuat adiutoriū quod adducit ad pect' sicut musculus ort' a supremo thoracis. ⁊ inferior eius pars non tantū deprimit dictū adiutoriū quantū deprimit muscul' ort' sub mamilla. Princeps vero decimoquarto animaliū cap̄lo q̄nto sic describit istū musculum. Et ali' musculus magn' duplex nascitur a toto ascham scꝫ clipeo oris stomachi ⁊ continuatur cū inferiori anterioris adiutorij. Et quando operabitur cū suis filis superiorib': trahet adiutorium ad pectus extollens ip̄m versus mentū. Sed si cū alia parte fuerit operat': trahet ip̄m inferius. at cū ambab' extendet' ƀm rectū

e Et alij duo ⁊c̄. In hac parte quinta dicit primo princeps ꝙ de musculis mouentib' adiutoriū sunt alij duo musculi recipientes originē a parte ilij: ⁊ hi duo musculi sunt adiutorio magis interius connexi ꝙ̄ magn' musculus duplus a thorace ascendēs de quo nūc actū est in parte quarta capituli istius. Secūdo dicit ꝙ vn' istoꝝ duoꝝ musculoꝝ est magn' ⁊ orit' a loco q̄ est apud ilium ⁊ a costis posteriorib' id est infimis. que nō ꝓtendunt' vsꝗ ad anteriora vētris. ⁊ iste trahit adiutoriū directe versus costas posteriores. Tertio dicit ꝙ alter istoꝝ musculoꝝ est subtilis: ⁊ nascit' a cute ilij ⁊ nō ab osse ei'. ⁊ declinat plus versus mediū pectoris ꝙ̄ prim' ex istis. ⁊ applicat' chorde musculi illi' qui sub mamilla dicebatur oriri in scd̄a ꝑte cap̄li isti' ⁊ ꝓfundat' ad interiora. Quarto dicit ꝙ hi duo musculi efficiunt operationē primoꝝ ƀm modū adiutorij. id est iuuant tres primos musculos de q̄b' actuꝫ est in parte prima cap̄li isti' ad trahendū adiutoriū ad inferiora. Sed in hoc differūt a dictis trib' ꝙ inclinant parūꝑ adiutoriū ad posteriora: ⁊ illi tres ad anteriora. ¶ Attende ꝙ ilia ꝓprie dicuntur gracilia intestina ⁊ os anche ƀm partē ipsius declinantē ad exteriora dicit' os ilij. vt supra meminit ꝑnceps cap̄lo. 25°. summe p̄me doctrine isti'. ¶ Attēde scd̄o ꝙ hoc par neruoꝝ sic describit' a ꝑncipe.14°. aīaliū cap̄lo. 5°. Et duo alij adhuc musculi ex ꝑte iliorū

eius est adiutorium ad pectus ducit ipsum eleuando: ⁊ cuꝫ alia parte ducit illud ad ipsum faciens ipsum ad inferiora descendere: ⁊ cum eis ambobus ducit ipsum ad pectus ƀm rectitudineꝫ. Et^e alij duo musculi qui a parte nascūtur ilij magis interius continuati ꝙ̄ sit continuitas magni musculi qui a thorace ascendit. Un' eorum est magnus veniens a loco q̄ est apud ilium ⁊ a costis posterioribus ⁊ trahit adiutoriū ad costas posteriores directe. Et alter est subtilis qui nascitur a cute ilij ⁊ non ab eius osse: ⁊ declinat magis ad medietatē ꝙ̄ ille. ⁊ continuatur cum chorda ei' qui a parte mamille ascendit et profundatur. Et hi quidem operationē primorum efficiunt ƀm modum adiutorij: sed tamen ad posteriora parumper declināt. Et quinꝗ^f musculi qui ab osse spatule nascūtur. Uni' musculi eorum ortus est ab osse spatule: et implet illud quod est inter separans ⁊ costam superiorem villis. ⁊ penetrat ad partem superiorem capitis adiutorij siluestrem declinans parumper ad domesticam: ⁊ ip̄e etiā cum declinatōne penetrat ad domesticam. Et duorum musculoꝝ ex istis q̄nꝗ origo est a latere superiore spatule. Quoꝝ vn' est maior ⁊ villi ipsi' vadunt ad inferiores separātis partes. Et implēt illud quod est inter separans ⁊ latus inferius: ⁊ continuā‑ tur valde cū capite adiutorij a parte siluestri: ⁊ penetrat cuꝫ declinatione ad siluestrē. Et alter ē cuꝫ hoc primo continuus adeo ꝙ est quasi ei' pars ⁊ penetrat cū eo ⁊ ipsius operationē efficit. Iste vero non multū pendet a supremo spatule. ⁊ ei' continuitas est ƀm trāsuersionē in manifesto adiutorij: ⁊ decliat ad siluestrē. Et quartus est musculus qui locū concauuꝫ ossis spatule implet. cui' chorda cuꝫ partibus interioribus lateris domestici capitis adiutorij continuatur: et eius operatio est efficere vt adiutoriū posterius circueat. Et alt' musculus est qui ab inferiore extremitate lateris spatule inferioris nascitur cuius chorda superius continuatur ƀm continuitatem magni ab ilio ascendentis: ⁊ ei' operatio est trahere suꝑmū capitis adiutorij ad suꝑiora

scꝫ hypocondrioꝝ inferioꝝ ⁊ ꝯtinuāt se magis interi' ꝯtinuatione musculi magni q̄ ascēdit ab alchaꝫ. Et vn' illoꝝ est maior ⁊ venit ex ꝑte iliorū ⁊ partib' posteriorib' ⁊ trahit adiutoriū ad posteriores costas recte. Et scd̄us est paru' ⁊ venit a cute ilij scꝫ magis declinat ad mediū ꝙ̄ primus ⁊ continuat se cū chorda mamille ascendēte ⁊ intrante interius. Et operatio isti' est operatio p̄mi ƀm iuuamentuꝫ nisi quia iste declinat parum posterius.

f Et q̄nꝗ. In hac parte sexta dicit primo ꝑnceps ꝙ d̄ musculis mouentib' adiutoriū sunt musculi quinꝗ orti ab osse spatule. Scd̄o dicit ꝙ ort' vni' hoꝝ q̄nꝗ musculoꝝ est ab osse spatule. ⁊ iste musculus replet suis villis illud spaciū quod ē inter separās ⁊ costā superiorē. Et per separans potest intelligi spatula q̄ separans dicitur quia separat in hoī' adiutoriū a costis: ⁊ ꝑ costā superiorē potest intelligi suꝑma duodecim costaruꝫ. Uel aliter per separans ītelligi potest eleuatio ossosa triangularis super os spatule que separare videt' siue diuidere illd̄ os ī duas partes equales relinquendo ꝓfunditates vtrinꝗ. Uel intellige per separans intersticiuꝫ iūcturale quod est īter os spatule ⁊ caput adiutorij: ⁊ per costā superiorem superius latus spatule. Et iste musculus pertransit ad partem capitis adiutorij superiorem ⁊ exteriorem. Et inclinat spatulam ad partem interiorem. Et ipsemet etiam penetrat versus partem interiorem cū declinatione aliqua. Tertio dicit ꝙ ex istis q̄nꝗ musculis sunt duo alij nascentes a superiori latere seu costa spatule. Et vnus horū est alio maior. Et villi huius maioris tendunt ad partes inferiores separātis ⁊ replent spacium existens inter separans ⁊ latus inferius. id est costaꝫ inferiorem spatule. Et alligantur maxime cum capite adiutorij ab exteriori parte. Et iste musculus penetrat declinādo caput adiutorij ad partem siluestrem id est exteriorem. Et alius horum duorum est adeo cum primo immixtus ꝙ videtur pars eius et cum eo pertransit eandē faciens operationē. Sed nō multū pendet a suꝑma ꝑte spatule ⁊ cōtinuat' ex trāsuerso ī eminēte ꝑte adiutorij. ⁊ inclinat adiutoriū ad partē exteriorē. Quarto dicit ꝙ quart' ex dictis quinꝗ musculis est musculus replens concauitatem ossis spatule: cuius chorda est alligata cum partib' interiorib' lateris interioris capitis adiutorij. Et huius musculi operatio est mouere circulariter adiutoriū. Quinto dicit ꝙ vltimus horum quinꝗ musculoꝝ est musculus nascens ab inferiori extremitate inferioris lateris spatule. ⁊ chorda istius musculi continuatur capiti adiutorij superius sicut chorda musculi magni nascētis ex osse ilij de quo agebatur in parte quinta cap̄li istius. Et iste musculus trahit partem supremā buccelle adiutorij ad superiora. ¶ Attende vt notior tibi fiat p̄sens text' ⁊ memorie firmi' hereat ꝙ fere idē in sn̄ia memorat ꝑnceps.14°. animaliū cap̄lo. 5°. dicens. Et quinꝗ musculi: vnius sua origo est ab osse spatule ⁊ comprehendit id quod est inter separās ⁊ costā superiorē spatule villis. Et penetrat ad partem superiorem capitis adiutorij siluestrem declinans parumper ad domesticam: ⁊ ipse etiam cū declinatione penetrat ad domesticam. Et duorum musculoruꝫ ex istis quinꝗ origo est a latere suꝑioris spatule. Quoꝝ vn' est maior ⁊ vadūt

ipſius villi ad inferiores ſeparantis partes ⁊ implent id quod eſt inter ſeparans ⁊ latus inferius: ⁊ continuātur valde cū capite adiutorij a parte ſilueſtri: ⁊ penetrat cum declinatione ad ſilueſtrē. Et alter eſt cū hoc primo continuus adeo ꝙ eſt quaſi pars eius ⁊ penetrat cū eo et ipſius efficit operationē. Iſte vero non multū impedita ſupremo vel ſuperiori ſpatule. Et eiꝰ continuitas eſt ſine trāſuerſione in manifeſto adiutorij ⁊ declinat ipſe ad ſilueſtrē Et vnus eſt muſculus qui locū cōcauū oſſis ſpatule cōprehendit et mittit ſua fila ad partes inferiores ſeparantis ⁊ cōprehendit id quod ē inter ſeparans ⁊ latꝰ cuius chorda cū partibus interioribꝰ lateris domeſtici capitis adiutorij cōtinuatur. Et eius operatio eſt efficere vt adiutoriuz poſterius circueat. Et alter muſculus eſt qui ab inferiori extremitate lateris ſpatule inferioris naſcitur. cuius chorda ſuperius continuatur ſm cōtinuitatē magni ab ilio aſcendentis: ⁊ eius operatio eſt trahere ſupremuz capitis adiutorij ad ſuperiora. hec princeps.

Adiutoriū[s] preterea aliū habꝫ muſculū duo habentez capita. qui duas efficit operationes: ⁊ operationem cōmunē. Et ipſe quidē ſub furcula venit ⁊ a collo deglutiēs capitis adiutorij buccellā ⁊ peruenit vſqꝫ ad locū cōtinuitatis chorde muſculi magni a pectore aſcendentis. Quidā autez dixerunt ꝙ vnū caput ipſius interiꝰ declinat cū tranſuerſione pauca ad interiora. Et aliud capitū exterius ē ſuper manifeſtū ſpatule apud eiꝰ infimū ⁊ declinat ad exteriora cū tranſuerſione pauca. Et cū operatur cum duabus partibus eleuatur ſm rectitudinem. Sunt[h] preterea hominū quidam qui duos addiderūt muſculos: muſculum paruum qui a mamilla venit: ⁊ aliuz qui in ſpatule iunctura eſt ſepultus: ⁊ fortaſſe ponunt cubiti muſculos cum eis habere communitatem.

g In hac parte ſeptima dicit primo princeps ꝙ adiutoriū habꝫ vnū aliū muſculū ſui motiuū cui ſunt duo capita ⁊ due operatiōes proprie ſcꝫ ſingula ſingulo capiti ⁊ vna operatio cōis ambobus ipſius capitibus. Secūdo dicit ꝙ iſte muſculus venit a collo tranſiens ſub furcula deglutiens caput adiutorij. Et peruenit vſqꝫ ad locū vbi cum adiutorio continuatur chorda magni muſculi lati aſcendētis a pectore de quo agebatꝰ in parte quarta capituli iſtius Tertio dicit ꝙ aliqui dixerunt hunc muſculū habere vnū ſuoꝝ capituz interiꝰ declinans adiutoriū ad interiora cū modica trāſuerſione. Aliud exterius ſupra partem ſpatule eminentē apud partē inferiorē: ⁊ hoc caput declinat adiutoriū ad exteriora cū tranſuerſione pauca. Et quādo operatur muſculus iſte cū vtroqꝫ ſuo capite eleuatur ab eo adiutorium ſm rectitudinē. ¶ Attende hic primo ꝙ hec particula tertia huius ſexte partis cōiter ſic inuenitur diminute ſeu trūcate ſcripta. Quidā aūt dixerunt ꝙ vnū caput ipſius interius eſt ſuper manifeſtū ſpatule apud eius infimū: ⁊ declinat ad exteriora cū tranſuerſione pauca. ⁊ cū operatur cū duabꝰ partibus eleuatur ſm rectitudinez. Et hic error (vt puto) proceſſit a ſcriptoribus qui reliquerunt interſertā litterā ab hoc aduerbio interius vſqꝫ ad hoc aduerbiū exterius. Et cōuincitur hic error primo quia nullius apparentie veritatis eſſet littera que diceret ꝙ vnum caput ipſius eſt interius ſuper manifeſtū ſpatule cū manifeſtū ſpatule ſit exterius non interius. Secundo quia ſic ſubticeretur operatio proueniens ab altero ſuoꝝ capitū. Tertio quia a galieno ⁊ principe libro animaliū interſeritur clauſula hic oblita: ſicut apparebit ex dictis coꝝ ſtatim ſubſcribendis. ¶ Attēde ſecūdo ꝙ muſculi iſtius duo capita ⁊ triplex operatio tangūtur a galieno decimotertio de vtilitate particulaꝝ caplo. 13°. dicente. Duo enī habet capita muſculus iſte ex extrinſecis quidem partibus epimide claui applicans: ex extrinſecis autē applicatus dorſo homoplate in imioribus eiꝰ partibꝰ. Sed operatio quidem huiꝰ ſoliꝰ cū extenditur ad regionē que extra retendit vlnā id eſt adiutoriuz parū a media ⁊ certitudinaliter recta retenſione declinans verſus latꝰ Alterius vero qui verſus clauē peruenit ad intrinſecā regionē ſimiliter inclinat. Tenſis aūt ambobus equipotenter rectam certitudinaliter ⁊ mediam retenſionē accipit vlna id eſt adiutoriū nuſqꝫ declinās: hec galienus. Et per epimidam intellige partem que eſt in extremitatibꝰ humeri in principio adiutorij: ⁊ per clauē furculā. Ex quibꝰ apparet ꝙ galienus eſt de illis qui dixerūt vnū caput huius muſculi declinare interiꝰ ⁊ aliud exterius. ¶ Attende tertio ꝙ iſte muſculus deſcribitur a principe decimoquarto animaliuz caplo quinto. fere ſicut hic paucis variatis

h Sunt preterea. In hac parte octaua (verbis ⁊ eadē manēte ſentētia) dicit pn. ꝙ quidaz addiderūt muſculis mouētibꝰ adiutoriū p̄dictis vnū paruū muſculū venientē a mamilla: ⁊ aliū qui ſepelitur in iūctura ſpatule. ⁊ fortaſſis aſſerunt iſti ꝙ muſculi cubiti habent cū iſtis duobꝰ ſocietatē. ¶ Attende primo ꝙ galienus decimotertio de vtilitate particularuz capitulo decimotertio. meminit iſtius parui muſculi de quo hic eſt ſermo dicēs. Succedit aūt imiſſimo quidē predictorū quattuor muſculorum paruus muſculus qui a regionibus que ſecus mamillam ſurſum fertur. Et huiꝰ operatio eſt adiutoriū trahere ad inferiora. Et alterius operatio (vt eſtimo) eſt tenere rectā ⁊ firmam ſpatule iūcturaz. ¶ Attende ſecūdo ꝙ in capitulo preſenti princeps confundit muſculos ſpatule cuz muſculis adiutorij. Sed Raſis ſeparat eos primo almāſoris capitulo de muſculis dicens. In cuiuſqꝫ autē ſpatule motione ſunt ſeptem q̄ omnes ipſius perficiunt motꝰ. Ab vtraqꝫ etiā parte ſunt quatuordecim qui adiutoriū mouent. Eiuſdem ſententie meminit auerroys ſcđo colliget capitulo đ iuuamentꝭ muſculorū. niſi ꝙ attribuit adiutorio vtrinqꝫ tredecim muſculos tantum. Et ante hos galienus decimotertio de vtilitate particularum capitulo decimotertio. primo tractat de muſculis mouentibꝰ adiutoriū. Dēinter de mouētibus homoplatam ſiue ſpatulā quaſi ſint ab inuicem realiter diſtincti. ¶ Attende tertio ꝙ galienꝰ caplo nūc allegato primo diuidit muſculos adiutorij penes motus quos operantur. Nam quidā coꝝ ſuperius ducunt adiutoriū: alij inferius. alij ante. alij retro: alij circulariter. Ait enī ibi. Implantantur igitur ipſorum muſculorum fines oſſi vlne: quidam quidez ſuperius tendentes collum id eſt partem extremam: quidam autem inferius vellentes: ducentes vero alij ad pectus. quidam autem eorum circinaliter conuertentes. ¶ Attende quarto ꝙ Galienus numerās muſculos hos exercentes motus ordine tali procedit ꝙ primo tāgit illum qui circa mamillam naſcens ducit adiutorium ad pectus verſus inferiora. Secundo illū qui naſcens ex altis pectoris partibus adiutorium ducit ſuperius ad pectus. Tertio illum duplū muſculum qui ex toto pectore explantatus trahit equaliter adiutorium ad pectus ſine eleuatione ⁊ depreſſione quando totꝰ operatur. Sed operante parte ipſius inferiori ſola adiutorium ducitur ad pectus cum declinatione ad inferiora. Et operante ſuperiori ſola ducitur ad partem pectoris ſuperiorem. Quarto duos muſculos quorum vnus paruus exiſtens deprope mamillam venit ⁊ adiutoriū anterius ad inferiora ducit. Et alter eſt biceps de quo dictum eſt in parte ſeptima. Quinto duos alios muſculos ſituatos in dorſo ſpatule qui dictum bicipitem muſculum iuuant in tenſione adiutorij. Sexto muſculum alium qui naſcitur ex plurima parte coſte inferioris ſpatule: ⁊ adducit adiutorium ad exteriora. ⁊ opponitur illis muſculis qui ducunt adiutorium anterius ⁊ ſuperius. Septimo muſculum procedentem ex inferiori fine coſte inferioris ſpatule qui plurimuz ad extra ducit adiutorium. Neſcio ſi per hunc intelligat muſculum nunc dictum vel alium. Octauo muſculum comprehendentem totam partez concauam ſpatule qui minus extra ducit adiutorium ꝙ predictꝰ muſculus ſed plurimum circumuertit ipſum inferius. Nono muſculum alium trahentem inferius adiutorium et ad exteriora. ¶ Attende quinto ꝙ natura ſagax ad extenſionem adiutorij deſuper ordinauit bicipitem muſculum ⁊ duos alios ipſius coadiutores ſed motum oppoſitum adiutorij ad inferiora commiſit vnico paruo muſculo. Iuxta illud galieni nunc allegato capitulo. Quocirca ⁊ admirari dignum eſt de natura gratia ſubtertenſionis quidem coli epimide muſculum fortem ⁊ binatum conſtruēte ⁊ duos alios ex alterutra ſcilicet parte dorſi quod in homoplata vnum. vni vero paruo muſculo oppoſitum eis motum commiſit. ¶ Attende ſexto ꝙ licet nunc dictus paruus muſculus ſufficiat ſolus paſſim ducere inferius adiutorium conferente ad hoc naturali grauitate adiutorij: coadiuuatur tamen a quibuſdam in vehementibus motionibus ad inferiora. Iuxta illud galieni ibidem. Adiuuant autem hunc vt plurimum ⁊ imi eorum qui a pectore ſeu ⁊ binatam determinationem habentes eorum Coadiuuat autem aliquando is qui ab inferioribus partibus methafreni id eſt dorſi. tenſis enim ſimul quattuor ad reliquos

actus spondiliū manus trahitur inferius violenter. Ubi autem nullius actus vehementis est opus paruus musculus sufficit solus. ¶ Attende septimo ꝙ natura creauit musculū adiutorij ortum a toto pectore maximū ⁊ duplū vt sufficiat ducere adiutoriū ad totū pectus. ⁊ pars eius altior facta est maior. quia motus eiꝰ est difficilior. scꝫ ductio adiutorij ad supiꝰ. Juxta illō galieni ibidē. Bi natuꝫ nāqꝫ q̄ a pectore maximuꝫ natura operata est implantari debē tē ossi vlne fm longitudinem vt vbiqꝫ thora cē adducat collum. Si vero sicut melius ē non vnū binatū nominaueris hunc musculū sed duos coadnatos adhuc magis laudabis iusticiā eius altiorē multo maiorē imiori operant̄ quoniam vehementer actus ei creditus est. ¶ Attende octauo ꝙ musculus adiutorij nascens ab inferioribus partibus dorsi factꝰ est magnus: quia non solū trahit inferius adiutoriū: sed etiaꝫ retro circūuertit ip̄m ⁊ deorsum trahit totuꝫ spatule os. Juxta illō galieni ibidē. Fortassis aūt videbit̄ tibi oblitā fuisse iusticie naturam inspicienti musculū qui ab inferioribꝰ partibus methafreni sursum fertur. Non enim oportebat ip̄m fieri magnū cū deorsuꝫ trahere deberet vlnā: ⁊ conuenien̄ter inculpabis si hoc solū operata est. Uerū aūt quoniā vltra hoc duos alios motus prebet animali circūuertens quidē retro vlnā vellens aūt deorsum totam homoplatā: non vtiqꝫ conuenienter inculpabis. ¶ Attende nono ꝙ musculū nunc dictū galienus numerat primū inter musculos spatule capitulo codē dicens. Sed transiens iā ad homoplate sermonē quoniā fm cōmunionē rerū meminimus vnius mouentiū eam musculoꝝ considera de hac incipiens ab ip̄o qui nūc proponitur nobis musculo. quē solū natura opposuit m̄ltis qui supertendunt eā: explantans quidē ex spondili qui sub thorace: circūplantās autē mox partibus que ibi sunt homoplate. ex hac eni cōmunione deorsum trahere eā natus est: quoniā pars eius que sursum fertur versus vlnā que est cōtinua huic illius motus gratia facta est quē nuper cessaui dicens. scꝫ gratia motus adiutorij ad inferiora: sed pars eius que inferiori parti homoplate implantata est illā trahit deorsuꝫ. hec galienus. ¶ Attende decimo ꝙ spatula suos proprios habet motus ⁊ musculos. vltra musculos ⁊ motus iuncture adiutorij cū osse spatule. Juxta illud galieni ibidē. Melius eni fuit non solū articulationē que fm humerꝫ sed etiā totā homoplatā aliquando mouere seorsum nō trahētes superius solū vel deorsum: sed etiā apud dorsum abducentes retro ⁊ ante apud collū totū ⁊ pectus. ¶ Attende vndecimo ꝙ galienus enumerās ibidē musculos spatule vltra illū qui modo dictus est trahere spatulā ad inferiora. Primo tangit duos trahentes spatulā superiꝰ dicens. Trahit sursum itaqꝫ eā qui fm dorsum explantatus est: amplus ⁊ magnus musculus ad os quod fm occipitiū capitis supertensus. trahit sursum etiaꝫ ⁊ subtilis musculus qui ab ipsis quidē ossibus capitis explantatur: implantatur autē ei fm dorsum. Secundo duos qui versus dorsum retro ducunt spatulā dicens. Retro autē abducunt ad totū dorsum animalis alij duo musculi: declinare quidē faciens al latū vt ad colli spondiles altior coꝝ: abducēs autē reliquus ad eos qui methafreni. Tensis vero ambobꝰ simul fm rectitudinē proprie positionis que ad humerū ei fit latio. Tertio vnū musculū qui spatulaꝫ mouet ad latera colli dicēs. At vero ⁊ qui ex laterali apophisi id est explantatione primi spondilis explātationē habet musculus implantatus ipsis qui apud acromiū id est extremitatē spatule musculis: maxime quidē hoc scꝫ acromiū trahit cū eo autē ⁊ totā homoplatā ad lateales colli ptes. Q̄rto musculū q̄ nascēs ab ossclaude mouet anterius spatulā dicens. Sicut ⁊ ad eam que anterius est regionē subtilis musculus q̄ a laudiformi icipit. eteniꝫ ⁊ iste implātatur ossi homoplate prope acromiū. Quinto musculum alium qui nascens a pectore refert simul spatulam ⁊ caput adiutorij versus pectus dicens. Ac etiam ⁊ altior musculorū qui a pectore ad eam referuntur non soluꝫ videtur mihi ab vlna trahere caput: sed etiā homoplatā seu implantatus continenti articulationem totam colligationi. hec galienus. Ex quibꝰ apparet ꝙ musculi mouentes iuncturam adiutorij cum spatula fm galienum sūt tredecim numerato musculo magno duplo pro duobꝰ ⁊ bicipiti pro duobus: et musculi mouentes os spatule sunt septem numerato int̄ eos illo qui spatulā trahit inferius: ⁊ vltimo nunc dicto.

¶ De anatomia musculoruꝫ motus brachij. Capitulum. XVIII.

m Usculorum [a] brachiū mouentiū alij sunt qui ipsuꝫ contrahunt: alij sunt qui ip̄ꝫ dilatant. ⁊ isti positi sunt super adiutoriū. alij sunt qui ipsum girāt: et alij sunt qui ipsum resupinant ⁊ non existunt super adiutoriuꝫ. Dilatātes [b] vero sunt par vnū. cuius vnū ex suis imparibus cū declinatione ad interiora expādit: quia eius ortus est superius ab antecessione adiutorij ⁊ a latere spatule inferiore: ⁊ continuatur cum cubito illic vbi sunt partes eius interiores. Et impar secūdū expandit cū declinatiōe ad exteriora. qm̄ ab adiutorij collo ꝓuenit: ⁊ in extrinsecis cubiti partibus continuat̄. Cunqꝫ ambo cooperantur proculdubio fm rectitudinem extenditur.

¶ De anatōia musculoꝝ motꝰ brachij. Ca. XVIII m Usculorum brachiuꝫ ⁊c̄.

In hoc capitulo primo diuidit princeps musculos mouentes brachiū Secundo exequitur de dilatantibus: ibi [Dilatantes vero sunt par] Tertio de constringentibus: ibi [Constringētes vero] Quarto de resupinantibus: ibi [Facientes vero] Quinto de girantibus: ibi [Girātes autem sunt par positum exterius ⁊c̄.]

a In prima parte dicit princeps ꝙ musculorum mouentium brachium alij contrahunt ipsum mouendo ad interiora. Alij dilatant id est extendunt ad exteriora. Et isti ambo sunt positi super adiutoriuꝫ Alij girant id est faciunt stare sicut homo stat cum orat tenens faciem suam ⁊ ventrem super terram: ita ꝙ pars interior brachij directe versa est versus inferiora. Alij resupinant brachium ita ꝙ pars interior brachij conuersa est versus superiora. Et hi nō sunt positi super adiutoriū ¶ Attende primo ꝙ princeps in toto isto capitulo tractat d̄ musculis mouentibus brachium fm iuncturas duas arundinum seu fociliū cuꝫ adiutorio que dicuntur iuncture cubiti. ¶ Attende secundo ꝙ girare proprie est circuire vel circulariter mouere. Et figura que brachio aduenit a musculis illis quos princeps hic appellat girantes dicitur ꝓprie prona. ⁊ inde musculi causantes eā dici possunt pronificantes. ¶ Queret hic aliquis cum sint quinqꝫ motus brachij: scilicet flexio: extensio: inclinatio ad dextrum: inclinatio ad sinistrum: ⁊ contorsio. quare non assignat princeps vnicuiqꝫ eorum musculos proprios. Dic ꝙ per eosdem musculos contorquetur brachium et ad latera mouetur: ita ꝙ musculi dicti hic girantes ⁊ resupinantes ad latera mouent ⁊ torq̄nt brachiū īmo etiam singuli flectentium ⁊ extendentium quando soli operantur declinant ad latus ⁊ aliqualiter tortuose mouent vt patebit infra.

b In secūda parte dicit primo ꝙ musculi qui dilatant id est extendūt seu expandunt brachium sunt vnum par id est duo musculi. Secundo dicit ꝙ vnus istoruꝫ expandit brachium cum inclinatione aliquali ad interiora: quia superius oritur ab anteriori parte adiutorij: ⁊ ab inferiori latere spatule ⁊ continuatur id est implantatur interioribus partibus cubiti. Tertio dicit ꝙ alius musculus extendit brachium cum declinatione modica ad interiora: quia nascitur a collo adiutorij ⁊ implātatur extrinsecis partibus ipsius cubiti. Quarto dicit ꝙ dum simul agunt hi duo musculi extendunt brachium fm rectitudinem sine declinatione aliqua. ¶ Attende primo ꝙ cōmuniter inuenitur in hac parte scriptum duabus vicibus expanditur pro expandit: scilicet ibi. Cuius vnum ex suis imparibus cum declinatione ad interiora expanditur. ⁊ ibi. Et impar secundum expanditur cum declinatione ad exteriora. Et ꝙ in his locis scribi debeat expandit ⁊ non expanditur: primo ostenditur ex textu simili huic decimoquarto animaliū capitulo quinto vbi habetur. Et qui expandunt sunt vnum par. Et vnum eorum expandit cum declinauerit ad interius quoniaꝫ nascitur ab anteriori adiutorij ab inferiori latere spatule ⁊ continuatur cum cubito. Et alius similiter extendit cum declinauerit ad extra. quoniam venit a spondilibus adiutorijꝰ ⁊ retinet secum partibus exterioribus cubiti. Hec princeps. Secundo ostendit̄ ex hoc ꝙ princeps hic intendit declarare tres modos motus quos explicant isti musculi scilicet motum extensionis brachij cum declinatione ad interiora ⁊ motum extensionis eius cum declinatione ad exteriora: ⁊ motū directe extensionis sine declinatione sicut in parte sequēti declarat tres modos motus flexiōis similes istis ¶ Attende secundo ꝙ in hac parte plurimi librorum habent. Et

impar scd̄m expanditur ad interiora cuꝫ declinatione: vbi scribi debet. Et impar secundū expandit cū declinatione ad exteriora. quod ostendi
c In tertia parte dicit pri- (potest duplici medio sicut prior defect⁹.
mo ꝙ musculi constringentes brachiū seu plicantes ipsum interi⁹ sunt vnuꝫ aliud par id est duo musculi. ⁊ vocantur colligentes ⁊ flectentes.

Constringētes ᶜ vo sunt par aliud cui⁹ vnū īpar qd̄ est maius trahit ad interiora cū declinatione: qm̄ ei⁹ origo est a margine cartilagis spatule īferiore et a rostro: vnicuiqꝫ quaꝝ ꝓpe inest caput et declinat ad interiora adiutorij: ⁊ continuaꝛ chorda ipsius q̄ est neruosa cū parte focilis supioris ātecedēte. Et scd̄m īpar trahit cū declinatiōe ad exteriora. q2 ei⁹ ortus est a manifesto adiutorij posteri⁹: et est muscul⁹ duo carnosa habēs capita: quoꝝ vnū est in posteriorib⁹ adiutorij: ⁊ alterū in anteriorib⁹. ⁊ occultantur hec duo in suo incessu parūꝑ donec ad antecedentē partē focilis inferioris vadāt. Et cū eo quidē iam ꝯtinuatū fuit qd̄ ipm̄ īclinat trahēs inferi⁹ ad exteriora ⁊ cū eo qd̄ ipsum inclinat trahēs superi⁹ ad interiora vt sit tractio melior. Et cum isti duo musculi in suis iūgunꝛ opatiōibus s̄m rectitudinem stat ꝓculdubio. duosqꝫ muscl̄os dilatātes vestit musculus qui os adiutorij circundat. Et similius est vt sit pars alteri⁹ musculi ꝯstringētis.

Scd̄o dicit ꝙ vnus istoꝝ maior existens flectit brachiū cū declinatiōe ad interiora quia nascitur ab inferiore margīe cartilaginis spatule: et a rostro corui. scꝫ ab additamento ossoso spatule quod simile ē rostro corui. Et caput musculi hui⁹ inest ꝓprie id est affigitur vel adheret vnicuiqꝫ istarū originū seu partium. Vn̄ nascitur scꝫ tā inferiori margini cartilagis spatule ꝙ rostro corui. Et declinat iste musculus ad īteriora adiutorij. et chorda musculi hui⁹ neruosa existens continuatur cū anteriori parte arundinis seu focilis supioris. Tertio dicit ꝙ alter istorū musculoꝝ cōstringētiū flectit brachiū cū declinatiōe ad exteriora: q2 nascit a ꝑte posteriori eminenti adiutorij. Et habet duo capita carnosa. vnū in parte posteriori adiutorij: aliud in anteriori. Et hec duo capita parū occultantur in suo trāsitu donec perueniant ad anteriorē partē focilis inferioris. Quarto dicit ꝙ cū ipso focili vel brachio fuit iā continuatū vnū impar quod inclinat ipsum trahēs inferius ad exteriora: scꝫ primus contrahentiū musculoꝝ nunc dictorū Et fuit etiā continuatū cū ipso aliud impar quod inclinat ipm̄ trahēs superius ad interiora: scꝫ secūdus musculoꝝ contrahentiū. Et fuerunt hi musculi sic brachio cōtinuati vt sit tractio brachij per eos melior fortior ⁊ ad plures differētias positionis. Quinto dicit ꝙ dū isti duo musculi simul operanꝛ tractio stat id est fit proculdubio ꝑ eos s̄m rectitudinē scꝫ sine declinatione versus latera. Sexto dicit ꝙ musculus circūdans os adiutorij vestit seu tegit duos musculos dilatantes brachiuꝫ. Et est similius id est magis verisimile vt iste musculus cooperiēs illos sit pars alterius musculi constringentis brachiū scꝫ illius qui modo di-
d In quarta parte dicit primo (ctus est habere duo carnosa capita.
ꝙ musculi resupinātes brachiū sunt vnū par: scꝫ duo musculi. Secūdo dicit ꝙ vnus istoꝝ duoꝝ locatus est in exterioribus partibus duorum focilīū ⁊ obuiat id est applicatur focili superiori sine chorda. Tertio dicit ꝙ alter istoꝝ musculoꝝ est subtilis longus nascens a parte superiori adiutorij versus partē eius eminentē. Et maior pars huius musculi transit in seidi id est asschid: quod est compositū ex duobus focilib⁹ ⁊ penetrat donec appropinquet iuncture rascete ⁊ peruenit ad partem occultā focilis superioris ⁊ continuatur cū isto musculo chorda panni-
e In quinta parte dicit p̄o (cularis per quā alligatur dicto focili.
ꝙ musculi girantes id est pronificantes brachiū sic ꝙ vēter brachij sursum tendit: ⁊ eius dorsum deorsuꝫ sunt vnū par exterius positū scꝫ duo musculi. Secūdo dicit ꝙ vnus istoꝝ girantiū incipit seu oritur a supremo domestico id est a superiori parte interiori capitis adiutorij: ⁊ continuatur id est alligatur vꝉ implantatur cū focili superiori sub iunctura rascete. Et intellige hic per supremū adiutorij non partē illā que est versus spatulā sed que est versus cubitū. Et similiter intellige cū dicitur in priori parte ꝙ alter resupinātiū musculoꝝ nascitur a superiori parte adiutorij ꝙ nascitur ab eius parte que est versus cubitū. Et iterū intellige hic cū dicitur. sub iunctura rascete ꝙ sub nō nominat locū a rasceta versus pectinē manus ⁊ digitos: sed a rasceta versus adiutoriuꝫ ⁊ spatulā quasi supremū in magna manu que est sub osse spatule vsqꝫ ad extremitates digitoꝝ sit parua manus: ⁊ infimū sit pars adiutorij q̄ spatule copulatur. Tertio dic̄ ꝙ alter girātiū musculorū est curtior primo: ⁊ villus ipsius declinat ad latitudineꝫ ⁊ sua extremitas scꝫ cauda neruosior est: ⁊ icipit a focili supiori: ⁊ continuaꝛ implātatur et alligatur cum extremitate focilis superioꝝ apud iūcturaꝫ rascete cū focilibus.

Facientes ᵈ vo brachiuꝫ iacere supinū sunt par. cui⁹ vnū ex ipsis b⁹ ē positū ī exteriorib⁹ duoꝝ focilīū: ⁊ obuiat focili supiori absqꝫ chorda ⁊ alteꝝ subtile ꝓlōgatū nascit a supiori parte adiutorij ab eo qd̄ ei⁹ manifestū sequit: ⁊ maior pars ei⁹ vadit ī seidi ⁊ penetrat donec ꝓpinquū fiat iūcture rascete ⁊ venit ad partem occultam focilis superioris: ⁊ cōtinuatur cū eo chorda pannicularis. Gyrantes ᵉ aūt sunt par positū exterius cuius vnuꝫ ex duobus imparibus a supremo domestico capitis adiutorij incipit ⁊ continuatur cuꝫ superiori focili sub iunctura rascete: ⁊ alteꝝ est magis curtū eo. ⁊ eius villus ad latitudineꝫ est decliuis: ⁊ eius extremitas est plus neruosa. ⁊ incipit ab ipsomet superiori focili ⁊ continuatur cum eius extremitate superiori apud rascete iuncturam.

Attē de primo circa declaratōnem musculoꝝ mouentiū brachium s̄m iuncturā cubiti ꝙ natura locauit eos sup os brachij gratia cooperimenti contra frigus ⁊ occurrētia dura ledētia. Iuxta illō galieni secundo de vtilitate particularū caplo. 14°. Quoniā autē ⁊ muscl̄os qui brachium mouēt meli⁹ erat coopire os brachij egens tegmine quodā ⁊ protectione non aduersus frigus solum ⁊ estū: sed nihilominus ad duroꝝ corpoꝝ approximationes Manifestū et hoc puto existere. Non enī erat sufficiens cutis sola absqꝫ carnibus vlli hoꝝ obsistere. ¶ Attende secundo ꝙ natura volens os adiutorij cooperire carne ⁊ musculis non posuit super ipsum ex vna parte carnē ⁊ ex alia musculos: sed carnē ipsam musculis miscuit. Iuxta illud galieni ibideꝫ. Egens igitur vlna id est adiutoriū cooperiri vndiqꝫ carnibus: ac etiā musculos qui debēt mouere brachiū in seipso locatos de necessitate habere: nō seorsum quidē carnes ociosas seorsum autē musculos: sed in his carnes acquisiuit: ¶ Attende tertio ꝙ musculi qui flectunt brachiū ⁊ hi qui extendunt ipsum sunt locati super adiutoriū: sed girantes ipsuꝫ ⁊ resupinātes sunt collocati super focilia: quatinus hec ossa omnia sint vestita musculis: ⁊ eorū motus aptius fiant. ¶ Attende quarto ꝙ musculi flectētes brachiū sunt ad intra positi: quia debent contrahere brachiuꝫ ad interiora. ⁊ extendentes sunt positi ad extra: quia ducunt brachiū versus exteriora. Iuxta illud galieni secundo de vtilitate particularū capitulo decioquarto. Duobus aūt existentibus brachio motib⁹ extensione ⁊ flexione necessarium fuit ad intra quidem flexionis ducere musculum ab extra autem extensionis locari. ¶ Attende quinto ꝙ natura duplicauit musculos predictos quattuor de causis. Primo ne caro aliqua ociosa fieret. Secundo vt adiutoriū per eos melius tegeretur. Tertio vt operatio coꝝ fortior esset. Quarto vt leso vno per alteruꝫ fieret operatio. Iuxta illud galieni ibidem. Propterea igitur vt non fieret caro aliqua superflua neqꝫ incustodibilis ⁊ nuda relinqueretur colli particula fortiores simul ⁊ infallaciores motus operata est duplicans multitudinē musculoꝝ. Quoniam igitur fortiores sunt quattuor mouentes q̄ duo inmediate manifestum est: quoniam autem ⁊ hoc est etiā tutius nec longiori sermone indiget. cum enim duo pro vno alteruter eorum sit factus si alter patiatur mouere reliquus sufficit colluꝫ id est brachium. ¶ Attende sexto ꝙ natura non dedit situm rectū s̄m longitudinem adiutorij musculis flectentibus brachium. sed trans-

uersum sic ꝙ se intersecant ad ad modū figure x littere grece ꝓpt
duas cās. Pria est vt adiutoriū magis ample cooperiant. Scd̄a ē
vt trahēdo brachiū sint simul duces obliquoꝝ ⁊ rectoꝝ motuū.
Obliquoꝝ quidē vnico musc̄lo agēte. Rectoꝝ v̄o mouētib⁹ simꝫ
ambob⁹. Iuxta illud galieni ibidē. Incipiente enī altero muscu
loꝝ flectentiū brachiū ab intrinsecis ꝑtib⁹ loci q̄ ẜm humerū: ⁊ la
to ab hinc ad id qd̄ ante versus brachiū: reliquo aūt minore explā
tato quidē ex extrinsecis brachij oriente: int⁹ vero ab hinc quiesci
biliter ꝯuerso: manifesta quidē est ⁊ positio coꝝ. qm̄ x grece litte
re sil̄is est. Manifesta aūt est ⁊ mot⁹ obliquitas. Maiori enī mu
sculo agente man⁹ extrema tāgit intrinsecas regiones articuli q̄
est ẜm humerū. Minori aūt oppositas que sunt ab extra. hec ga
lienus. Et ad hoꝝ ꝓbationē adducit ibidē duo experimēta dicēs.
Licet aūt ⁊ hoc primū quidē in simijs ꝓbare nudando brachiū ⁊
tendentes ꝓductiones sicut in anatomicis tractationib⁹ diceba
mus. Deinde autē ⁊ in nobismet ante anatomiā. imobiles enim
oēs alias articulatiōes man⁹ custodiēs: solā aūt brachij que ad vl
nam mouens: nunꝙ̄ extra predictas regiones duces summā ma
nū. Et inducit paulopost aliud experimētū de iuuene quodā qui
nō poterat adducere paruā manū ad extrinsecas humeri partes
sed ad intrinsecas solū. ⁊ medici nescientes hoꝝ musculoꝝ vias
non attribuebant ipsis hoc impedimētū. Et ait ibi. Et quando-
ꝗ quidā coꝝ scꝫ medicoꝝ ignorantiū considerās nobiscū iuuenē
qui in flectendo brachiū in intrinsecis quidē partibus loci q̄ ẜm
humerū manū adducere poterat: non poterat aūt in extrinsecis:
nō poterat omnino dinoscere quoniā musculi erat hec passio: ne-
ꝗ sciebat kerkidis q̄dē id ē focilis minoris ossi maiorē brachij ve
ro id est focilis maioris minorē musculū applātari: sed in medio
coꝝ vtrosꝗ musculos estimabat peruenire. hec galienus. Dein-
de exclamat dicens. Qualiter autē iste adinueniet vtilitatē posi-
tionis coꝝ qui neꝗ ipoꝝ cognoscebat positionē. Si vero positio
nem non sciebat manifestū quoniā neꝗ actū. Consequenter con-
cludit modū operis hoꝝ musculoꝝ dicens. Sed musculi demum
duo hi ẜm rectitudinē quidē diligenter flectūt brachiū vtroꝗ tē
dente. Si vero alter coꝝ quidē agat alter vero quiescat parū a re
ctitudine versus alterā partē conuertent vt dictū est. ¶ Attende
septimo ꝙ musculi extendentes brachiū situantur in dorso adiu
torij directe ex opposito flectentiū musculoꝝ. Et complantantur
ambo ad cubitū: sed maior pars vnius hoꝝ tendit magis ad exte
riora cubiti: ⁊ maior alterius pars ad interiora. Et vnus hoꝝ na
scitur in supremo adiutorij ab intrinsecis eius partibus. ali⁹ ab
extrinsecis. Iuxta illud galieni ibidē. Scd̄m eundē aūt modum
⁊ posteriores vlne musculos inuenies: oppositū alterutrū alteru-
tri intrinsecoꝝ: ambo enī ad cubitū complantantur. Sed huius
quidē maior pars ad intrinsecas regiones: illius autē ad extrin-
secas. Et primi quidē dictoꝝ explantationes que desuper intrin-
secis brachij magni: illius autem in posteriorib⁹. ¶ Attēde octa
uo ꝙ musculoꝝ flectentiū brachiū ille maior est qui flectit ipsum
ad interiora: quia magis indigem⁹ intrinsecis motib⁹ ⁊ frequen-
tius eos exercem⁹ ẜm brachia ⁊ man⁹. Et inter musculos extendē
tes brachiū ille maior est qui directe est oppositus maiori flecten
tiū. Iuxta illud galieni ibidē. Et musculoꝝ alteruter hic quidē
maior alter vero minor rationabiliter facti sunt. Multotiēs enī
iā ante dictū motuū qui in manib⁹ abundare intrinsecos. Quo-
niam ergo ad alterutras partes certe rectitudinis alteruter eorū
flectet brachiū: rationabile fuit fortiorē fieri magis eū qui intus
ꝙ̄ eū qui extra mouet. Rationabile aūt fuit ⁊ oppositoꝝ eis alter
utrū alterutri fieri similē. quoniā si vtiꝗ quidē maiori intrinseco
rū minorē qui extra opposuisset: minori aūt maiorē cōuenienter
vtiꝗ inartificiositatē incusaret. ¶ Attēde nono ꝙ quattuor mu
sculi superpositi adiutorio sunt maiores musc̄lis suppositis arū
dinibus seu focilib⁹: ⁊ maxime his qui rascetā ⁊ digitos mouent.
Primo quia cooperiunt os grossius: videlicet adiutoriū. Secun
do quia mouentur per ipsos ossa maiora: videlicet arūdines. Iu
xta illud galieni ibidē. Qualiter enī natura non fuit iusta ex hoc
scꝫ maiores esse eos qui in vlna musculos: his qui in brachio. Illi
enī brachiū: hi aūt carpū. id est rascetā ⁊ digitos mouent. Qua-
re quanto differunt magnitudine debentes moueri particule: tā
to ⁊ mouentes eas musculi. proportionaliter autē musculis ne-
cesse est habere ⁊ moles subiacentiū eis ossiū. ¶ Attende decimo
ꝙ musculi resupinantes ⁊ girantes brachiū duplicati fuerunt si-
cut extendentes ⁊ flectentes ipsum propter causas similes his q̄
dicte sunt de extendentibus ⁊ flectentibus. Iuxta illud Galieni

secundo de vtilitate particularū capitulo quinto. Cur igitur duo ad ꝓ
num eā ducunt scilicet arundinē brachij: duo aūt ad supinū conuertūt
¶ Attende vndecimo ꝙ hi quattuor musculi scilicꝫ duo resupinantes
⁊ duo girantes applicantur arundinibus in pluribus locis: eo ꝙ sunt
carnei ⁊ non habent rigiditatē ⁊ fixionē que chordis inesse solent: sed
acquirunt fixionē ex multiplici adherentia coꝝ ad arundines. Iuxta
illud galieni ibidē. Accedunt aūt ad plurimū alteruter ⁊ non ad easdē
solū perueniunt extremitates. Et propterea ꝙ carnosis partibus ap-
plicant anteꝙ̄ ad tenontes finiant: debiles coꝝ apprehensiones existē
tes plura indigent comprehēdere loca. ⁊ id quod tenontib⁹ id est chor-
dis propter fortitudinē ex vna inest apprehensione: hoc carnosis ꝓpter
coꝝ imbecillitatē ex pluribus accrescit. ¶ Attende duodecimo ꝙ om
nes hi musculi dempto secundo ex resupinātibus carent chordis. Pri-
mo quia chorde solū sunt necessarie vbi os non patitur musculum. vel
quia nimis est durum ⁊ musculus mollis: chorda vero media est. vel q2
os est nimis paruū. quare non sustinet totū musculū applicari sibi. sed
chordā ipsius que gracilis est. vel quia os indiget vt leue existat nō one
ratū carne: ⁊ propter has causas ossa digitoꝝ mouentur per chordas.
sed nullū istoꝝ focilibus inest. Secundo quia chorde solite explantari
a musculis magnis cuiusmodi sūt isti indigerēt longiori via ꝙ̄ sint arū
dines. Iuxta illud galieni ibidem. Quoniā aūt neꝗ melius erat neꝗ
possibile explantari ab his musculis tenōtes id est chordas si quis me-
moratur dictoꝝ ante: nouit iam causam. Si vero non rememorabor
eius per breuia. Non patitur ẜm naturā os musculū: aut quia durum
est aut quia paruū. aut quia melius custodiri sine carne ⁊ leue. hoꝝ au
tem nihil est in osse kerkidis. neꝗ enī durū est neꝗ paruū: sed neꝗ leue
esse magis ꝙ̄ carneū vult. Cū hoc autē ⁊ impossibile ita propinque ad
inuicem iacentibus ossibus eū qui incipit a brachio id est maiori focili
musculum explantari kerkidi id est minori focili per chordam scilicet.
Paulatim enim accruatis in eisdem eis qui ad carnes disseminati sūt
colligationibus ⁊ neruis: generatio fit tenontum id est chordarū. huic
autem scilicet paulatim accruari longiori opus esset via ⁊ maxime quā
do ex magno musculo accruantur. ¶ Attende decimotertio ꝙ a secun
do ex musculis resupinantibus brachium parua chorda nascitur pan-
nicularis. Primo quia per hūc musculum parui motus acceptionis ex
ercentur. Per hunc enim manus resupinatur quasi ad recipiendū ele-
mosinam. Secundo quia musculus iste longior est ceteris mouētibus
brachiū. Iuxta illud galieni ibidem. Quoniā aūt verum est quod dici
tur qui ẜm kerkidā id est min⁹ focile desuper appositus est ostēdit mu-
sculus: cui soli de quattuor musculis de quibus est presens sermo mem
branosus explantatur tenon id est chorda implantatus ex intrinsecis
partibus kerkidis id est focilis minoris prope carpū id est rascetā. Et-
enī solus paruis acceptationib⁹ debebat mouere eam: ⁊ longior est nō
solū eis qui mouent kerkidam: sed omnibus alijs qui ẜm brachiū. ꝓ
pter hoc igitur facti sunt quatuor musculi hi ⁊ obliqui positione ⁊ om
nes carniformes excepto nunc dicto quarto. paruissimus quidē enim
(vt dixi) explantatur ab eo membranosus tenon. ¶ Attende decimo
quarto ꝙ natura profunde occultauit in interioribus brachij musc̄los
girantes seu pronificātes vt securiores essent ⁊ plus elongati ab extrin
secis occurrentibus: quia brachium ⁊ manus in figura prona exercent
actus necessarijssimos ⁊ vehementissimos. Iuxta illud galieni ibidem
Posuit autem singulum eorum natura in idoneissimo loco. Eos qui-
dem qui ad pronam figurationem circunducunt colum ex extrinsecis
partibus omnium primos ẜm profundū securitatis gratia. Monstra-
tum enim est in precedenti tractatu ꝙ necessarijssimos ⁊ vehementissi-
mos actus manus in hac figuratione exercet. ¶ Attēde decimoquin-
to ꝙ musculi resupinantes brachium exterius positi non potuerūt am
bo simul occultari inter maius ⁊ minus focile sicut ambo girantes oc-
cultati sunt iterius. Primo quia oportuit partes exteriores brachij ꝓ-
pe rascetam esse leues ⁊ modice carnis. Secundo quia oportuit in loco
illo recipi capita chordarum mouentium digitos et paruam manum
Et ideo natura de possibilibus faciēs quod melius est occultauit vnū
ex istis musculis in medio dorsi brachij inter duo focilia. Et alterū ex-
tendit supra minus focile faciens hunc longissimū: sic ꝙ caput ei⁹ per
tingit vsꝗ ad adiutorium ⁊ extremitas ipsius terminatur in paruam
chordam panniculosam prope iuncturam rascete. Iuxta illud galieni
nunc allegato capitulo. Eos autem qui ad supinum adducunt quidē
extra vtiꝗ omnino oportebat poni. Positionem autem vtrorūꝗ pro-
portionaliter intrinsecis non erat possibile facere ẜm alterutros termi
nos kerkidis id est focilis superioris. Id enim quod est ante carpum
leue simul ⁊ pauce carnis esse debēs ⁊ adhuc capitibus reiacens omniū
tenontum id est chordarum: quodꝗ mouet extremam manum duos
obliquos musculos non erat possibile recipere. propterea ergo aliū to-

tum carnosum faciẽs occultauit in media regione brachij id est focilis maioris ⁊ kerkidis id est focilis minoris ex brachio quidẽ explantans aũt ad kerkidẽ. Alterũ aũt quia nec in hoc loco reponere erat possibile: cũ iam susceperit vnũ. neq3 aliũ locũ habebat vacantẽ apposuit desuper ipsi kerkidi longiorẽ operata eũ qui circa colũ hoc id est arundinẽ musculuz omnibus musculis. pertingit enĩ eius superior extremitas ad vlnã extra pendens quidez vsq3 ad aliquem musculorũ qui ibi sunt condescendens aũt eis vt subtilior seipso fiat. hec quidẽ ei⁹ extremitas velut caput quoddã ẽ. Alia vero extremitas inferior per quam mouet kerkidã desinẽs in membranosuz tenontẽ applicatur intrinsecis eius partibus prope articulationẽ que est ſm carpum. hec galienus.

¶ De anatomia musculoruz iuncturam rascete mouentium. Cap̃. XIX.

Musculorum[a] vero iuncturam rascete mouentium: quidaz sunt constringentes ⁊ quidam dilatantes: ⁊ quidam girantes: ⁊ quidam resupinantes super collum. Ex dilatantibus[b] vero est vnus musculus cuz alio continuus ac si ambo vnus essent musculus. Et istius quidem origo est a medio focilis inferioris: cuius chorda cũ pollice continuatur: per quaz pollex ab indice elongatur. Et alterius origo est a focili superiori: cui⁹ chorda cuz primo ossium rascete cõtinuatur: scilicet posito coram pollice. Cunq3 isti duo simul mouentur: dilatant rascetam cum giratione pauca. Et cum secundus solus mouetur: facit ipsam iacere resupinam. Et cum prim⁹ mouetur solus: prolongat inter pollicẽ ⁊ indicem. Et musculus qui iacet super focile superius apud rascetam a parte siluestri cuius ortus est ab inferiori capitis adiutorij a quo procedit chorda duo habens capita: que cum medio pectinis coram indice ⁊ medio cõtinuatur. Et istius chorde caput sustẽtatur super focile superius apud rascetam ⁊ dilatat rascetam expandendo cum giratiõe. Constringentes[c] vero musculi sunt par super latus brachij siluestre. Quorum inferior incipit ab interiore duorũ capitum adiutorij: ⁊ peruenit ad pectinem corã auriculari. Et superior vtrorumq3 icipit altius q̃ ille ⁊ peruenit ibi. Et est cum eis musculus qui incipit ab inferioribus adiutorij partibus loca predictorum medians qui duo habet extrema que ad modum crucis transuersantur vel incidũt se postea cum loco qui est inter pollicẽ ⁊ medium continuantur cũq3 ambo mouentur constrigunt. Et[d] isti quidem constringentes ⁊ ipsimet dilatã

¶ De anatõia musculorũ iuncturã rascete mouentiũ. Capitulum. XIX.

Musculorum vero iuncturam ⁊c̃. In hoc capitulo princeps primo diuidit musculos mouentes iũcturam rascete. Secundo exequitur de dilatantibus eam. ibi [Ex dilatantibus] Tertio de constringentibus eaz ibi [Constringentes vero] Quarto de girantibus et resupinantibus. ibi [Et isti quidem constringentes]

a In prima parte dicit q musculorz mouentiũ iuncturã rascete quidam constringunt: quidã dilatant: quidã girant: quidam resupinant. ¶ Attende q hic principaliter sermo est de iunctura rascete cũ arundinibus brachij. licet enĩ octo ossa rascete coniungantur inuicẽ ⁊ cũ pectine iuncturis penes quas aliquis fit motus: est tamen debilis ⁊ multũ (remissus.

b In secunda parte dicit primo q ex musculis dilatantibus seu extendentibus iuncturã rascete sunt duo musculi quorz vnus est cũ alio continuatus ac si ambo essent vnicus musculus. Secũdo dicit q primus horz nascitur a medio focilis inferioris: ⁊ chorda ipsi⁹ applicatur pollici ⁊ elongat pollicẽ ab indice. Tertio dicit q alter horz nascitur a focili superiori ⁊ chorda ipsius applicatur primo ossiuz rascete quod situatũ est corã pollice. Quarto dicit q quando isti duo musculi simul mouentur extendunt rascetã cũ pauca giratione: ⁊ quando secũdus mouetur solus facit rascetã iacere supinã. ⁊ quando primus mouetur solus elongat pollicẽ ab indice. Quinto dicit q ex musculis dilatãtibus rascetã est vnus alius tertius musculus expansus super focile superius versus rascetã a parte exteriori nascens ab inferiori parte capitis adiutorij a quo oritur chorda duo habẽs capita. Et chorda hec implãtatur medio pectinis corã indice ⁊ medio digito. Et caput istius chorde sustinetur seu defertur super focile superius penes rascetaz. Et musculus iste dilatat rascetã extendendo eã cũ aliquali giratione. ¶ Attẽde hic q plurimi librorz inueniuntur in hoc passu sic habere. A quo procedit chorda duo habens capita. quorz vnũ cũ medio pectinis corã indice ⁊ medio cõtinuatur. Et alterius capitis chorda est inferius caput super focile superius apud rascetã. Et in margine pluriũ librorz loco hui⁹ vltime clausule: ⁊ alterius chorda est inferius: inuenit̃ scriptuz. ⁊ caput chorde eius est inclinatũ inferius. Et huius littere intellectus videtur esse talis: q chorda explantata ab hoc musculo habet duo capita id est duas extremitates: quarũ vna implantatur medio pectinis corã indice ⁊ medio digito: ⁊ altera extremitas est inferius eius caput situatum super focile superius apud rascetã. Et intellige q hec extremitas dicit̃ inferius caput respectu alteri⁹ extremitatis que applicat̃ medio pectinis accipiendo supremũ magne manus in extremitatibus digitorum: ⁊ infimũ in iũctura spatule. Et hec littera sic intellecta vera est. Sed medici dicentes q chorda hec habet duo capita: non intelligunt q habeat duas extremitates. vnam vnde explantat̃. scilicet in cauda musculi. alterã vbi implantatur seu peruenit. qz hoc cõmune ẽ omni chorde. sz intelligũt q in exitu ipsius a cauda musculi habz duo capita ita q sit q̃si due chorde q̃ ambe continuantur cum medio pectinis. Nã d isto musculo dicit galienus secũdo de vtilitate particularũ capitulo secũdo q extra brachiuz locatur ⁊ desinit in medio metacarpio id est pectine duplici tenõte id ẽ chorda: ⁊ paulo post vocat hanc chordam biferientez. id est bifurcataz. et dicit q incipit ab eo musculo qui ẽ ſm kerkidam id ẽ focile superius ⁊ implantatur ad illaz metacarpij id est pectinis partẽ que est supra mediũ digitum ⁊ indicẽ. Et de musculo isto ⁊ chorda eius ita scribit princeps decimoquarto animaliũ capitulo quinto. Et ei⁹ musculus quidã concurrit a parte focilis superius ex parte siluestri ⁊ nascitur ab inferiori capitis adiutorij: ⁊ mittit vnã chordaz habentẽ duo capita: ⁊ continuatur in medio pectinis coraz indice ⁊ medio: et caput sue chorde sustentatur super focile superi⁹ prope rascetam: ⁊ dilatat rascetã expansione cũ giratione. Et nisi essent hec que modo sunt allegata a galieno ⁊ principe crederẽ ex littera inuenta in plurimis auicennis principem sensisse q chorda istius musculi emitteret vnũ ramũ eius ad rascetã prope focile superius ⁊ alterum ad medium pectinis.

c In tertia parte dicit primo q musculi constringentes rascetam sunt vnum par scilicet duo musculi extensi supra latus brachij siluestre id est extrinsecum. Secundo dicit q vnus horum scz inferior incipit ab interiori capite duorz capitũ adiutorij existentiũ in extremitate ipsius versus focilia. ⁊ peruenit iste musculus ad pectinem coraz digito auriculari. Tertio dicit q alter istorum scz superior incipit altius q̃ nũc dictus musculus: ⁊ peruenit ibi id est ad illum eundem locũ ad quem peruenit primus. Quarto dicit q cum istis duobus musculis constringentibus rascetã est alius tertius musculus incipiens ab inferioribus partibus adiutorij: loca predictorz medians id est locatus in medio nunc dictorum musculorz: cuius duo sunt extrema sese intersecantia trãsuersaliter ad modũ crucis. deinde implantãtur loco qui est inter pollicem ⁊ medium. Quinto dicit q quando ambo mouẽtur scz duo musculi predicti coadiuti ab hoc tertio constringunt rascetã

d In quarta dicit primo q musculi qui dilatant ⁊ constringũt rascetam sunt ipsimet qui girant id est pronificant ⁊ resupinant eam cum duo oppositi ex eis ſm transuersionez mouentur. Et intellige hic per oppositos ſm transuersionem moueri q tendatur ab extra musculus pollicis ⁊ ab intra musculus auricularis: ⁊ sic ad pronum circunducetur rasceta vel econuerso et ad supinum ducetur. Consequenter princeps dat quattuor regulas super motibus girationis ⁊ resupinationis. Prima regula est. quãdo mu

sculus cū pectine continuus corā auriculari mouetur solus: scꝫ alter duoꝝ primoꝝ constringentiū nūc dictoꝝ siue prin' fuerit siue secūdus: girat plantā id est pronificat rascetā. Secūda regl'a est. Quando muscul' pollicis cap'lo sequenti nominādus iuuat musculū nūc dictū scꝫ continuū pectini corā auriculari facit plenarie

tes girationem efficiunt ꝛ resupinationem: cum duo oppositi ex eis fm transuersionem mouētur. Sed musculus cum pectine continuus corā auriculari cum solus mouetur girat plantam. et cum musculus pollicis quem nominabimus ipsuꝫ adiuuat plenarie plantam resupinam iacere facit. ꝛ cum ille qui est in rasceta continuus coraꝫ pollice solus mouetur girat ipsam parumper: ꝛ cum auriculari queꝫ nominabimus efficit gi

id est perfecte plantaꝫ iacere supinā. Tertia regula. Quādo muscl'us q̄ cōtinuatur cū rasceta coram pollice mouet solus girat id ē pnificat modicuꝫ rascetam. Et credo ꝙ hic loquatur de primo dilatantium musculoꝝ nuper dictoꝝ non de secundo. licet enim secundus per chordam suam cū primo ossiū rascete coraꝫ pollice cōtinuetur: nō tamen girat rascetā sed resupinat eam vt dictū est in parte secunda capituli istius. Quarta regula. Musculus iste girans cū musculo auriculari adiutus qui nominabitur in capitulo sequenti perficit completam rascete girationem. ¶ Attende ꝙ galien' secundo de vtilitate particularū capitulo secundo pertractat materiā huius capituli de motibus rascete ꝛ musculis ꝛ chordis quibus exercentur conuenienti ordine sub decē conclusionib'. Prima conclusio. Quattuor existentibus motibus rascete scꝫ extensione flexione pronificatione ꝛ resupinatione: duo musculi ꝛ due ipsorum chorde reflectunt rascetam: ꝛ alij duo cū suis chordis extendunt eā. Ait quidē ibi. Quattuor enī existentibus motionibus carpi extensione flexiōe ꝛ ea que ad pronū ducit et ea que ad supinū: duo quidē tenontes ꝛ musculi sunt duces flexionis: duo autē alij tensionis. Secūda conclusio. Istimet quattuor musculi mouent oblique rascetā: videlicet prone ꝛ resupine. sed ad motum pronū recipiunt auxiliuꝫ a quinto musculo in exterioribus brachij collocato qui terminatur in medio pectinis cum duplici chorda. Ait eniꝫ ibi. Hi ipsi vero ꝛ eas que ad obliquū versiones regulant coassumentes quidē in prona figuratione de q̄nto musculo extra brachiū quidē locato: desinente autē in medio metacarpio duplici tenonte. Tertia ꝯclusio. In forma diuisiōīs chordarum flectentiū rascetā locatarū in intrinseca parte brachij: quedam peruenit ad regionē supra paruū digitū. alia ad regionē supra pollicē. Ait enī ibi. Flectētiū igitur carpū tenontū ab intrinseca videlicet parte brachij locatoꝝ. alter quidem ad eam que supra paruum digitū. alter autē ad eam que supra magnū: regionē peruenit. Quarta conclusio. Per modum diuisionis chordaruꝫ extendentium rascetam locataruꝫ in extrinseca parte brachij quedam implantatur supra auricularem. alia supra polliceꝫ. Ait enī ibi. Et alterutrorum quidem tendentiuꝫ ab extrinseca parte brachij locatorum. hic quidem super paruum: hic autē super magnū digituꝫ implantatur. Quinta conclusio. Si ambe chorde intra brachium locate simul tendantur flectunt rascetaꝫ. Et si ambe extra brachium locate simul tendantur: extendunt eam. Ait enim ibi. Si quidem vtriqꝫ tendantur simul flectunt quidem qui int' tendunt autem qui extra summam manuꝫ. Sexta conclusio. Si simul tendantur chorda que peruenit supra pollicem interius: et chorda que peruenit supra auricularem exterius: rasceta circūducitur parum versus pronum. Ait eniꝫ ibi. Sed tenso eo quidē q̄ fm magnum digitum intra: eo autem qui fm paruum extra versus pronum: parum quodammodo manus circunducetur. Septima conclusio. Si tendantur simul chorda perueniens ad auricularem intra: ꝛ chorda que venit ad pollicem extra: rasceta circunducetur versus supinum. Ait eniꝫ ibi. Eo vero qui fm paruū digitum tenso intus: eo vero qui fm magnum extra versus supinum. Octaua conclusio. Si tendantur simul chorda que est intus fm polliceꝫ ꝛ chorda que est intus fm auricularē: rasceta plurimum versus pronū deducetur. Ait enim ibi. Si vero simul tendantur qui fm magnum intus: ꝛ qui fm paruum intus: nedum parum sed plurimum versus pronum manus ducetur. Nona cōclusio. Si simul tendantur chorda que est extra fm pollicē ꝛ chorda que est extra fm auriculareꝫ: rasceta sufficienter id est perfecte resupinabitur. Ait enim ibi. Ita autem ꝛ eo qui fm magnū digitum extra: eo autem qui fm paruum extra tenso: sufficienter manus supina fit. Decima conclusio Ultra dictas quattuor chordas quinta chorda duplex supaddita est vt adiuuet chordas extendentes simul ꝛ girantes rascetam: quia prona figura man' mixta tensioni magis vtilis est q̄ alie figure ad opera hominis que per manus fiunt. Ait enim ibi. Quia vero ad actiones que fm vitam vtilior est multum prona figuratio mixta tēsioni que fm carpum: ꝛ propt' hoc decebat abundare a supina: quintum tenontem biferientem natura apposuit eius q̄ ad hoc versionis duceꝫ incipientem quideꝫ ab eo qui fm kerkidam id est focile superius musculo: implantatum autem ad eam metacarpij: id est pectinis que est supra digitum medium et indicem. Sed in istis conclusionibus plura sunt que discrepare vidētur a dictis principis hic: ꝛ quedā ex eis videntur extranea. Discrepat quidem a dictis principis. Primo ꝙ non sint nisi duo musculi flectentes rascetam: cum princeps ponat tres. Secundo ꝙ chorde dilatantium rascetam musculorum implantentur vna pollici ab extra. altera auriculari ab extra: cuꝫ dicat princeps vnam implantari pollici. alteram primo ossi rascete posito coram pollice. Tertio ꝙ chorde flectentium rascetam musculoruꝫ implantentur vna pollici ab intra: altera auriculari ab intra: cū dicat princeps ambas implantari ad pectinem coram auriculari. Item extraneū videtur ꝙ per chordas que applicantur coram pollice ꝛ auriculari ab intra simul tensas flectatur rasceta: sicut dicit prima pars quinte cōclusionis. ꝛ ꝙ per easdem simul tensas rasceta plurimum versus pronum deducatur sicut dicit octaua conclusio. Uidetur etiam extraneū ꝙ per chordas que applicantur ab extra coram pollice ꝛ auriculari simul tensas extendatur rasceta sicut dicit secunda pars quinte conclusionis. et ꝙ per easdem simul tensas sufficienter rasceta resupinetur: cum tensio sit motus rectus: ꝛ resupinatio sit obliqua motio: nisi esset ꝙ he chorde reciperent aliunde iuuamentum ad rascetam pronificandam ꝛ resupinandam. ¶ Et circa hoc attende ꝙ Galienus secundo de iuuamentis membrorum qui est idem cum libro de vtilitate particularum: nisi ꝙ est translatus ab arabico. et liber de vtilitate particularum a greco. ponit quinqꝫ primas conclusiones fere easdem in sententia cum quinqꝫ modo narratis. sed loco sexte ꝛ septime conclusionum scribit hunc textum. Et si diuersetur earum incuruatio chorda que est in pollice ex domestico palme ꝛ que est apud auricularem ex siluestri palme incuruabunt palmam modicum super faciem eius. Et loco octaue ꝛ none conclusionum scribit hunc textum. Et si inchordetur chorda que est apud auricularem in domestico palme aut chorda que est apud pollicem in domestico palme: incuruabitur manus super dorsuꝫ eius. De decima vero non dicit quicq̄. ¶ Attēde tertio ꝙ tres sunt cause propter quas natura non commisit tensionem rascete vni soli chorde ꝛ vnico musculo neqꝫ flexionem ipsius. Prima est quia per chordam vnicam non fieret flexio certa neqꝫ firma. Secunda est. quia si sola chorda flecteret rascetam oporteret eam ꝛ musculum eius in medio brachij locari. ꝛ locus ille iam occupatus est alio musculo mouente digitos tam intus q̄ extra. Tertia causa est. quia si non esset nisi chorda vnica tensionis rascete ꝛ vnica flexiōis necessarie essent alie chorde pro motibus obliquis resupinationis ꝛ girationis. Iuxta illud Galieni secundo de vtilitate particularum capitulo secundo. Cur autem non vni tenonti ꝛ musculo t̄sionem vel flexionem commisit manus. Quoniaꝫ primo quideꝫ nec certam totius articulationis neqꝫ firmam fortassis faceret flexionem. sed facile vertilem ꝛ laxam. sicut autem nunc se habet totaliter firma ꝛ infallax est. Deinde autem neqꝫ vacuam adhuc haberet mediam regionem in qua omnino vnum existentem ipsum locari oporteret. Accingeretur enim introrsum quidem a flectentibus digitos: extrorsum autem ab extendentibus eos comprehenderetur. Et tertio vltra predicta alijs indigeret tenontibus ad latera conuersiones facientibus. Sed nunc demum duobus factis his qui extendunt ꝛ flectunt: mox quidem per eos ꝛ alios motus manus habuimus. Non caremus autem neqꝫ positione operantium eos musculoruꝫ. Et operamur multomagis sic ꝛ fortius ꝛ infallacius q̄ si illo modo facti fuissent omnia que oportebat.

¶ De anatomia musculorum motus digitorum. Capitulum. XX.

rationem completam.

¶ De anatomia muſculoꝛum motus digitoꝛum. Capitulum. XX.

M Uſculoꝛum[a] vero digitos mouentium quidā ſunt q̄ ſunt in plāta: ⁊ quidaz ſunt qui ſunt in bꝛachio. quia ſi omnes in planta coniungerentur ꝓpter carnem multam grauarent: ⁊ ꝓpter illud ꝙ illi qui ſunt ex eis ī raſceta a digitis elongati fuerunt: choꝛde ipſoꝝ neceſſario fuerunt longe. Munite ergo fuerunt panniculis qui eis ab oībus adueniunt partibus. Et ipſoꝛuz quidem choꝛde rotunde ⁊ foꝛtes create fuerunt ⁊ non dilatantur niſi cuz ad membꝛuz perueniunt. Ibi igitur dilatantur vt membꝛum motuz bene compꝛehendant. Omnes[b] autē muſculi digitos dilatantes ſuꝑ bꝛachiū ſunt poſiti. ⁊ ſimiliter ipſos ad inferioꝛa mouentes. Ex dilatantibus quidez eſt muſculus qui in medio manifeſti bꝛachij poſitus naſcitur a parte ſupꝛema capitis adiutoꝛij inferioꝛis ⁊ quattuoꝛ digitis choꝛdas q̄ ipſos dilatāt mittit. Ex eis vero qui eos ad inferioꝛa inclinant tres ad inuicē in parte iſtius ſunt continui. Quoꝛum vnus a parte media capitis adiutoꝛij ſilueſtris inter duo ipſius additamēta oꝛitur. ⁊ duas choꝛdas auriculari ⁊ anulari tranſmittit. Et vnus a ſumma duoꝛum muſculoꝛum duploꝛum qui ſunt duo ex his tribus oꝛitur ſub duobus additamentis adiutoꝛij interius ⁊ a margine focilis inferioꝛis ⁊ duas trāſmittit choꝛdas medio ⁊ īdici. Et tertius eoꝛum: ⁊ eſt ille qui remāſit: oꝛitur a ſupꝛemo focilis ſuperioꝛis ⁊ choꝛdam pollici mandat. Et apud hanc iuncturam eſt muſculus qui eſt vnus duoꝛum muſculoꝛum inter muſculos motus raſcete nominatoꝛum: ⁊ naſcitur a loco medio focilis inferioꝛis cuius choꝛda pollicem ab indice ꝓlongat. Conſtringentium[c] autez quidā ſunt qui ſuper bꝛachium exiſtunt: ⁊ quidā qui ſuper volam plante. Et illi qui ſunt ſuper bꝛachium ſunt tres muſculi. quoꝝ vnus ſm aciem in medio ſuper aliuz eſt poſitus. ¶ Ex quibus nobilioꝛ eſt infe-

m Uſculoꝝ vero digitos ⁊c. In hoc capitulo pꝛimo diuidit princeps muſculos quibus digiti mouentur: ⁊ deſcribit modos ſuarum choꝛdarū. Secundo exequitur de muſculis dilatantibꝰ digitos ⁊ mouentibus eos ad inferioꝛa. ibi [Omnes autē muſculi] Tertio de conſtringentibus digitos in bꝛachio locatis. ⁊ de vno dante ſenſum palme. ibi [Conſtringentiuz autem] Quarto de octodecim muſculis ſituatis in planta ī duabus aciebꝰ. ibi [Muſculi vero qui ſunt in plā-

a In pꝛima (ta] parte dicit pꝛimo ꝙ aliqui muſculoꝝ mouentiū digitos ſunt in planta id eſt palma. Alij ſunt in bꝛachio. Et non omnes fuerunt in palma locati ne multitudine carniuz parua manꝰ nimis grauis fieret ⁊ īepta motibꝰ. Secundo dicit ꝙ quia muſculi qui ſunt in raſceta ſunt a digitiſ elōgati. ⁊ adhuc plꝰ illi q̄ ſunt in bꝛachio natura ꝓuidit circa choꝛdas coꝝ. Pꝛimo quidē fecit ipas longas vt ad digitoſ ſufficienter pertingerent. Secundo muniuit eas pāniculis aduenientibꝰ eis vndiq̄: ne carne nudate facile ledātur ab extrinſecis occurrentibus. Tertio produxit eas rotundas et foꝛtes: ⁊ non extendit ipſas in latū niſi dū veniunt ⁊ applicantur ad mēbꝛū quod mouere debent. illic enī dilatantur vt melius compꝛehendant membꝛū quod mouent. Eandē ſententiā memoꝛat Galienus pꝛimo de vtilitate particularū capitulo decimoſeptimo querens. Cur autē ita lōgos tenontes id eſt choꝛdas creauit ⁊ nō fecit iuxta naſci carpo id eſt raſcete muſculos. Reſpondet queſito dicens. Quia leuē ſimul ⁊ tenuē melius erat eſſe extremā manū ⁊ non aduberatā turba carniū grauē ſimul ⁊ groſſam fieri. Multa enī ita deterius ⁊ tardius ageret eoꝝ que nunc pꝛompte ⁊ bene agit. Conſequenter de ꝓuiſione nature circa choꝛdas ita ſcribit. Quia vero neceſſariuz erat peruenire a longe tenontes: ⁊ periculū erat in nuda carnibus regione ipſos ſi nudi eſſent compꝛimi ⁊ incidi ⁊ calefieri ⁊ infrigidari faciliter in auxiliū eis ingeniauit membꝛanarū ſubſtantiaz quibus duris exiſtentibus circūambiens vndiq̄ non ea que extroꝛſum excidit ſolū: ſed etiā ipſoꝝ oſſiū appꝛoximationē intriſtabilē operata eſt. Quinetiā a muſculis quidē vſq̄ ad articulos vnuſquiſq̄ eoꝝ certitudinaliter eſt rotundus vt ſit vix paſſibilis. Ubi autez applicatur debenti moueri aciei ibi amplioꝛ fit. Sic eniz facilius debebat mouere eā pluribus trahens appꝛehenſionibus.

b Omnes autē. In hac parte ſecunda dicit pꝛimo princeps ꝙ omnes muſculi dilatantes digitos ſituati ſunt ſuper bꝛachiū: ⁊ ſimiliter muſculi mouentes digitos ad inferioꝛa. ¶ Sed inſtabit aliquis pꝛimo de muſculo qui mouet pollicē ad inferioꝛa quē princeps nūerat in parte quarta capituli iſtiꝰ inter muſculos octodecim qui ſunt in palma. ⁊ dicit hūc eſſe ſextū aciei pꝛime. Secundo de muſculo qui mouet inferius auricularem quē numerat ſeptimū dicte aciei. ¶ Dic ꝙ iſtud ſignū diſtributiuum omnes ſolū adaptatur muſculis digitos dilatantibus. Et plurimi ex muſculis qui digitos mouent ad inferioꝛa ſunt ſuper bꝛachiū: nō tamen omnes. Secundo dicit ꝙ ex muſculis dilatantibus digitos eſt vnus ſituatus in medio partis manifeſte bꝛachij ſcz in doꝛſo eiꝰ naſcens a ſupꝛema parte capitis inferioꝛis adiutoꝛij. ⁊ iſte muſculus mittit digitis choꝛdas quattuoꝛ que dilatant eos videlicet vnicuiq̄ digitoꝝ preter pollicē vnā. Tertio dicit ꝙ tres muſculi ſunt adinuicē continui in parte iſtius ſcz in doꝛſo bꝛachij qui inclināt digitos ad inferioꝛa. Pꝛimus hoꝝ naſcitur a parte media capitis ſilueſtris id eſt exterioꝛis adiutoꝛij īter duo additamenta ipſius. ⁊ trāſmittit duas choꝛdas duobus digitis. vnā auriculari: alterā anulari. Secundus naſcitur ſub duobꝰ additamentis adiutoꝛij a ſūma id ē neruo communi duoꝝ muſculorū duploꝝ qui ſunt duo ex iſtis tribus. ⁊ a margīe focilis inferioꝛis. ⁊ iſte muſculus mittit duas choꝛdas duobꝰ digitis. vnā medio: alteraz indici. ¶ Attende hic pꝛimo ꝙ muſculꝰ iſte ſm ipſius partem neruoſam naſcitur a ſumma duoꝝ muſculoꝝ duplorū: quia ab eodem neruo immediate trahunt originez iſte ſecundus ⁊ pꝛimus. ⁊ ſm partē ipſius ligamentalē naſcitur a margine focilis inferioꝛis ⁊ has ambas origīes tāgit hic pꝛinceps. ¶ Attende ſecundo ꝙ de tribus muſculis inclinantibus digitos ad inferioꝛa. duo pꝛimi nunc deſcripti dicunt dupli ci. pꝛimo quia due choꝛde pꝛodeunt ab vnoquoq̄ eoꝝ. ſecundo quia ſunt inuicē parificati. Tertius hoꝝ reſiduus ⁊ velut ſolitarius nō parificatus alteri muſculo naſcitur a ſupꝛema parte focilis ſuperioꝛis ⁊ pollici mittit vnā ſolā choꝛdā. Quarto dicit ꝙ apud hanc iuncturaz id eſt pꝛope iſtos muſculos vel pꝛope iuncturā pollicis eſt vnus alius muſculus de numero muſculoꝝ raſcete qui naſcitur a medio loco focilis inferioꝛis: ⁊ emittit choꝛdam elongantē ab indice pollicē. Iſte muſculus eſt quē pꝛinceps nominat pꝛimū dilatantiū raſcetā in ſecunda parte capituli pꝛioꝛis dicens. Ex dilatātibus vero eſt vnus muſculus: ⁊ iſtius quidem oꝛigo eſt a medio focilis inferioꝛis cuius choꝛda cuz pollice continuatur: per quem pollex ab indice elongatur.

c Conſtringētiū aūt. In hac parte tertia pꝛimo diuidit muſculos conſtringētes digitos ⁊ tangit numerū ⁊ oꝛdinē illoꝝ ex eis qui ſunt ſuper bꝛachiū. Secundo exequitur de pꝛimo conſtringentiū. ibi [Ex quibus nobilioꝛ] Tertio de ſecundo. ibi [Et ſecūdus quidē] Quarto de dante palme ſenſum. ibi [Tertius autē] quez numerat cū conſtringentibus. foꝛte quia quidā ipſum conſtringere digitos opinati ſunt. vel quia palmā firmat quaſi conſtringendo partes ipſius interioꝛes. vel quia duobus conſtringentibus ad modū tunice ſupponitur. ¶ In pꝛima particula dicit pꝛimo ꝙ muſculoꝝ conſtringentiū digitos quidā poſiti ſunt ſuper bꝛachiū: alij poſiti ſunt ſuper volā plante id eſt partez palme interioꝛē. Secundo dicit ꝙ illi qui ſunt poſiti ſuper bꝛachiū ſunt tres muſculi poſiti in medio bꝛachij ſm aciē id eſt oꝛdinem talē ꝙ vnus ſupponitur alteri: ita ꝙ pꝛimus eſt infimus oſſi cōiunctus: ſecundus eſt ſuper eum: ⁊ tertius ſuper ambos.

¶ In ſecūda dicit pꝛimo ꝙ infimus hoꝝ triū inferius ſepultus ⁊ focili inferioꝛi continuatus eſt nobilioꝛ alijs: quia exercet ope-

rationē nobiliorē. Et ideo fuit ipsius locus magis custodit⁹: scꝫ intra prope os. Secundo dicit ꝙ origo hui⁹ musculi est a medio capitis silucstris adiutorij ad interiora: consequenter incedit et penetrat super brachiuꝫ ⁊ extenditur chorda eius. ⁊ diuiditur in quinqꝫ chordas: quarū quelibet applicatur vni digitoꝝ ad interiora. Tertio dicit ꝙ de illis quinqꝫ chordis ille quattuor que perueniunt ad digitos alios a pollice videlicꝫ singula chorda ad singulū digituꝫ vnaqueqꝫ mouet ꝑmā ⁊ tertiā iūcturas digiti illi⁹ ad quē peruenit. Primā quidēꝫ mouet: q̄r copulatur ligamento qđ cingit eā. Et tertiaꝫ mouet: q̄r caput .i. extremitas chorde peruenit ad ipsam ⁊ ei continuat. Quarto dicit ꝙ illa ex his quinqꝫ chordis q̄ ad pollicē peruenit cōstringit eius iūcturas secundā ⁊ tertiaꝫ: quia solis istis cōtinuat. ¶ In tertia dicit primo ꝙ secūdus musculus ex trib⁹ ꝑdictis ē supra primū ⁊ minor primo. Secūdo dicit ꝙ iste musculus incipit a capite ingrediente id ē a buccella siluestri extremitatis adiutorij que igredit cōcauitatē sibi ingeniose preparatā in extremitate supioris focilis: vt supra dictuꝫ est capitulo vigesimo summe prime doctrine istius. Et continuatur parumper musculus iste cū inferiori focili: ⁊ incedit per viā mediā inter latus brachij siluestre id est exterius. ⁊ latus domesticū id est interius. scꝫ per superficiē superiorem focilis superioris. ⁊ dū peruenit ad parteꝫ pollicis declinat modicum ad interiora. Tertio dicit ꝙ musculus iste transmittit quattuor chordas ad iuncturas medias digitoꝝ quattuor: scilꝫ cuiqꝫ digitoꝝ suā dempto pollice. Sed ad pollicē non peruenit nisi ramulus quidā qui non est ex chorda musculi istius: immo aliunde scꝫ ex chorda musculi primi cōstringentis digitos. dictū enī fuit in particula priori ꝙ chorda quinta musculi istius venit ad pollicē constringens eius iuncturas secundā ⁊ tertiā. Quarto dicit ꝙ origo primi musculi ꝯstringentis digitos est post principiū nominatū quod est a capite focilis superioris ⁊ inferioris. Et origo secundi de quo nunc agitur est a capite focilis inferioris. Quinto dicit ꝙ constrictio pollicis fit ab vnico musculo et vnica chorda. quia constrictio ipsius non est eius operatio nobilior ⁊ perfectior: īmo extensio ⁊ elongatio eius ab indice. Sed quilibet alioꝝ digitoꝝ constringitur duobus musculis ⁊ duabus chordis: quia nobilior ipsoꝝ operatio est constrictio. ¶ Sed instabit aliquis ꝓbans ꝙ constrictio pollicis fit a pluribus musculis ⁊ chordis. Nā a primo cōstringentiū ⁊ ab eius quinta chorda constringitur pollex vt prius dictū est in secunda parte textus presentis: et tres musculi secūde aciei musculoꝝ palme constringūt pollicē vt dicetur in parte sequēti. Dic ꝙ ꝑ vnicā chordā ⁊ vnicū musculū constringitur prima iunctura pollicis: ⁊ hoc forte vult hic. ¶ In quarta pticula dicit primo ꝙ tertius musculus superpositus predictis duobus non est ordinatus ad ꝯstringendū: sed ipsi⁹ chorda penetrat iterius in palma ⁊ extendit super caꝫ propt tria iuuamenta. Primū est vt palme tribuat sensum que velut iudex est tangibilium qualitatū. Secūdū est vt prohibeat pilos ī palma oriri ne tāgibilibus inuiscet ⁊ ipsius minoret sensus ⁊ id facit repellē do fumos sua soliditate ⁊ duricie q̄ sunt materia piloꝝ. Tertiū est vt sua duricie ⁊ soliditate firmet ⁊ fortificet inferiora palme in suis actibus. Secundo dicit ꝙ hi musculi scꝫ quattuor de quibus actū ē in parte secunda capituli istius. et tres de quib⁹ in hac parte agitur sūt illi musculi mouentiū digitos qui venientes a brachio super rascetam extenduntur.

e Ex muſculis[a] autez pedis iuncturam mouentibus ſunt quidam qui ipſuz ad ſuperiora eleuant: ⁊ quidam qui ip̄m deſcendere faciunt. Et eis[b] autem qui ipſum eleuant eſt vnus muſcul' magnus qui eſt poſitus in parte antecedente cāne domeſtice. cuius p̄ncipium eſt pars ſilueſtris capitis cāne domeſtice. Et ipſe quidem cuz ad exteriora ingreditur inclinatur ſup̄ crus ad partem pollitis vadens: et continuatur cum eo qd̄ radici poplitis eſt propinquum: ⁊ pedem ad ſuperiora eleuat. Et alter oritur a capite ſilueſtris ex quo naſcitur chorda que cum eo quod eſt iuxta radicem minimi continuatur: ⁊ pedem ad ſuperiora eleuat ⁊ proprie quando cū eo cōuenit primus muſculus et fue-

¶ In quarta dicit primo ꝙ quorūdam fuit opinio ꝙ portio eminens ſeu manifeſta muſculi dupli dilatātis iūcturam genu orta a ſeparante interdū conſtringit accidentaliter poplitem. Et intelligit hic muſculuz primū inter dilatātes prius nominatuz. Secūdo dicit ꝙ etiā fuit quorūdam opinio ꝙ a loco originis huius muſculi dupli q̄nqꝫ erit chorda que tenet pixidez anche ⁊ continuat̄ cum ea ⁊ cum eo quod ſequitur ipſam. ¶ Attende ꝙ oēs muſculi ſpecialiter deputati ad motū tibie vel eoꝝ chorde p̄trāſeūt iuncturam genu et implantant̄ capiti groſſi focilis. non omino prope iuncturam neqꝫ multū remote ab ipſa ſicut in ſimijs. Iuxta illud gal. ibi. Deſcendūt autē omnes ad caput tibie ſuperextendentes articulationem non paruam neqꝫ hic artem oſtendente natura. Sicut enim ⁊ q̄cunqꝫ per aliquos funes lignea ydola mouēt vltra artic̄los ad caput coli debent̄ moueri applicant eos: ita et natura multo prius ſm̄ vnūquēqꝫ articulorūz ingenia uit. Hec galienus. Et paulo poſt ſubdit. Peruētus em̄ eorum ad principium ſolū non vtiqꝫ eſſet ſimiliter infallax neqꝫ robuſtus paucis comprehēſionib' ⁊ his ex ſummo colo totum os conantium mouere. Si vero ad longi' ⁊ circa mediam tibiam ſicut hꝫ in ſimijs totaliter extēdi cola nō vtiqꝫ cōceſſiſſent: ſz eſſent vtiqꝫ velut colligata ⁊ ſuſpenſa ad id qd̄ retro. ſicut nūc eſt in ſimijs.

¶ De anatomia muſculoꝝ pedis iūcturā mouētiū. Cap̄.XXIX

e Ex muſculis autem ⁊c̄. In hoc capitulo primo diuidit princeps muſculos mouentes iūcturam pedis. Secūdo exequit̄ de muſculis eleuantib' pedem ibi[Ex eis aūt] Tertio de facientibus deſcendere pedē ibi[Facientium vero deſcendere] Quarto de muſc̄lo cuius chorda prebet ſenſum plante pedis ibi[Et iam etiam]

a In prima parte dicit ꝙ muſculorum mouentiū iūcturam pedis q̄dam pedem eleuant: alij ip̄m deprimunt. ¶ Sz queret quis nunquid etiam aliqui flectūt ad latera ⁊ aliqui girant. Dic ꝙ ſic. ſed quia hi motus ſufficienter aguntur per muſculos eleuantes ⁊ deprimentes nō dedit eis natura proprios muſculos ab alijs diſtinctos.

b Ex eis autē ⁊c̄. In hac parte ſcd̄a dicit primo ꝙ ex muſculis eleuantib' pedez ē vnus magnus muſculus collocat' in anteriori p̄te focilis inferioris tibie. Et incipit ab exteriori p̄te capitis ſup̄ioris iſtius focilis. Et tranſiēs ad exteriora p̄tenditur ſup̄ crus donec veniat ad p̄tē pedis in directo pollicis. Et cōtinuat̄ cū illa parte pedis q̄ propinqua eſt radici pollitis. Et iſte muſculus eleuat pedem ad ſuperiora. Secundo dicit ꝙ alter muſculoꝝ eleuantiū pedē naſcitur a capite focilis extrinſeci. Et ab eo prodit chorda q̄ ꝯtinuatur cū parte pedis p̄pinqua radici minimi digiti. Et iſte muſculus ſurſum pedē eleuat proprie qn̄ predictus cū eo cōcurrit in eleuando ⁊ fuerit iſte cōcurſus amboꝝ ſm̄ equalitatē ⁊ rectitudinē eleuādi. ¶ Attēde p̄io ꝙ ſicut raſcete man' abſqꝫ digitis adueniūt q̄ttuor muſculoꝝ chorde q̄bus fiūt eius mot' ſic pedi ſine digitis. Iuxta illud gal. tertio de vtilitate particularū capl̄o nono. Adueniunt aūt pedi abſqꝫ digitis q̄ttuor ſicut ⁊ carpo. Et oportet illoꝝ que de illo dicta ſunt memorātes vt non fiat lōgus ſermo intelligere p̄portionē eius. Sicut enim in illo due quidē determinatiōes muſculoꝝ ab intra procedebant: due autē ab extra: quattuor motibus mouētes carpum: ita ⁊ hic. ¶ Attende ſecūdo ꝙ a muſculo anterius protenſo ſuper arundinem maiorem tibie fortis chorda oritur ⁊ implantatur p̄pe pedis pollicē. Et ab eo qui protenditur anterius ſuper arundinem mino

rem fortis chorda ſimiliter oritur ⁊ implantatur prope minimū pedis digitum. Iuxta illud gal.ibi. A muſculo quidē qui ſuptenſus eſt tibie ab ante prodiens quidem tenon fortis ſufficienter diuiſus implantat partibus pedis q̄ ſunt verſus magnū. Ab eo autem qui circuntenſus eſt perone his que ſunt v̄ſus paruum. ❡ Attēde tertio ꝙ dum tenduntur iſte chorde ſimul ſurſum pedē eleuāt ſic eis ſimiles in brachio raſcetam extendūt. Sed altera earū tēſa pes obliq̄ mouetur ⁊ lateralit. Iuxta illud gal.ibi. Et ſi quidem ambo tendātur oīno eleuāt ⁊ ſimū id concauū faciunt pedē ſicut illi q̄ i manu proportionaliter his habent extēdere carpum dicebātur. Altero vero agēte motus q̄ ad obliqua cōſimiliter his qui in carpo fiūt.

rit hoc ſm equalitatē ⁊ rectitudinē.

Facientium[c] vero deſcendere eſt vnū par cuius origo eſt a capite coxe quod poſtea deſcendit ⁊ cruris vētrem carne replet ex quibus chorda naſcitur que ex maiorib' exiſtit chordis. ⁊ ipſa quidem eſt chorda nerui qui cum oſſe alhachib continuatur: ⁊ ipſum ad poſteriora tranſuerſe ad ſilueſtrē trahit: ⁊ eſt hec cauſa fixionis pedis ſuper terram. ❡ Et ipſum quidem adiuuat muſculus qui a capite ſilueſtris oritur cuius color eſt melongianus: ⁊ deſcendit donec ipſemet abſq̄ chorda quam mandet: ſed carneus remanens continuatur cum poſtrema parte achib ſub cōtinuitate quā ante diximus. Cūq̄ muſculis iſtis aut ipſorum chordis nocumentum accidit pes claudicat.

❡ Et muſculus ex quo due naſcuntur chorde quarum vna pedem conſtringit: ⁊ altera pollicem dilatat. Illud vero eſt qm̄ iſte muſculus a capite cāne domeſtice oritur vbi ipſa ſilueſtri obuiat ⁊ deſcendit inter eas: ⁊ in duas diuiditur chordas. quarum vna ſub raſceta in anteriori pollicis parte cōtinuatur cum qua etiā chorda pedis exiſtit humilitas. Et altera chorda ē q̄ ex pte iſti' gn̄ata muſculi prime chorde ptrāſit originē ⁊ p̄mo pollicis oſſi chordā mādat: ⁊ ipm̄ cū trāſuerſiōe ad domeſticum dilatat.

c Faciētiū vo ⁊c. In hac pte tertia primo agit princeps de duob' muſculis p̄ncipalibus facientib' deſcendere pedem. Scđo de tertio muſculo qui coadiuuat eos ibi [Et ipſum] Tertio de alio muſculo cuius vna chorda deprimit pedem ⁊ alia dilatat pollicem ibi [Et muſculus ex quo] ❡ In p̄ma particula dicit p̄io ꝙ ex muſculis facientib' deſcēdere pedē eſt vnū par ſcʒ duo muſculi. Et iſtud par oritur ab inferiori capite oſſis coxe: deinde deſcendēs replet carne ventrē cruris ſcʒ partem cruris groſſam poſteriorē que dr̄ a vulgo forex tibie. Scđo dicit ꝙ ex his duob' muſculis naſcitur chorda q̄ eſt de maioribus chordis toti' pedis. Et iſta eſt chorda nerui q̄ continuat cū oſſe alhachib id eſt chorda mlt̄ū neruoſa oſſi calcanei iplātata. Tertio dicit ꝙ hec chorda trahit os calcanei v̄ſus poſteriora cū trāſuerſione ad exteriorem ptem: ⁊ ipſa ē cā fixionis pedis ſupra terram.

❡ In ſcđa dicit primo ꝙ quidā muſculus naſcēs a ſupiori capite cāne exterioris cuius color eſt melongian' adiuuat iſtud par ad faciēdū deſcendere pedē. Et intellige p colorem melongianum colorē ſimilē colori melongiarū. Et ſunt melongie gen' holeris ſicut caules quo ſepe vtuntur hiſpani ⁊ arabes ſed gallici nō. Iuxta illud auerroys q̄nto colliget. Melongie ſunt quib' nos facimus in terra noſtra mlt̄a cibaria delicata poſtq̄ pi̇ecta eſt p̄ia aqua ſuarū decoctionū: ⁊ cum coquūtur in carnibus pinguib' ſunt multum delectabiles: ⁊ ego reputo ipm̄ temperatū cibum poſtq̄ ſic factus erit. Hec auerroys. Scđo dicit ꝙ iſte muſculus deſcendit donec ipſemet ꝯtinuatur cū poſtrema parte achib. i. oſſis calcanei ſub cōtinuitate quā an̄ dixim' abſq̄ chorda quā mādet ſeu mittat illi oſſi: ſed remanēs carne'. Et intellige ſic hoc quod dicit ſub continuitate quā an̄ diximus. i. ſub loco vbi continuatur chorda muſculorū predictoꝝ cum oſſe calcanei. ❡ Attēde tamē ꝙ quidam liborū loco huius littere habēt iſtā. Supra cōtinuitatem que ē ante eum. Et hec littera eſt veriſimilior. cū enim iſte muſculus carne' ſit ⁊ inprincipalis cōuenientius eſt vt ſupequitet ⁊ quodāmodo veſtiat predictam chordam q̄ ecōuerſo ⁊ ita implantet calcaneo ſuperfuſus chorde. Sʒ ⁊ fieri poteſt vt veſtiat chordā ⁊ ptranſiēs eā implantet baſſius oſſi calcanei ⁊ ſic ſaluabitur vtraq̄ littera. Tertio dicit ꝙ qn̄ nocumētum accidit his tribus muſculis facientib' deſcendere pedem vel chordis eorum pes claudicat id eſt non bene ſe firmat ſupra terram vel pauimentum.

❡ In tertia dicit p̄io ꝙ ex muſculis facientibus pedē deſcēdere ē vn' alius muſcul' ex quo due chorde exeūt. quarū vna cōſtringit pedem: et alia dilatat pollicem. Secundo dicit ꝙ illud eſt falʒ ꝙ vna chordarum illius muſculi cōſtringit pedē ⁊ alia dilatat pollicē vel ꝙ iſte muſculus iuuat ad faciēdū deſcendere pedem. q̄r muſculus iſte naſcitur a capite focilis interioris tibie in loco vbi iſtud focile obuiat focili exteriori ⁊ inde deſcendit inter hec duo focilia ⁊ diuiditur in duas chordas. Et vna iſtarū cōtinuatur in anteriori pollicis ſub raſceta pedis. ⁊ per hāc chordam fit humilitas pedis. i. depreſſio vel abaſſamentum. Et altera chorda naſcens ex parte iſtius muſculi trāſit originem prime chorde ⁊ muſculus iſte mittit hāc chordā primo oſſi pollicis ⁊ dilatat ipm̄ pollicem

cū tranſuerſione ad partē interiorē. ❡ Attēde primo ꝙ galien' p tractans tertio de vtilitate particularū cap̄lo. 9. et. 3. de iuuamētis mēbroꝝ cap̄lo q̄nto muſculos ⁊ chordas faciētes deſcendere pedē primo aſſerit eſſe duos muſculos ꝯtrarios muſculis a q̄bus pes eleuat. ⁊ a pfundiori iſtoꝝ dicit vnam naſci chordā que iplantatur inferius an̄ pollicē pedis. Et ab alio dicit oriri chordā maiorem q̄ a retro implātatur oſſi calcanei: ſunt aūt verba eius hec. Quinctiā ex poſterioribus partib' ꝓportionaliter his q̄ in manu: oppoſuit natura duas muſculorū generātes id eſt chordas operaturas ꝯtrios p̄dictis mot' pedis. Quarū minor a muſculo qui p pfundū fertur incipiens ad eā que eſt an̄ magnū digitum regionem ab inferi'. Altera vero q̄ eſt maior iſte manifeſtus tenon ē qui ad calcaneum a retro implantat ſufficienter exiſtens robuſtus ⁊ maxim'. Secundo dicit ꝙ maiore dictarū chordarū egrotāte pes neceſſario claudicat: q̄r chorda iſta trahens ad ſe os calcanei ſic firmat tibiā ⁊ totum pedē vt quis abſq̄ caſu ſupra pedē vnū altero eleuato firm' ſtare poſſit. Et ſunt ei' verba hec. Qui. ſ. tenō maior ſolus ⁊ ſi aliquādo patiat claudicare neceſſariū ē pedem. Os eīm quod ſituatum ē ſub tota tibia ſm rectitudinē qđ vtiq̄ vocatū eſt calcaneus maximū ⁊ fortiſſimū exiſtens oīm oſſiū que ſunt in pedib' tenon iſte ad ſe trahēs firmat ita totū colū vt ſi in altero pedū ſtare quādoq̄ volueris eleuans alterū: nō vtiq̄ cōmoueberis neq̄ cades: neq̄ ſi aliq̄s alioꝝ tenontū patiatur ita magnam ⁊ equipollentē oībus alijs hʒ v̄tutem. Tertio dicit ꝙ merito fuit hec chorda maior alijs ⁊ magne v̄tutis. quia implantatur primo ⁊ principaliſſimo organo fundamēti corpis ſcʒ oſſi calcanei ⁊ alligat ei tibiā et ſe hʒ proportionaliter ad chordā que manui abintra implantat apud paruū digitum ⁊ cum hoc ſortitur aliq̄d dignitatis ab oſſe calcanei quod totū corpus portat ⁊ nō hʒ in manu ſibi ſimile os. Sunt aūt eius v̄ba hec. Qualiter aūt non debebat talis eſſe dictus tenon ſcʒ cum implantet ad primū ⁊ principaliſſimum organū baſis ſcʒ calcaneum ⁊ copulet id ſolus tibie vſq̄ ad poſitionē itaq̄ ⁊ actū cui cōmiſſus eſt p totū ꝓportionaliter hʒ tenonti qui implantat abintra apud paruū digitū manus. Quid vero deinde p̄cipuū q̄dem ad dignitatem vtilitatis ſibi ab oſſe calcanei acquiſiuit: nullam ꝓportionalē in manu particulam habētis ſicut ⁊ ante dictū eſt ⁊ ſolius corp' totum vehentis. ❡ Attēde ſcđo ꝙ huic chorde ꝓpter eius dignitatē plura principia facta ſunt itaq̄ a pluribus oritur muſculis. Sed a quot ē dubiū. Princeps enim innuit hic ꝙ a duob' dū dicit. Ex q̄bus chorda naſcit que ex maioribus exiſtit chordis. Galien' v̄o ſibimet ſup hoc diſſonans videtur. Ait eīm tertio de vtilitate particulaꝝ cap̄lo. 9. Hec igit natura ſciens duplex principiū generatiōis ei' fecit. Deinde ſubdit Quare ⁊ admirari te puto de arte ei' ſi attenderis mēte eis que i anatomijs apparēt ⁊ videris extendētem q̄dem digitos vnū muſculū multis famulātem particulis: ſimiliter aūt ⁊ alioꝝ ſingulū coꝝ q̄ ſm pedem ⁊ tibiā totā ad plures deſinētem tenontes. Aut ſi paru' oīno fuerit ad vnum ſicut illi q̄ ſunt in manib': ſolū autē hunc ex trib' magnis muſculis q̄ ad calcaneū in idem adueniūt prodeūtem: vt ſi aliquādo vn' ex eis aut duo patiātur reliqui aut reliqu' famulent. Ex quib' verbis manifeſte innuit ꝙ iſti chorde ſunt tria principia. Et ſtatim poſt ſubiūgit ſmonē huic diſſonum dicēs. In multis q̄dem ⁊ alijs partib' corporis natura oſtēdit huius prouidentiam vbi motus eſt multū pertinens ad ani-

mal: multa eiꝰ principia operās: sicut ⁊ hic ex duobꝰ magnis musculis qui in posterioribꝰ tibie sunt locati: explantans tenontem qui ad calcaneū peruenit. Ad tollendū hanc dissonantiā que prima facie apparet in vbis galieni dic ꝙ dicta chorda principaliter oritur a duobꝰ primis musculis deprimētibꝰ pedem: adiūgitur autem his tertius musculus ⁊ istud exp̄mit hec littera eius tertio de iuuamentis caplo q̄nto. Et iuenies istam solaꝫ chordā descendēteꝫ ad alrib id ē calcaneuꝫ oriri ex duobꝰ musculis magnis ad quos est adiūctꝰ tertius musculus magnꝰ. vt q̄ñ vni istoruꝫ musculoruꝫ aut simul duobꝰ acciderit occasio remaneāt duo aut vnus solꝰ.

Et iamᵒ etiā a capite coxe siluestri oritur musculus ⁊ cū vno duoꝝ musculoruꝫ achibalium cōtinuatur: deinde ab eo separat̄ cum occultuꝫ cruris pertrāsit: ex quo oritur chorda ꝗ ad inferiora pedis peruenit ⁊ sub eo toto dilatatur: queādmodum facit musculus ꝗ super plante occultū dilatat̄ ꝓpter iuuamētū tale q̄le ē eius.

¶ De anatomia musculorum digitorum pedis. Capitulum. XXX

E x musculisᵃ vero pedis digitos mouētibus qui sunt constringentes musculi sunt multi. Ex quibꝰ est musculus ꝗ a capite cāne siluestris oritur ⁊ extensus sup ip̄am descendit ⁊ chordam vnā transmittit que in duas diuidit̄ chordas que mediū constringunt ⁊ medicum. Et alter isto minor cuiꝰ ortus est a postremo cruris: cuiꝰ chorda cum ipsam transmittit in duas diuidit̄ chordas que indiceꝫ constringunt ⁊ minimū. Et diuiditur ab vnaquaqꝫ duaꝝ partium chorda que cū eo quod ab alio diuiditur continuatur. ⁊ fiunt chorda vna que ad pollicem peruenit ⁊ ip̄m constringit. Et tertia chorda quā iam nomiauimus a siluestri duarū extremitatum que ī cāna existunt domestica oritur: ⁊ inter duas descendit cānas ⁊ ex se partem transmittit ad pedem cōstringē

¶ Attēde tertio ꝙ galienꝰ illic iproperat medicis qui antecesserūt eū. Prio in hoc ꝙ crediderūt tres musculos qui constituūt ventrē tibie posterius inplātari calcaneo. Scdo in hoc ꝙ non cognouerūt musculum qui calcaneo implantat̄ ꝑmanens carneꝰ. Tertio in hoc ꝙ non cognouerūt duos musculos qui nascētes a capitibꝰ duoꝝ fociliū tibie desinunt in fortē chordā descendentes ad calcaneum. ⁊ sunt vba eius hec. Estimāt aūt qui ante me anatomici gastrocinimā operantes tres musculos ad calcaneū immittere. Nō autē habet ita veritas. Tenōtis enim vniꝰ ipsorum non parua ꝑs suꝑ ascendens calcaneū supplantat̄ toti pedi inferiꝰ: quam meliꝰ fortassis est nō partem ponere tertij musculi ſꝫ ip̄m fm seip̄m scorsuꝫ quartum musculū. Necꝫ eñ hoc scꝫ quoniam coꝝ ꝗ vere implantātur calcaneo musculoꝝ qui quidē ex osse perone prodit altiori imittit carneꝰ permanēs: qui vero a cruris capitibꝰ in robustū tenontē desinentes consequēter p̄dicto descendūt ad summū calcaneū cognitū est ab anterioribꝰ. ¶ Attēde quarto ꝙ natura nō ꝓduxit musculos obliquos alligantes in crure cānam minorē maiori sicut in brachio fecit. qꝛ non est opus tāta circūuolutōne in tibijs vt in brachijs. Juxta illud ga. tertio de vtilitate particularū caplo octauo. Nullū musculum obliquū ex tibia ꝓduxit ad peronā. i. cānam minorē cōsimiliter his qui ī manu copulāt brachiū kerkidi. i. focili minori. Jn manu eñ quoniam non solū extēdere ⁊ flectere totū colū sed etiam circūducere versus alterutras ꝑtes melius fuit demōstratum ē ante. Jn tibia vero intentiōeꝫ habentes cōstructionis nō multiformitatē apprehēsionis. ſꝫ basis firmationē nō solum nihil plus debebat ex huiꝰ motibus esse sed etiā deperire quiddā infallacie. i. minui aliq̄d ad infallaciā debite firmationis.

d Etiam etiā ⁊c̄. Jn hac parte q̄rta ꝗ est de musculo cuius chorda p̄bet sensum plāte pedis dicit p̄rio p̄nceps ꝙ iaꝫ etiam inter musculos in tibia locatos est vnꝰ musculus nascēs ab extrinseco capite coxe inferiori. ⁊ cōtinuatur cū vno duoꝝ musculorum achibaliū. i. achib seu calcaneo implantatorum: deinde sepatur ab illo postꝗ̄ ꝑtransiuit occultū cruris. i. ventrē cruris posteriorē sub genu qui dr̄ a vulgo sorex. Scdo dicit ꝙ ex isto musculo nascit̄ chorda ꝗ veniēs ad inferiora pedis illic diffundit̄ sicut ꝑuenit musculus vel chorda eiꝰ ad interiora palme ⁊ dilatat̄ super ꝑtes eius occultas. Tertio dicit ꝙ iuuamentū istiꝰ musculi ⁊ chorde eiꝰ est tale quale est iuuamētū sibi similis ī manu: videlicet dare sensuꝫ plāte pedis ⁊ ꝓhibere pilos illic oriri ⁊ firmare carnem eiꝰ ac fortificare ad resistendum extrinsecis occurrentibus. ¶ Attēde primo ꝙ galienꝰ non attribuit vni soli ꝓprio musculo generatōem chorde ꝗ subtensa plante pedis p̄bet ei sensum: ſꝫ dicit hanc chordā esse portionem chorde maxime que ex tribus musculis orta ꝑuenit ad calcaneū. Ait eñ tertio de vtilitate particularū caplo vndecio. Qꝛ enim oportebat sensu participare cutim pedis debentē multotiēs peditare dura aliqua ⁊ acuta a q̇bus pressa multotiens ⁊ vulnerata corrūperetur multiformiter nisi faciliter ea sentiens memorari faceret aīal fugere: ꝓpterea tenōtis quidē qui ad calcaneuꝫ ꝑuenit quē ex tribus musculis dicebamus gñari superficialis portio ad id quod sub pede est supergradiens implātatur cuti intꝰ que est fm vestigium id est plantā. ¶ Attende scdo ꝙ non solū plante tribuit̄ sensus a dicta chorda ſꝫ etiā a duobus musculis qui ibi sunt ⁊ a ꝑuis ramis neruoruꝫ qui veniūt illuc a nucha. Juxta illō gal. ibi. Profundo autē pedis quod ē sub cuti ſꝫ quod ⁊ duo parui musculi sunt gerēmones. i. ramuli distribuunt̄ parui neruoꝝ qui a dorsali id ē nucha. ¶ Attende tertio ꝙ multo maiores rami neruoꝝ distribuunt̄ palme manus ꝗ̄ plante pedis. Juxta illud gal. ibi. His autē multo maiores sūt illi qui summe. i. parue manus plus ꝗ̄ pes indigentis certitudinaliter sensu seu non apprehēsionis solius ſꝫ etiā tactꝰ organo facte. Pes autē qꝛ necꝫ ei cōmune debebat esse organū tactꝰ totiꝰ corporis sed solius ambulationis quāto ad nō patiendū prompte egebat sensum tantū acq̄siuit. ¶ Attende q̄rto ꝙ cutis inferior pedis cōnexa est fortiter subiectis sibi particulis ⁊ germen dicte chorde per ip̄am totā est disseminatuꝫ vt nō faciliter labatur hincinde ⁊ vt sensu aliquo participet ⁊ mediocritatem hēat in mollicie ⁊ duricie. Juxta illud gal. caplo. 12. libri tertij d̄ vtilitate particulaꝝ. Pedis aūt cutis cōnexa quidē certitudinaliter facta est subiectis oībus particulis vt nusꝗ̄ circūuertatur faciliter germē autem ad totā ip̄am disseminatū est tenōtis qui fm calcaneū vt non circūuertatur faciliter ⁊ vt sufficientem sensum trāssumat. Habet aūt cōmoderate inter mollicié ⁊ duriciē abscedēs ab vtrocꝫ excessu inꝗ̄tū oportebat necꝫ valde passibilē necꝫ valde dissensibilē fieri. Nā summe durū ꝓpe insensibilitatē venire necessariū est sicut sunt solcares ⁊ chile. i. vngule fisse. summe vo molle inꝗ̄tū bona sensibilitate intātū ⁊ facili passibilitate participare est. Vt igitur necꝫ insensibilis sit necꝫ ꝓ̄pte passibilis: excessus vtriusꝗ̄ natura euitauit: ⁊ mediam creauit caꝫ intͣ mollem ⁊ duram.

¶ De anatomia musculoꝝ digitoꝝ pedis. Cap. XXX.

e X musculis ⁊c̄. Jn hoc caplo p̄rio agit p̄nceps de musculis constrigētibꝰ digitos pedis locat̄ ī tibia. Scdo de cōstrigētibꝰ locat̄ in pede ibi [Jlli vo quoꝝ] Tertio de mouētibꝰ eos ad latera ibi [Et ex musculis] Quarto sūmat oēs musculos corꝑis ibi [Oēs igit̄]

a Jn p̄ma parte que est textꝰ p̄sens dicit primo ꝙ multi sunt musculi cōstringētes ex musculis mouētibꝰ digitos pedis. Scdo dicit ꝙ ex musculis ꝯstringētibꝰ digitos pedis ē vnꝰ musculus ortꝰ a capite focilis exterioris qui suꝑ hoc extēsus descēdit ⁊ emittit chordā diuisam ī duas ꝗ cōstringūt digitos pedis mediū ⁊ medicū. Tertio dicit ꝙ alter musculorum cōstringentiū digitos pedis ē minor p̄dicto ⁊ nascitur a posteriori parte cruris. Et emittit chordā que diuiditur in duas. Et iste cōstringūt indicem ⁊ minimū. Et ab vnaquaqꝫ istarū duarū chordarū descinditur vna pars que coniūcta parti descise ab altera simͭ facit vnā chordā peruenientē ad pollicē ⁊ cōstringētē ip̄m. Quarto dicit ꝙ tertia res mouēs pedis digitos costringēdo est chorda prenoīata nascens ab exteriori duarū extremitatū focilis interioris ⁊ descēdens inter duo focilia ac transmitēēs vnā sui partem ad pedem constringēdum ⁊ aliaꝫ ad primū os pollicis. Et ista est chorda de qua agebat̄ in tertia particula tertie ꝑtis p̄oris caplͥ vbi dicebat̄. Et muscuꝰ ex quo due nascunt̄ chorde quaꝝ vna pedē cōstringit ⁊ altera pollicē dilatat ⁊c̄. Quīto dicit ꝙ situatio duoꝝ musculoꝝ p̄dictoꝝ cōstringētiuꝫ digitos pedis est super tibiā ⁊ posteriꝰ. ¶ Attēde p̄rio ꝙ sicut digiti manuū mouent̄ quattuor motibꝰ: sic ⁊ digiti pedū scꝫ flexione: extēsione: ductōe ad intꝰ: ⁊ ductiōe

ad extra. Juxta illō gal.3°.de vti.ptic.cap̄.8.'Deide oñdam' qm̄ i pedibus rōnabilr q̄dē q̄ttuor mot' in vnoq̄ʒ digitoꝝ ſūt.a maxis q̄dē tenōtibus.i.chordis flecti potētiū a mīmis aūt int' vti inſ vtroſq̄ʒ aūt eſt magnitudo his q̄ extēdūt ⁊ ex̄ circūducūt. ¶ Attēde.2°. ꝙ digiti ⁊ chorde pedū ſūt miores digit̄ ⁊ chordis manuū.q2 man' exiſtēs organū apphēſiuū plurib' ⁊ fortiorib' aptaſ motibus. Juxta illud gal. ibi. Quāto ei pes ſūma manu ē maior tot' tota:tāto digiti digitiſ et tenōtes tenōtib' ſūt miores.man' em̄ p̄cipuitas act' i digitis ē apphēſiuis fcis organiſ:pedib' āt nō ad apphēſionē totaliſ ſʒ ad firmatōēʒ in fallacē ɔſtruct̄:⁊ debētib' ſup̄ ſe vehere aīal ⁊ debētib' mlto maiores fieri: ꝑuos hēe digitos meli' fuit q̄re ⁊ tenōtes coꝝ mlto miores tenōtibus q̄ in manib' me li' fuit fieri inq̄tum minora organa ⁊ ad pauciores ⁊ miores

dum ⁊ partē ad primum os pollicis. Et horuʒ quidem muſculoꝝ digitos mouentiū quos noīauimus ſitus ē ſuper crus ⁊ poſteri' Jlli vero[b] quorum ſitus ē ſuper plantā pedis deceʒ ſunt muſculi: ⁊ in hoc q̄dē anatomici decepti fuerūt:ſʒ prim' qui illō ſciuit fuit gal. Jpſi vero cū quinq̄ʒ cōtinuantur digitis cum vnoq̄ʒ duo lacerti a dextra ⁊ a ſiniſtra ⁊ mouent vt cōſtringant ſm rectitudineʒ ſi ſimul mouerint ⁊ vt declinent ſi vnus mouerit. Et ex eis quidē ſunt q̄ttuor ſup raſcetā:quoꝝ vnus vnicuiq̄ʒ digito d legat' ē. Et duo q̄ ꝓprie ſunt ad conſtringendū pollicem ⁊ minimuʒ. Et iſti quideʒ muſculi adeo ſunt ꝑmixti

vt cum vni eoꝝ accidit nocumentū ꝑuenit inde vt reliquoꝝ operatio debilitetur in eo qō eoꝝ eſt propriuʒ ⁊ vt vicē iſtius aliquo modo gerant ī eo quod huic eſt propriū. Et hac de cauſa difficile eſt vnuʒ digitorum pedis ꝓprie abſq̄ʒ alijs cōſtringere. Et[c] ex muſculis q̄deʒ pedis ſunt quinq̄ʒ ſupra pedē poſiti qui ad ſilueſtre declinare ſolent. Et quinq̄ʒ ſub eis poſiti quorum vnuſquiſq̄ʒ digitum ad illō quod ip̄m ſequitur trahit a parte domeſtica ⁊ ipſum cum motu ad partē eleuat domeſticā. Et iſti quidq̄ʒ ſunt cuʒ duob' qui pollici ⁊ minimo ſunt proprij ſm ſimilitudinē ſeptē q̄ ſunt in plāta manus ⁊ ſilr decem primi.

⁊ ibecilliores act' ꝑpata debāt mouē. ¶ Attēde.3.ꝙ ñ ſilr explātāſ chorde mouētes digitos pedis a tibia: ſic mouētes digitos man' a brachio q2 optuit manū eē ꝑuā ⁊ leuē ñ oneratā carnib' pedes aūt ñ ſic. Jux̄ illō ga.ibi. Nō ḡ fuit neceſſariū.4.ſedeſ tenōtū mouētiū digitos a muſcul' q̄ i tibia gñare: ſic in manu ab his q̄ i brachio ſʒ duas ſolas.ſ. eā q̄ extēſionē eoꝝ opaſ ⁊ eā que flexionē ꝑmi ⁊ tertij eoꝝ q̄ int' articuloꝝ ſcʒ.

b Jlli vero ⁊c̄. Jn hac ꝑte ſcd̄a q̄ eſt de muſculis ɔſtringētib' digitos pedū ſituat̄ in ꝑuo pede dicit p̄io ꝑnceps ꝙ decē ſūt ex his muſculis ſituati ſup̄ plantā pedis in q̄b' oēs anatomici veteres decepti fuerunt ignorātes eos dēpto galieno q̄ prim' oīm eos cognouit. Et hi decē muſculi applicanſ q̄nq̄ʒ digit̄ pedis veʒ cuiq̄ʒ digito duo: vn' a dextra ꝑte alter a ſiniſtra. Et qñ ābo ſimul mouerit recte ſuū ɔſtringūt digitū. Et ſi mouerit vn' ex his ſol' declinat digitū v̓ſus lat' eius. Scd̄o dic̄ ꝙ ex muſcul' in pede locatis ſunt alij q̄ttuor locati ſup̄ raſcetā. ⁊ de iſtis muſculis cuiq̄ʒ pedis digito ꝑter pollicē trāſmittiſ vn' ⁊ flectit ipſi' iūcturā ſcd̄am. Tertio dicit ꝙ ex muſculis in pede locat̄ ad ɔſtringēdū digitos ipſi' ſūt alij duo muſculi q̄ ꝓp̄e ɔſtrigūt pollicē ⁊ mīmū digitū ei'. Q̄rto dicit ꝙ muſculi q̄ ſunt i pede ſunt taliter iuicē ꝑmixti ꝙ vno ipoꝝ leſo alij ɔpatiunſ ⁊ ſupplēt ipſi' vices in officio ſibi ꝓprio. Et iō difficile eſt vnū digitoꝝ pedis abſq̄ʒ alio ɔſtringere. ¶ Attēde p̄io ꝙ decē muſcli pedis q̄s veteres ꝑtermiſerūt ⁊ a galieno diu fuerſ ignorati iūcturā primā digitoꝝ pedis flectūt i pede ſic in manu. Juxta illō. G.3.de vti.ꝑti.cap̄.8. Muſculi aūt valde ꝑui q̄ ꝑtermiſſi ſunt ab anatomicis ſicut ⁊ a me vſq̄ʒ ad mltū ꝑmū articulū vniuſcuiuſq̄ʒ digiti flectūt ſilr i manib' ⁊ in pedib'. ¶ Attēde.2.ꝙ tres modi muſcloꝝ ſunt i pede collocati. Nā ſm pectē pediſ collocanſ illi q̄ mouēt digitos ad lat' int'. Et ſm reliquā ꝑtē vſq̄ʒ ad calcaneū ſūt locati muſcli q̄ iūcturā ſcd̄am vniuſcuiuſq̄ʒ digitoꝝ flectūt. Et in ſupiorib' ꝑtib' pedis ſūt locati muſculi q̄ digitos pedū mouēt lateraliter ad extra. Et de his trib' gñib' muſcloꝝ ſolū ꝑmū gen' locaſ i manu.ſ.qō mouet digitos ad lat' int'. Jux̄ illō. G.cap̄.dcō. Jn pede v̓o ſeu ꝓlōgo exñte in loco q̄ ē ſm planiciū.i.pectē muſclos duces obliq̄ int' mot' appoſuit. Jn reliq̄ v̓o ꝑte ei' tota q̄ ē vſq̄ʒ ad calcaneuʒ eos q̄ ſm articulū vniuſcuiuſq̄ʒ.4.digitoꝝ flectūt. Jta aūt ⁊ ex ſupiorib' ꝑtib' pedis appoſuit alios debētes duces eē motōnis q̄ extra. Jn manu v̓o q2 maiores oportebat eē ꝓportiōales his muſculos ⁊ ip̄a ꝑs mēbri erat mior: ipoſſibile fuit hec duo gñ̄a apponē muſculoꝝ ſʒ id qō p̄io dictū ē ſolū. Ex dict̄ appʒ ꝙ pes a tibia duos mot' recipit ſcʒ extenſionē ⁊ flexionē p̄ie ⁊ tertie iūcturaꝝ digitoꝝ pedis: ⁊ tres mot' recipit a muſcul' q̄ in eo ſūt ſcʒ obliquū motū digitoꝝ pedis int' motū flexiōis iūcture ſcd̄e cuiuſlibʒ digitoꝝ ⁊ motū obliquū digitoꝝ pedis extra. Juxta illō gal.ibi. Jn pedib' aūt deſup̄ q̄dē ex tibia duo deſcēdūt: ab īferi' aūt ex ipſis pedib' tres ꝓdeūt. Et cā dicta ē q2 em̄ ꝑuis indigebat tenōtib' ꝓpterea ⁊ muſcul': ⁊ q2 in ipſis pedib' erat loc' vacās ꝓpterea ibi locati ſunt. ¶ Attēde.3.ꝙ chorde in pedib' ſunt magis inexe ⁊ ſimul permixte q̄ in manib'. q2 diſtinctio mltiplex ⁊ magna actuū varietas eſt magis neceſſaria manib' q̄ pedib' ⁊ per intricationē chordaꝝ in pedib' fit q̄ſi duplex ꝑncipiū motuū ei' vt ſi vnū ledaſ reliquū ſeruiat. Juxta illō gal.ibi. Sʒ tñ ⁊ hec diſſimilr hʒ tenontū diſtributio ſm pedes ⁊ man'. qm̄ tenōtū q̄ in manib' ꝑmū ⁊ tertiū articulū vniuſcuiuſq̄ʒ digitorū flectūt null' alteri ab altero muſculo īcipiens ꝑmiſcetur. Qui v̓o ī pedibus ſūt ꝓportionaliſ eis nō īcipiūt ab vno muſculo. Sed ſicut nerui qui explantanſ ad totas man' a dorſali id ē nucha q̄ ſm collū īplicanſ ⁊ ꝑmiſcenſ ad inuicē ita aliq̄liſ hʒ ⁊ q̄ ad tibias explātatō neruorū ab ea q̄ ſm lūbum dorſali. Et vniuſcuiuſq̄ʒ ita motorū organorū fit velut ꝑncipiū aliquod duplex ad hoc ꝙ ſi alterum aliquando patiatur reliquū famuletur eis.

c Et ex muſculis ⁊c̄. Jn hac ꝑte tertia q̄ ē de muſculis m̄ouentibus digitos pedis ad latera dicit p̄io ꝑnceps ꝙ ex muſcul' ſituat̄ in pede ſunt q̄nq̄ʒ muſculi ſupra pedē poſiti q̄ declināt digitos pedū v̓ſus exteriora. Scd̄o dicit ꝙ ſub q̄nq̄ʒ nūc dict̄ muſculis ſunt alij q̄nq̄ʒ locati. quoꝝ q̄libet trahit digitū ad illō qō ſeq̄tur ip̄ʒ digitū ab īteriori ꝑte ſeu v̓ſus interiora ⁊ eleuat ip̄m digitū cuʒ hoc ꝙ mouet eū ad ꝑtē interiorē. Et intellige hic digitos pedū moueri ad partē interiorē ſiue domeſticā cū mouenſ v̓ſus pollicē et ad exteriorē ſeu ſilueſtrē ꝑtē moueri dū mouētur v̓ſus minimū. Sʒ minim' ⁊ pollex dicunſ moueri ad ꝑtē domeſticā qñ accedunt ad alios: ⁊ ad ſilueſtreʒ dū ab alijs recedūt. Tertio dicit ꝙ iſti quinq̄ʒ muſculi vltimi cū duob' ꝑnoīatis ī ꝑte ſcd̄a q̄ ſūt ꝓprij pollici ⁊ minimo ſunt ſm ſilitudinē ſeptē muſcloꝝ q̄ ſūt i palma man' ⁊ aſſimilanſ illis i trib'.ſ.in ſitu ope ⁊ nūero. Et ſilr decē ꝑmi muſculi pedis flectētes ꝑmā iūcturā digitoꝝ ei' ſunt ſm ſilitudinē decem taliū muſculoꝝ q̄ ſunt i palma manus. ¶ Attēde hic p̄io ꝙ libri cōiter ſunt in hoc paſſu incorrecti hñtes in plāta pedis vbi ſcribi dʒ in plāta man'. ¶ Attēde ſcd̄o ꝙ in ꝑte poſteriori tibie ſunt ſex muſculi.ſ. tres mouētes calcaneū ⁊ ꝓhibētes oriri pilos in plāta pedis ⁊ tres alij ſub illis flectentes digitos pedū. Juxta illō gal.3 de vtili.ꝑticu.cap̄lo.9. Si em̄ tres calcaneū mouēt ⁊ i piloſam ꝑtem pedis opanſ: ſub eis aūt alij tres digitos flectūt ⁊ ꝓportiōalē opanſ in pede motū ei quē in manu tenōtē q̄ añ magnū digitū deſcendēs īplantaſ oſtēdim' hēe rōnabilr oēs q̄ ſunt i poſteriori ꝑte tibie ſex exiſtunt ſm rectitudinē ꝑticule quā mouere debebat vnuſq̄ſq̄ʒ iacēs. ¶ Attēde tertio ꝙ muſculi poſteri' i tibia locati numeranſ a q̄buſdā anatomicis nō ſex ſʒ q̄nq̄ʒ tātū eo ꝙ cōputāt duos vltimos ꝓ vno q2 ɔiūcti ſunt. Juxta illō gal.ibi. Pñt autē hi ſex muſculi nō ſex ſʒ q̄nq̄ʒ eſtimari ſic viſum ē anatomicis q̄ añ nos: vltimos duos muſculos vnū ponētib' eo ꝙ ɔiuncti ſunt ſm plurimū. ¶ Attēde.4.ꝙ in āteriori ꝑte tibie ſunt tres muſcli locati q̄ pñt ſex vel ſeptē ꝓprie noīari. q2 duo ex ipſis ſunt tripli propterea ꝙ vterq̄ʒ eorum deſinit in tres caudas. Juxta illō gal.ibi. Quinetiā ⁊ anteriores tibie noti fuerūt eis tres eē ꝓpter eādem cauſam q̄uis ſex vel ſeptē meli' dicerenſ. Jgitur q̄ q̄dem extendit q̄ttuor digitos vn' eis videſ eē ſicut ⁊ ē vn'. Ex alterutra vero ꝑte ei' rurſus ē vn' ali' ad tria capita tenontū deſinēs: p' q̄ ſi q̄s eis cū vtilitatib' eoꝝ attendat mēte ſex aut ſeptē ponet oēs: ſicut in anatomicis tractatiōib' oſtēditur. ¶ Attēde q̄nto ꝙ ex his trib' muſcul' qui pñt dici ſeptē vn' eſt in medio q̄ digitos pedis extendit ⁊ eſt minor coꝝ. Alij duo ſunt iuxta eū vnus a dextris alter a ſiniſtris. Et vnus hoꝝ peruenit vſq̄ʒ ad regionē in directo pollicis: a

ter vſq; ad regionē in directo minimi. Juxta illud gal. ibi. Duo igit̄ ſunt qui p̄dicti ſunt ad pedē puenientes. Hic q̄dem ad eam que ſup magnū: ille aūt ad eam q̄ ſupra paruū digitū regionē ei⁹: reliquus vo ⁊ tertius ē qui medius amboꝝ iacet qui digitos extē dit.eſt aūt minoꝛ hic ſeu minoꝛa mouēs oꝛgana: ⁊ p mediū tibie ſm rectitudi-nē digitoꝛum venit hos eni3 debebat mo-uere. Ex dictis

Omnes⁹ igitur coꝛpoꝛis muſculi ſunt quingenti vigintinouem.

apparet ꝙ in tibia collocati ſunt tredecim muſculi qui ſunt ve-lut capita tredecim choꝛdarum ad motum pedis oꝛdinatarum Juxta illud gal.ibi. Scd̄m tibiam aūt.13.capita ſunt tenontū.i. choꝛdarū.a retro quidē ſex ab ante aūt ſeptē: ⁊ mouēt pedem ſm omēs conueniētes ei motus. Scd̄o apparet ꝙ in vnoquoq; pede ſunt locati muſculi.26.ſcȝ decē qui flectunt primā iūcturam digi toꝝ pedis: quattuoꝛ ſup raſcetaȝ duo ꝓprij ad conſtringēdū pol licem ⁊ minimū: quinq; inclinantes digitos ad partem ſilueſtrē et quinq; inclinantes eos ad partem domeſticam.

b Omnes igitur ⁊c̄. Ut appareat euidentius numeratio mu-ſculoꝝ primo narrabo in tabula numerationē coꝝ ſm raſim.

¶ Sequitur tabula numerationis muſculoꝛum ſm raſim primo almāſoꝛis.

Jn facie	xlv
Mouentes caput ⁊ collum	xxiij.
Mouentes linguam	ix.
Mouentes gulam ⁊ epiglotum	xxxij.
Mouentes ſpatulas	xiiij.
Mouentes adiutoꝛia	xxvi.
Super adiutoꝛiū locati	viij
Super brachiuȝ locati	xxxiiij
Jn ambabus manibus	xxxvi
Mouentes pectus	cvij.
Mouentes doꝛſum	xlviij
Super ventrem	viij
Teſticuloꝛum	iiij
Uirge	iiij
Colli veſice	i.
Ani	iiij.
Mouentes coxas	xxvi.
Mouentes crura	xx.
Mouentes pedes qui ſunt in crurib⁹	xxviij.
Mouentes pedes q̄ ſunt in pedibus	xxij.

Sūma omniū quadringenti nonagintanouem.

¶ Ex hac tabula apparet ꝙ raſis omiſit in ſua numeratione mu ſculos triginta. Nam muſculi ſunt in toto coꝛpoꝛe quingenti vi-gintinouem, vt ipſemet fatetur primo almāſoꝛis capitulo de mu ſculis dicens. Muſculi autem qui in toto reperiuntur coꝛpoꝛe cum a galieno numerati fuerint ⁊ diuiſi quingenti ⁊ vigintino-uem inueniuntur.

¶ Tabula numerationis muſculoꝛum ſm Auicennam in hac ſumma ſecunda.

Frontis	i.
Oculoꝛum	xiiij.
Palpebꝛarum	vi.
Maxillarum	ij.
Labioꝛum	iiij.
Extremitatis naſi	ij.
Mandibule inferioꝛis	viij.
Mouentes caput	xxiij.
Epigloti	xviij.
Gutturis	iij.
Oſſis laude	vi.
Lingue	ix.
Colli	iiij.
Pectoꝛis	cvij.
Mouentes adiutoꝛium	xxxij.
Mouentes brachium	xvi.
Mouentes raſcetam	xij.
Mouentes digitos	liij.
Mouentes doꝛſum	l.
Uentris	viij.
Teſticuloꝛum	iiij.
Oꝛis veſice	i.
Ueretri	iiij.
Ani	iiij.
Mouentes coxas	xxviij
Mouentes genua	xviij.
Mouentes iuncturas pedum	xiiij.
Mouentes digitos pedum	lx.

Summa omnium quingenti duodecim.

¶ Ex hac tabula vides ꝙ princeps omiſit muſculos.17.quos ſi vis re-cupera ex muſculis qui duplantur aut triplantur ſm capita ſua vel pā niculos ligamētales quos pro vno computauimus pro tot eos nume-rando quot capita gerunt vel panniculos habent.

2 Et primo numera duos muſculos qui ſunt retro oculos ſuſtinen-tes duos neruos opticos pro quattuoꝛ ſic lucraberis duos.

1 Secundo numera vnum muſculoꝛum caput ad inferioꝛa curuā-tium, pro duobus quia duo gerit capita ⁊ lucraberis vnum

2 Tertio numera par muſculoꝛum pectoꝛis quoꝛum vterq; dupla tur pro quattuoꝛ ⁊ lucraberis duos.

2 Quarto numera muſculum duplicem magnum mouentem ad-iutoꝛium in vnoquoq; brachio pro duobus ⁊ lucraberis duos.

2 Quinto numera muſculum alterum adiutoꝛij duo gerentem ca pita pro duobus in vtroq; brachio ⁊ lucraberis duos.

2 Sexto numera muſculum mouentem brachium gerentem duo carnoſa capita in vtroq; brachio pro duobus ⁊ lucraberis duos.

4 Septimo numera muſculum cooperientem ancham tria haben tem capita in vtraq; ancha pro tribus ⁊ lucraberis quattuoꝛ.

2 Octauo numera muſculum mouentē iūcturaȝ poplitis duplum duo gerentē capita pro duobus in vtraq; tibia ⁊ lucraberis duos.

Si muſculos iſtos q̄s ſic lucrat⁹ es in ſūmā recollegeris inuenies.17. Quos ſi addideris cuȝ q̄ngētis ⁊.12.p̄noīatis erūt in toto q̄ngēti.29.

¶ Attende q̄ʒ auerroys fere totum quod dicit de anatomia membꝛoꝝ extraxit a primo libꝛo almāſoꝛis. Et numerans muſculos ſecundo col-liget capitulo de iuuamentis mēbꝛoꝛuȝ voluntarij motus imitatur ra ſim in omnibus niſi ꝙ muſculos mouentes gulam ⁊ epiglotum dicit eſſe.22.et raſis.32. Et mouentes caput ⁊ colluȝ dicit eſſe.24. ⁊ raſis.23. Et foꝛte ꝙ hec dr̄ia magis venit vicio ſcriptoꝛis q̄ʒ de mēte auerroys.

¶ Tabula numerationis muſculoꝛum ſm auerroym ſecundo col-liget capitulo trigeſimooctauo.

Jn facie	xlv.
Mouentes caput et collum	xxiiij.
Mouentes linguam	ix.
Mouentes gulam ⁊ epiglotum	xxij.
Mouentes ſpatulas	xiiij.
Mouentes adiutoꝛia	xxvi.
Poſiti ſuper cubitum	viij.
Super brachium locati	xxxiiij.
Poſiti in manibus	xxxvi.
Pectoꝛis	cvij.
Mouentes ſpondiles	xlviij.
Super ventrem	viij.
Teſticuloꝛum	iiij.
Ueretri	iiij.
Colli veſice	i.
Ani	iiij.
Mouentes coxas ⁊ crura	xlvi.
Mouentes pedes qui ſunt in cruribus	xxviij.
Mouentes pedes qui ſunt in pedibus	xxij.

Sūma omnium quadringenti nonaginta. ex quo apparet ꝙ auer roys omiſit in numeratione ſua muſculos triginta nouem.

¶ Finis ſumme ſecūde doctrine quinte fen prime primi.

⁋ Sūma tertia doctrine quinte eſt de neruis.
⁋ Capitulū primū ſumme tertie doctrine q̄nte ē ſm̄o vl'is de neruis.

i Uuamentoꝝ neruoꝝ ⁊c̄. In hoc capl'o primo agit princeps de iuuamentis neruoꝝ. Secūdo de principio ⁊ termino co rū ibi [Et neruoꝝ q̄dem] Tertio de mēbris q̄ iuuantur ner uis ibi. [Et ex neruis q̄dez] Quarto de ſollicitudine nature circa cuſtodiā neruoꝝ deſcēdentiū a cerebro ad viſcera ibi [Et galienus q̄dem] Quinto de diuerſitate inceſſus neruoꝝ ſenſitiuorum a motiuis penes rectū ⁊ obliquū ibi [Factum eſt aūt] Sexto de cauſa diuerſitatis mollicieī ⁊ duriciei in neruis ſenſitiuis ⁊ motiuis ex parte originis ibi [In vnoquoq̄ etiā]

⁋ Sūma tertia doctrine quinte eſt de neruis.

⁋ Capl'm p̄mū ſumme tertie doctrie quinte ē ſm̄o vniuerſalis de neruis.

i Uuamentorū[a] neruoꝝ alia ſunt que ſunt ſm̄ eſſentiam: alia ſunt q̄ ſunt ꝑ accidens. Qđ v̄o eſt ſm̄ eſſentiā eſt q̄ cerebrum eis mediātibus oībus alijs mēbris iuuamētum preſtat dando eis ſenſum ⁊ motum. Sꝫ qđ eſt per accidēs ē ad hoc vt caro corroboretur ⁊ corp' fortius fiat. Et ex eis etiā eſt ꝑcipere id qđ ex nocumētis mēbris accidit ſenſu carētibus ſicut epar ⁊ ſplen ⁊ pulmo. lꝫ em̄ mēbra iſta ſenſum nō habeāt ſuꝑ ea tn̄ cinctoriū poſitū ē neruoſuꝫ: ⁊ pāniculo tecta ſūt neruoſo que cū apoſtemate aut vētoſitate tēſa fuerint ꝑueniet apoſtematis grauedo aut vētoſitatis partitio ad cinctoriū ⁊ ipſi' radicez: ⁊ accidet ei ex grauedine attritio: ⁊ ex ventoſitate extenſio ⁊ ſentiet ipām. Et neruoꝝ[b] q̄dem principium ſm̄ modū ſcitum ē cerebrū. Et illud ad quod ipſoruꝫ perueniunt extrema eſt ſuperficies cutis. Cū cute enim villi miſcentur minuti ⁊ in ipſa nerui partiūtur q̄ ei a mēbris q̄ ei vicinantur aduenīunt. Qđ vero cerebrū neruorum principiū exiſtit duob' eſt modis: quoniā quorūdum eoruꝫ eſt principiū ſm̄ ſui eſſentiā: ⁊ alioruꝫ ē principiū mediante nucha q̄ currit ex eo. Et ex neruis[c] q̄dem q̄ ex cerebro egrediūtur non iuuant̄ mēbra ī ſentiēdo ⁊ mouendo niſi capitis ⁊ faciei mēbra ⁊ viſcerum interioꝝ. Alia v̄o mēbra hec iuuamenta nō habēt niſi a neruis nuche. Et galienus[d] q̄dem iam oſtēdit nobis ſollicitudinē magnam que neruis a cerebro ad vi

a In prima parte primo diuidit iuuamenta neruorum dicens q̄ iuuamentoꝝ neruoꝝ q̄daꝫ ſunt q̄ ſunt ſm̄ eſſentiā alia ſunt q̄ ſunt per accidēs. Secūdo exequitur de primo mēbro diuiſionis iſtius dicens q̄ iuuamentuꝫ neruoꝝ ſm̄ eſſentiam eſt iuuamentum qđ cerebrū tribuit omnib' alijs membris mediantib' neruis dando eis ſenſum ⁊ motū. Tertio exequitur de ſecūdo mēbro dicte diuiſionis dicēs q̄ iuuamenta neruoruꝫ per accidens ſunt duo: vnū eſt ſolidare ⁊ corroborare carnem vt corp' fiat fortius. Aliđ ē percipere nocumentū accidens membris carentib' ſenſu cuiuſmodi ſunt epar ſplen ⁊ pulmo: q̄uis enim hec ſenſu careāt ſunt tamen cincta ⁊ tecta panniculo neruoſo: ⁊ cū tenſa fuerint ventoſitate vel apoſtemate grauedo apoſtematis vel partitio ventoſitatis. i. ſolutio cōtinui a ventoſitate inducta ꝑueniet ad cinctoriū id eſt coopertoriū ⁊ radicem ipſi' id eſt neruum qui eſt principalis panniculi pars. Et attritio accidet panniculo ⁊ neruo eius ex grauedine apoſtematis ⁊ extenſio ex ventoſitate: ⁊ ſentiet eā. ⁋ Sed arguet aliquis q̄ primū iuuamentū non inſit neruis ſm̄ eſſentiam: q2 per ſpiritū animalem ineſt eis vt ſenſum ⁊ motum prebeant alijs membris: ſꝫ ſpirit' animalis non eſt de ſubſtantia vel eſſentia neruorum cū adueniat eis a cerebro hora vigiliarū ⁊ ab eis retrahat̄ hora ſomni. Item ſcđꝫ iuuamentū videtur ineſſe neruis per' eſſentiam q2 habent a ſubſtantia ſua nullo accidēte medio q̄ carnem inſpiſſant ⁊ eam corroborant. Item tertiū iuuamentum ſcꝫ percipere nocumentū accidens membris ſenſu carentibus eſt de ſpecie primi iuuamenti quod eſt tribuere membris ſenſum ⁊ motum. ergo ſi primū eſt per eſſentiam ſic erit tertiū. ⁋ Ad primū obiectū dic q̄ prebere ſenſum ⁊ motū alijs membris dupliciter ē. Uno modo actu. Alio modo habitu vel aptitudine. Primo modo accidit neruis vt p̄beāt ſenſum ⁊ motum mēbris alijs: ſicut accidit homini q̄ actu rideat aut ſuſcipiat diſciplinam: quādoq̄ em̄ ſenſum ⁊ motū prebent ſicut hora vigiliaruꝫ: quādoq̄ non prebēt ſicut hora ſomni. Secūdo modo ineſt neruis vt ſenſum ⁊ motū alijs membris prebeant ſm̄ eſſentiam ſcꝫ per anime potentiam eis innatā que eſt ipſis neruis cōſubſtantialis ⁊ eorum forma: verum ad hoc vt exeat in actū requirit ſpm̄ aīalez ſibi a cerebro trāſmiſſum. Ad ſcđm obiectū dic q̄ inſpiſſare ⁊ corroborare carnem non ineſt neruis ſm̄ eſſentiā ſic q̄ a principijs intrinſecis neruorū eis inſit vt carnem inſpiſſent q2 tunc ſemper ⁊ omni neruo ineſſet: cuius contrarium apparet in neruis non īmixtis carni. Nec ſm̄ finem principalem gr̄a cuius nerui facti ſunt. Sed nerui aliqui dici poſſunt inſpiſſare carnem ſm̄ eſſentiam id eſt a ſoliditate ⁊ denſitate ſue ſubſtātie. Ad tertium dic q̄ iuuamentum neruoꝝ exiſtentium in panniculo tegente mēbrum carens ſenſu eſt ſm̄ eſſentiam reſpectu panniculi neruoſi: ſed eſt ſm̄ accidens reſpectu membri ſenſu carentis.

b Et neruorum q̄dem ⁊c̄. In hac parte ſecūda dicit primo princeps q̄ cerebrum eſt principium neruorum ſm̄ modū ſcituꝫ id eſt prius declaratum primi prima doctrina quinta capl'o ſingulari de mēbris vbi dicebatur. Cerebrū q̄dē prebet ſenſum ſm̄ quoſdaꝫ abſolute ⁊ ſm̄ quoſdam nō abſolute: ⁊ cerebri ſeruiens lator eſt ſicut nerui. Illic enim recitatuꝫ eſt q̄ ſm̄ mentem galieni cerebrum eſt primuꝫ ⁊ imediatū principium fons et origo virtutū ſenſitiue ⁊ motiue voluntarie a quo velut a radice palmites oriūtur nerui ſenſitiui ⁊ motiui. Sꝫ ſm̄ mentē ariſtotelis cerebrū nō ē primum radicale principium virtutum ſenſus ⁊ motus: ſed has recipit a corde: ⁊ poſtea mēbris diſtribuit. Nec a cerebro ſed a corde primo nerui prodeunt. Secūdo dicit q̄ neruoꝝ terminꝰ eſt extrema ſuꝑficies cutis. nā villi minuti miſcentur cū cute ⁊ nerui diuidunt̄ in ea aduenientes eidē a mēbris vicinis. Contra dicit gal'. ſcđo morbi. Non enim cutis ad aliud extitit agendū niſi vt ſolūmodo operienda operiret. Nam non digerit nec pulſum nec anhelitū nec voluntarium habet motum. Dic q̄ ibi loq̄tur de exteriori: hic de interiori. Tertio dicit q̄ cerebrum eſt p̄ncipium neruoꝝ duobus modis. quia quorūdam neruorum eſt principiū ſm̄ ſui eſſentiam ita q̄ īmediate ꝓcedūt ⁊ oriuntur a ſubſtantia medullari cerebri: ⁊ alioruꝫ eſt principiū mediante nucha orta a cerebro a qua nerui prodeūt. vt rami a trunco.

c Et ex neruis ⁊c̄. In hac parte tertia dicit p̄io princeps q̄ nerui qui īmediate oriūtur a cerebro nō tribuūt ſenſum ⁊ motū niſi partib' capitis ⁊ faciei ⁊ interiorib' viſceribus q2 ſolis his diſtribuūtur. Secūdo dicit q̄ mēbra alia a p̄dictis non recipiunt ſenſum ⁊ motum niſi a neruis ortis a nucha. Contrariū huius determinat galienus. 16. de vtilitate particularū capl'o ſexto dicēs. Aliorum vero qui a cerebro q̄dem explantantur ad collum v̄o ⁊ omoplatas id eſt ſpatulas deſcendūt: conſequēter vtiq̄ eſt dicendum diſtributionem. Neq̄ enim in eis natura ipſa cū poſſet dorſali id eſt nucha q̄ eſt ſm̄ collum vti ad neruorum omniū q̄ ibi ſūt generationem vt oblita huiuſmodi a longe deducit eos. Sed ad illos implantat muſculoꝝ quicunq̄ ſublimem ſimul poſitōnem habent ⁊ ſuperuellunt omoplatam v̄ſus caput. Ad primos igit̄ eius q̄ ampli ſunt quoꝝ principium ē os capitis qđ eſt ſm̄ occipitiū: finis aūt omoplate dorſum dign' rōne impantat̄ neru' a cerebro ꝓdiens ſimul cū alijs q̄cunq̄ ſm̄ ſextā coniugatōem iplātari dicti ſunt. Hec galien'. Princeps aūt ſeip̄m corrigit inferi' vbi loquēs de ſexto pari neruoꝝ orientiū a cerebro dic̄. Et ꝑs ſcđa ad muſculos deſcēdit ſpatule ⁊ eius quod ē circa eam ⁊ ipſius plurimum in muſculo ſpargitur lato qui eſt ſuper ſpatulam.

d Et galienus quidem ⁊c̄. In hac parte quarta primo dicit p̄nceps q̄ galienus indicauit nobis magnam diligentiam nature propriaꝫ neruis deſcendentibus a cerebro ad viſcera. Nam creator de cuſtodia eorum ſollicitus aliter muniuit iſtos q̄ alios neruos. Cuius cauſa eſt quia nerui iſti a ſuo principio elongati indigent vt fortiter affirmentur partim per muſculos fortes ſi'cs pānniculis tegentes eos: partim per corpora quorum ſubſtantia media eſt inter cartilaginem ⁊ neruum ⁊ ſimilis neruo torto. Secū-

do dicit ꝙ affirmatio fortis istoꝝ neruorum fit in tribus locis sc3 apud epiglotum apud radices costarū ⁊ postq̄ transeunt in suo descensu locum pectoris. ¶ Attēde primo ꝙ Galienus hāc sollicitudinem nature circa neruos qui a cerebro ad viscera descendūt comemorat.16°. de vtilitate particularū cap̄lo quinto dicens. Est autem ⁊ aliud mirabile opus nature ignoratum ab anatomicis. vbi eni3 vel per longa3 viam d3 ducere paruu3 neruum vel fortimotui famulaturū ibi cōprehendit substātiam eius corpore grossiori q̄de3 simili aūtē ſm alia. Videbitur em̄ tibi neru⁹ sphericatus existere ſm primam fantasiā visus circūadnatus et supinnatus eis. Anatomisanti vero cuidēter app3 q̄m neq3 circunadnatio ē neq3 supinatio s3 similis quedā3 substantia neruis per omne vnita ⁊ similis omnino existens ei qui ad ipsa3 peruenit ⁊ rursus ab ea protenditur neruo ſm solam ipsam substantia3 similis existēs vocato ganglio. Et intellige ꝑ gāglium paruum apostema. vt ait galienus secūdo ad glaucone3. ¶ Attende secūdo ꝙ per hāc substantiam neruo similem dictis neruis hoc speciale euenit ꝙ apparent grossiores a suo principio elongati q̄ erant ante. Juxta illud galieni ibi. Jngrossari igitur contingit neruos vt manifeste appareat maior circulus nerui qui post q̄ eius qui ante. ¶ Attende tertio ꝙ hec ingrossatio in elongatione ab origine contingit neruis descendentibus a cerebro ad viscera. Primo in collo ꝓpe epiglotum. Secundo cum peruenerint ad thoracem iuxta radices vel inicia costarum. Tertio dum exeunt a thorace ⁊ descendunt ad orificium stomachi ⁊ alia membra nutritiua. Juxta illud galieni ibi. Videbis autem id et ſm alias quasdam particulas: ⁊ etiam in his neruis qui a cerebro descendunt. Primo quidem in collo parum supra laringam. Secundo vero quando venerint ad thoracem apud radices costarum. Et tertio quando primo exeunt a thorace.

e Factum est autem ⁊c̄. Jn hac parte quinta dicit primo princeps ꝙ ordinatum est a natura vt nerui orti a cerebro alij a predictis ad viscera descendentibus facti vt dent sensum membris recte descendant a cerebro ad mēbra quibus diriguntur. Et causa rectitudinis sui descensus est duplex. Prima ē quia via rectior ē breuior: ⁊ ideo virtus cerebri venit fortior ad membra quibus implantantur huiusmodi nerui. quia omne agens forti⁹ agit in propinquum q̄ in distans. Secunda causa est quia duricies non est necessaria neruis sensus que requirit elongationem neruorum a substantia cerebri cum circuitione id est obliquo incessu: vt elongentur paulatim a similitudine cū cerebro in lenitate ⁊ mollicie sicut est necessaria neruis motus: immo quanto nerui sensus fuerint leniores tanto magis prebent virtutem sensus. Sed instabit aliquis quia nerui sensus in stupore ⁊ paralysi sunt mollissimi ⁊ lenissimi ⁊ tamen non prebent sensum. Dic ꝙ littera intelligitur de lenitate neruorum non egritudinali s3 naturali. Secundo dicit ꝙ a natura factum est siue ordinatum ꝙ nerui motiui orti a cerebro transeant ad mēbru3 cui diriguntur post circuitiões

scera descēdētib⁹ ē ꝓpa. Creator em̄ de eoꝝ munitione sollicitus aliter ipsos muniuit q̄ alios neruos: ⁊ illud est quonia3 ꝓpterea ꝙ elōgati fuerūt ab ipso ꝓ̄ncipio oportuit vt sustentarētur superflua affirmatiōe a musculis fortib⁹ qui eos tegant vt panniculi: ⁊ a corpore cuius essentia īter neruum ⁊ cartilaginē est media simili ei qd̄ corpori nerui accidit cū torquet̄. Et illud q̄de3 est ex trib⁹ locis. Quorum vnus est apud epiglotim. Et secūdus cū ad costarū radices veniūt. Et tertius cum pectoris locum trāseunt. Factum[e] est aūt vt alij nerui a cerebro ꝓueniētes ī quibus existit vtilitas in sentiendo iuuamentū prestare penetrarent a sui principio ſm rectitudinem ad mēbꝝ ad qd̄ dirigūtur: quoniā rectitudo ad id ad qd̄ dirigitur propinquiore defert via: ⁊ illic ex hoc est impressio que manat ex ꝓ̄cipio fortior: ⁊ propterea ꝙ ī neruis sensibilibus nō queritur de duricie que facit necessitatem elongādi a substantia cerebri cū circuitione ꝓpterea vt a sui similitudine in lenitate ordinatim elongētur q̄tum in mēbris queritur motus: imo q̄to plus fuerūt leniores plus fuerunt virtutē sentiendi dantes. Sed factum est vt motiui ad id ad qd̄ dirigunt̄ eāt post circuitiones in q̄bus ipsi incedunt: propterea vt a principio elongentur ⁊ in duricie ordinētur. Jn vnoquoq3[f] etiam duoru3 modoꝝ ad id quod ex duricie ⁊ mollicie in ipso est necessarium adiuuerunt ortuum ipsoru3 substātie. Plurimi nāq3 eorum q̄ sensum tribuūt ab antecessione oriūtur cerebri. Et partis quidem que est cerebri antecessio est essentia mollior. Et plurimi illorum qui motum prebent a postremo oriuntur cerebri. Et partis que est cerebri postremu3 essentia est magis spissa.

id est semitas obliquas per quas incedunt vt elongentur paulatim a suo principio sc3 cerebro ⁊ gradatim ad duriciem perueniant que necessaria est neruis motiuis. ¶ Attende ꝙ nerui duri sunt ad motus aptissimi ⁊ sensui inepti molles vero econtra. Juxta illd̄ galieni nono de vtilitate particularum cap̄lo.13. Et duros quidem ad motus optime constructos ee estima ad sensus vero ineptos Econuerso aute3 existere mollibus q̄de3 aptitudinem ad sensus certitudine3: imbecillitatem autem ad robur motus. Et paulo p⁹ reddit causam dicēs. Quoniā his quidē scilicet duris in agēdo: his autem videlicet mollibus in patiendo est vtilitas.

c Um instrumentū.In hoc caplo pmo dat cās pulsuū magni τ parui.Scdo pulsuū velocis τ spissi ibi[Si vo necessitas]Tertio pulsus velocis τ magni τ pulsus magni velocis τ spissi ibi[Si autē virt⁹]Quarto longi pulsus ibi[Lōgitudinē q̄ꝫ]Quito lati ibi[Sʒ ē ēt cū]Sexto plsuū spissi τ rari ibi[Spissitudis autē]Septio pulsus debilis ibi[Cāe vo debilitat]Octauo plsuum duri τ mollis ibi[Et cāe duriciei]Nono pulsus ineq̄lis ibi[Et diuersitas quidē]Decīo serrini ibi[Et serrini qdeꝫ]Undecīo bispulsantis ibi[Bispulsant vo cā]Duodecīo soricini ibi[Soricini vo]Tredecīo cadent in medio ibi[Cadentis auteꝫ in medio]Quartodecīo spasmosi ibi[Et spasmosi qdē]Quitodecīo tremuli ibi[Pulsus aūt tremul⁹]Decīosexto vndosi ibi[Undosi aūt]Decimoseptimo pulsuū vermiculosi τ formicātis ibi[Et vmiculosi qdē[Decīooctauo pulsus mali pōderis ibi[Cā aūt pulsus]Decīonono pulsuū pleni τ vacui calidi τ frigidi alti τ bassi ibi[Et cāe qdē pleni]

¶ De his q̄ proueniūt ex causis cōtentiuis. Caplm.VI.

Um[a] instrumentum
c fuerit obediēs sui lenitate et virtus fortis τ necessitas ad extinguendū vehemens erit pulsus magnus. Veruntñ necessitas iuuātior his tribus ē ad hoc. ¶ Qd si virtus fuerit debilis pulsus puitas eaꝫ proculdubio sequetur. Et si cuꝫ hoc instrumentū fuerit durum τ necessitas est pauca erit minor. Et etiā cum duricies efficit paruitatē: sʒ tamen puitas cui⁹ cā ē duricies separatur a puitate cuius cā est debilitas p hoc φ est durus τ non debilis: τ breuitas eius τ profunditas nō est multa sicut est cū virtus est debilis. Pauca q̄ꝫ necessitas puitatē efficit: sʒ debilitas ibi nō erit. Et neq̄ ē aliq̄ haꝝ triū que pl⁹ efficiat puitatē φ debilitas.

a Pria ps est pñs text⁹ in q pri mo dat cās magni pulsus.Scdo pui ibi[Qr si vt⁹. ¶ In pria pticla p⁹ innuit φ magni pulsus triplex ē cā.Prima ē instrumētū obediēs.s.arteria dilatationi apta ppter sui lenitatē τ tēpatā molliciē.Scda ē fortitudo pulsatilis vtutis q̄ pōt arteriā in lōgū latū τ altū fm exigentiā caloris extēdere.Tertia ē necessitas vehemēter magna τ fortis ad extictionē caloris:q̄re necesse ē vt in dilatatōe arterie mult⁹ aer intromittatur:ad cui⁹ receptionē necesse est arteriā vndiq̄ extendi τ pulsum inde magnificari.Scdo dicit φ necessitas vehemēs inter has tres cās est iuuātior ad hoc vt pulsus fiat magn⁹:qr ē cā finalis gra cui⁹ alie operant

¶ In scda dicit pmo φ si pulsatilis vtus debilis fuerit pulsus erit puus:qr cū nil opet vltra ppriū gradū a debili vtute nō pōt magn⁹ pcedere effect⁹.Scdo dicit φ si vena pulsatilis dura fuerit τ vtus debilis τ necessitas euētatōis caloris modica pulsus erit minor φ si solū pulsatilis vt⁹ debil fuerit.qr sic ɔcurrētib⁹ oib⁹ cāis q̄ pulsus magnitudinē efficere solent fit pulsus aucte magnitudis:sic ɔcurrētib⁹ oibus cāis puitatis fit vehement puus.Tertio dic φ sola duricies qñq̄ est cā puitatis pulsus.Sʒ puitas pulsus cā duriciei differt a puitate ei⁹ cā debilitatis virtutis.Primo qr puus a duricie est dur⁹ τ puus a debilitate vtutis solū nō est dur⁹.Scdo quia puus a duricie nō est debilis sic pu⁹ a virtute.Tertio qr puus a duricie nō est multū curt⁹.Quarto qr pu⁹ a duricie nō est multū pfundus.Quoꝝ rō est qr puus ex duricie solum nec diminutiōe vtutis nec diminutōe necessitatis hꝫ cāꝫ sue incurtatōnis τ pfunditatis.Quarto dicit φ diminuta necessitas euētationis caloris reddit pulsum puū.Sʒ pulsus effect⁹ puus ab hac cā solū nō ē debilis:qr virt⁹ nō est debilis nec instrumētū rebelle.Quinto dicit φ nulla triū causaꝝ puitat pdictaꝝ pl⁹ efficit pulsū puū φ debilitas vtutis

¶ Instabit aliq̄s φ necessitas euētatōis adaucta est iuuātior ceteris ad efficiendū magnū pulsum vt pmissuꝫ ē:ḡ necessitas diminuta ceteris potior erit ad efficiēdū puum. Dic φ nō ē sic:qr posita necessitate adaucta cū obediētia instrumenti mediocri τ mediocritate vtutis pulsus fiet magn⁹ etiā si vt⁹ ex se nō fuerit fort neq̄ instrumentū plurimū obediēs vt clare apparet ī incipiētib⁹ supcalefieri ex balneo aut stuphis aut exercitio forti.nā in eis pulsus ilico magnificat. Sʒ si vtus debilis fuerit τ necessitas aucta τ istrumētū obediēs pulsus erit puus fm gradū puitatis vtutis.Qr si virt⁹ fortis aut mediocris fuerit τ necessitas

diminuta ⁊ instrumentū obediens pulsus nō reddetur magne ꝑuita tis ꝓpter ꝯstantiā virtutis. Sexto dicit ꝙ ꝑua duricies arterie cuꝫ constātia virtutis pulsatilis plus efficit ꝑuū pulsum ꝙ̃ ꝑua priuatio necessitatis euētatōis cū ꝯstātia silr̄ eiusdē v̄tut̄. Virt⁹ eīm ꝯstās cū pri uatione necessitatis euētatōis nō multū ab equali diminuit pulsum:

Et paruitas quidē duriciei cū virtu te plus est ꝙ̃ ꝑuitas priuationis ne cessitatis cū virtute. Virtus nāqꝫ cū priuatione necessitatis non minuit multuꝫ ex eq̄li: qm̄ a diastole ꝓhibē tē nō hꝫ. Et ñ decliat ad hoc vt nō mlt̄ tū sup tēpatū addat: nisi iō ꝙ nō mlt̄ tā hꝫ necessitatē. Si v̄o[b] necessitas mlt̄a fuerit: ⁊ virt⁹ fortis ⁊ istrumētū inobediēs ꝓpter suā duriciē magni tudini nō poterit eē quin fiat velox vt velocitati restauret illud qd̄ ei de est ex magnitudine. ¶ Qd̄ si virt⁹ fue rit debilis ⁊ velocitas in eo nō ope rata fuerit nō poterit eē qui fiat spis sus quatinus spissitudine restauret illud qd̄ ei deficit ex magnitudine et velocitate: ⁊ multe vices tenebūt lo cū vni⁹ vicis sufficiētis ⁊ magne aut

qꝛ nil hꝫ positiuū qd̄ ꝓhibeat cā a diasto le cōpleta. Et hec vir tus cū priuatiōe ne cessitatis euētatiōis non declinat ad hoc vt nō mlt̄ū: imo mo dicum sup tempera tū addat in diminu tione. s. vt sit paulo minor pulsu tēpera to: nisi ꝓpterea ꝙ ñ multā hꝫ necessitatē euētationis caloris. Virtus vero cōstās cū duriciē instrumē ti aliq̄d hꝫ resistens dilatationi comple te. s. duriciē vene pul satilis. ¶ Attēde ꝙ pulsus magnus du plex iuenitur. Qui daꝫ naturalis seq̄ns cōplexionē cōgenitā ⁊ a pricipijs gn̄atio nis hn̄s ortuꝫ. Cui⁹ significata sic metri ce collegit egidius. Magn⁹ q̄ numeris nature se moderat̄. Quē nec cā mali nec vis syntomatis vrget. Prodigus instabilis aure cupidus pa pular̄. Ardua molit̄: aīmi secreta reuelat. Huic comes adiūcta ē v̄t⁹ i mensa caloris. Copia spirituū spēs accōmoda mēbri. Ad dilatanduꝫ procliuis ⁊ apta moueri. Ali⁹ ē accidētalis seu aduētici⁹. Cui⁹ signifi cata sic collegit ille. Qui naturales peregrinus ab ordine leges. Trans uolat ⁊ magni pulsus sibi nomē adoptat. Concitat hūc prauecꝫ mouet cōceptio cause. Spirituum feruor: vis syntomatica febris. Aut labor aut coitus vehemēs aut impetus ire.

b Si vero necessitas. In hac pte secunda prīo agit de causis pulsus velocis. Scd̄o d̄ causis pulsus frequētis cū suis exēplis ibi[,] Qꝛ si virt⁹ fuerit debilis. ¶ In prima pticula dicit ꝙ si necessitas euētationis ca loris ⁊ spirituū cordis ⁊ arteriaꝝ plurima fuerit: ⁊ virtus pulsatilis fue rit vigorosa ⁊ arteria propter duriciē ipsi⁹ fuerit inobediens magnitu dini. i. rebellis virtuti: ita vt nō possit magnitudinē in pulsu efficere: necessario fiet pulsus velox vt sua velocitate suppleat magnitudinis de fectum. Propter suā nāqꝫ velocitatē fere bis pulsat tpe quo magn⁹ pul sat vnica vice. ⁊ iō tm̄ aeris attrahit ad refrigeriū caloris pulsus velox ꝙ̃ cum magnus in eq̄li tpe. ¶ Attende ꝙ pulsus velox est duplex sicut magnus. vnus naturalis: alter aduenticius. Quorū significata egidi us sic metrice ꝯstrinxit. Cor feruēs: aīm⁹ preceps: titubausqꝫ loq̄la. Et verbū mentē precurrens verbere vocis. Actio festina nullo vibrata te nore. Quā nō depingit rō nec dirigit ordo. Nec notat euēt⁹: nec certis claudit ⁊ aptat. Limitibus: dubij mutabilis alia finis. Viuida spiri tuū natura caloris acumē. Admixtū cause artificis resolubilis humor Nature pulsuꝫ velocē rite sequūtur. At quē prepropero pulsat bis dia stola raptu. Indicat accendi peregrinū in corde calorem. ¶ In secūda dicit primo ꝙ si virtus pulsatilis debilis fuerit cū mlt̄a necessitate euē tationis caloris supple ⁊ velocitas in eo. s. pulsu nō operata fuerit id ē effecta necessario pulsus erit frequēs vt sua frequētia suppleat id qd̄ si bi deest ex magnitudine ⁊ velocitate. A frequētibus eīm motib⁹ ⁊ pau cis quietibus tm̄ aeris attrahitur ineq̄li tpe pro refrigerio caloris quā tum a magnis aut velocibus mlt̄e quietis seu raris. Secūdo declarat nobis p exēpla seu similitudines quasdā in deportationib⁹ onerū qua liter fit pulsus magn⁹ ⁊ qualiter velox ⁊ q̄liter frequēs. Nā virtus pul sans est sicut portitor seu delator oneris: ⁊ necessitas multa euētatiōis est vt onus graue deferendū: ⁊ instrumentū obediēs pulsui ē vt instru mentū q̄ defert̄ onus. Occurrēte igit̄ necessitate deportatōis grauis oneris de loco in locū. Vel portator est sufficient̄ fortitudis ad delatō nem toti⁹ oneris vice vnica sine velocitate ⁊ frequētia sui mot⁹ lente in cedendo ⁊ satis interpausando. Et sic figurat nobis magnū pulsuꝫ in quo virtus sufficit vnica vicē satis aeris attrahere p refrigerio ca loris absqꝫ velocitate ⁊ frequētia motus pulsus. Vel nō sufficit portitor vice vnica totū sil̄ deferre onus sed ipꝫ ptitur in duas p tes ⁊ festine incedit ita vt cōpleat deportationē oneris eodē tpe quo cōpleuit ille q̄ fortior erāt ⁊ lente gradiēs ⁊ multū pausans totū sil̄ tulit. Et talis figurat nobis velocem pulsuꝫ in quo virt⁹ pul satilis sufficit duobus velo cibus ⁊ nō ma gnis motibus tm̄ aeris trahe re q̄ntum fortis virtus motu vnico magno lento sil̄ attra hit. Vel non sufficit porti tor neqꝫ vice vna neqꝫ dua bus totū ferre onus: sꝫ in p tes plurimas diuidit ipm̄ et seorsum quāli bet defert cito aut tarde sm̄ ꝙ pōt: sꝫ inter q̄scūqꝫ duas de portationes vel oneraturas q̄si nihil pausat: sꝫ ilico redit ad de rendū aliam ptē: lꝫ deportādo tardat⁹ fuerit. Et iste portitor est nobis exēplū pulsus freq̄ntis: in q̄ multitudie pulsuū ꝑuoꝝ fre quentiū ineq̄li tpe tm̄ aeris attrahit̄ ad refrigeriū caloris q̄tum vno pulsu magno tardo raro. Tertio dicit pnceps sm̄ plurimos text⁹. ꝙ si multe fuerit debilitatis stabit tūc ⁊ feret eā festine ⁊ re dibit cū tarditate. i. si portitor fuerit multū debilis stabit tūc idē pausabit post vnāquāqꝫ deportationē ⁊ feret eā festine. i. satagit festiuare in deportiōe ⁊ redibit cū tarditate. i. diu pausabit inter quascūqꝫ duas oneraturas. Sꝫ ista littera corrupta videtur: lꝫ qā pulsus in tendentib⁹ ad mortem ꝓpter egritudines adustiuas post freq̄ntē fiat rar⁹ ex maxima v̄tutis debilitate nō sufficiētis ad frequentiā: nō tm̄ fit velox siue festinus: cū fortior v̄tus sit tā necessaria velocitati ꝙ̃ freq̄ntie. Eligat̄ g̃ hic textus marginalis in q̄ sic hꝫ. Qꝛ si ñ mlt̄e fuerit debilitat̄ stabit tūc ⁊ feret eā festine ⁊ redibit cū tarditate. i. si portitor nō fuerit multum debilis stabit tūc. i. pausabit int̄ suas duas veloces portatōes ⁊ feret scꝫ vtrāqꝫ oneraturā festine seu velociter ⁊ redibit cū tarditate id est pausa magna inter duas deportationes. ⁊ talis portitor est nobis exē plum pulsus velocis ⁊ rari.

c Si autem virtus. In hac parte tertia dicit primo ꝙ si virtus pulsatilis fuerit fortis ⁊ arteria obediēs sue dilatatiōi: sꝫ necessi tas euētatiōis caloris ē maior fortitudine tēpata. i. tāta ꝙ ei nō sufficit fortitudo tēpata pulsus cū magnitudie vel necessitas est maior ꝙ̃ in pulsu magno absolute fortitudie v̄tut̄ tēpata existēte virtus augmētabit velocitatē cū magnitudine sic ꝙ pulsus fiet magnus ⁊ velox. Scd̄o dicit ꝙ si necessitas euentationis caloris fuerit fortior ꝙ̃ sit in pulsu magno ⁊ veloci erit spissitudo cū ma gnitudine ⁊ velocitate. sic ꝙ pulsus erit sil̄ magn⁹ velox ⁊ freq̄ns. Adaucta igit̄ necessitate euētationis caloris. prīa dr̄ia q̄ acq̄rit̄ in pulsu ē magnitudo: scd̄a velocitas: tertia freq̄ntia: sic clare ap paret i fortib⁹ exercitijs balneis ⁊ stuphis vehement̄ calidis: i qb⁹ hoīꝫ pulsus p̄° fiūt magni: deīde magni veloces: ꝯn̄r magni velo ces freq̄ntes aucto calore: si v̄t⁹ ꝑsistat i suo robore q̄ d̄bilitata calo re ꝑseuerāte pulsus ꝑdit magnitudinē remanēs velox ⁊ freq̄ns ⁊ si virt⁹ debilitet̄ manēte calore i sua fortitudine pulsus ꝑdit ve locitatē ⁊ ipsi⁹ frequētia auget̄: ⁊ si adeo debilitet̄ vt peridītatio ni proxima fiat pulsus erit ꝑuus tardus rarus q̄si nullus: vñ nō sufficit euētationi caloris: imo calor se corrūpit ⁊ ꝓpriū humidū.

Longitudinē quoqꝫ[c] magnitudis cause pro certo efficiūt cū aliq̄d pro

o Longitudinem qꝫ. In hac pte quarta dicit ꝙ cause magnitu dinis pulsus prius dicte: scꝫ fortitudo virtutis ⁊ magna necessi

tas euentationis caloris faciunt pulsum longum sine latitudi- ne ⁊ altitudine cū fuerit aliquid ꝓhibens arterie motū in latuz diffundi ⁊ in altum erigi: vt durities arterie q̄ ꝓhibet amplitu- dinem.i.diffusionē motus in latitudine q̄ pulsus fit latus: ⁊ dē- sitas carnis: ⁊ cutis supiacentiū arterie que ꝓhibet eam ab ele- uatione quare pulsus non fit altus.

hibens amplitudinē prohibuerit: et eleuationē ad superiora non permi- serit fieri sicut durities instrumenti verbigratia que amplitudinē prohi bet: ⁊ densitas carnis ⁊ cutis q̄ sur- sum eleuari nō permittūt. Sed est[e] etiam cū in amplitudine addit mati es. Et amplitudinē quidē efficit aut venarū vacuitas vt per ipsam tuni- ca superior super inferiorez declinet ⁊ dilatetur: aut multa instrumēti le- nitas. Spissitudinis aūt[f] causa est debilitas: aut multa necessitas: aut caliditas. Et raritatis quidē causa ē virtus que necessitatē in magnitudi ne superat: aut frigiditas multa di- minuta a necessitate: aut nimia incē sio virtutis ⁊ aduentus perditioni ꝓ ximus. Cause vero[g] debilitatis pul

e Sz ē etiaz cū. In hac p- te quita dicit ꝙ tres sꝫ cau- se latitudinis pulsus. Pria est matics pro pter quā pluf de arteria car ne discooptuz digitis occur- rit vnde latior apparet. Se- cuuda est va- cuitas arteria rum: rōe cui' sua supior tu- nica super in- feriorem deci dit ⁊ sic dilata tur. Et p hūc modū macies corporis pōt inducere lati- tudinem pulsus arterias.s.inaniendo. Tertia est lenitas pluria seu mollities instrumenti p quā facile cedit digitis prementibus ⁊ vt latum se offert eis. ¶ Attende ꝙ duplex est pulsus longus: quidā est naturalis: alius aduēticius. Quorū significata sic' me trice pstrinxit egidius. At quē ꝯtinui ꝓducit linea motus. Con filiat ꝓpriū cui vis genitiua tenorē. Fertile spirituū regimē vali dūq; calorem Indicat: ⁊ valido q̄ sunt adiūcta calori. Quē nota cā trahit quē vis aliena lacessit. Lapsuz discrasie notat excessum- q; caloris. Consequnter tangit significata pulsuū latoꝝ tam natu ralium q̄ aduēticioꝝ dicens. Sunt adiūcta satis expressa supfi- cialis. Cui natura suuz dat ꝯsistentia motū. Segnities mēs fle- xibilis crasis humida cordis. Falsa supficies ⁊ syntomatica chi- mos Dissipat: arterias humectat mēbra resoluit.

f Spissitudinis aūt. Egit superius in pte scda capli istius de cāis pulsus spissi sm cōmunicationē quaz hꝫ cū magno ⁊ veloci. Nūc aūt hic agit in hac pte sexta de cāis ipsi' ⁊ rari absolute di- cens prio. ꝙ cāe spissitudinis seu frequtie pulsus sunt tres. Pria est debilitas ṽtutis q̄ nō valens magnitudine aut velocitate suf ficere necessitati euentationis caloris frequtiaz in pulsu operat Scda est plurima necessitas euētatōis caloris cui qūq; nō suffici unt magnitudo ⁊ velocitas: nisi etiā eis frequētia supaddat vt i supcalefactis exercitio balneo aut stuphis apparet. Tertia est ca liditas cū debilitate virtutis supple: q̄ nec magnuz nec velocem pulsum efficere suffic. Scdo dic ꝙ tres sꝫ cāe raritat pulsus. Pri ma est ṽtus.i. fortitudo virtutis q̄ necessitatē in magnitudie su- perat.i.necessitati cuētationis caloris sufficiēter p magnitudinē pulsus prouidet: vt in viris sanguineis fortib' tpe veris pulsus ē rarus: q2 sua magnitudine multū trahit aerē vna vice q̄ ꝓ bono tpe sufficit cuētationi caloris. Scda est frigiditas mlta diminu ta a necessitate. i.diminuēs necessitatē cuētatōis caloris. Hac d cā pulsus rarior est i regionib' ⁊ tpib' frigidis q̄ in calidis. Ter- tia est incēsio nimia ṽtutis. i.debilitas nimia ṽtutis ex intēsiōe febris causonice vel alteri' ꝓcedēs ⁊ aduēt' ꝓxim' pditōi videlz morti. Et istō fit dū debilitas ē tāta ꝙ neq; magnitudini neq; ve locitati neq; frequtie sufficit.

g Cause ṽo debilitat. In hac p te septima enumerat princeps nouem cās debilis pulsus q̄ non sunt ex cāis essentialib' seu ꝯtētiuis: sꝫ ex mutātib' pulsuz absolu te. Prima ē tediū seu displicētia vꝉ tristicia assidua q̄ q̄si suffocat calorē innatū ⁊ spūs vitales in iteriorib' nō pmittens eos ad ex- teriora diffundi. Scda est vigilie imoderate q̄ supflue resoluunt calorez ⁊ spūs a qb' ꝓcedit fortitudo pulsus. Tertia ē euacuatio nō qdem moderata rei nocitiue: sꝫ imoderata siue rei nocitiue fuerit: vt aq̄ hydropicoꝝ vel sanici empicoriū vel magnoꝝ apostematum: siue rei iuuatiue: vt ciboꝝ sanguinis ⁊ humiditatū nutrimētaliū: qbuslibet ei talib' euacuatiōib' annexus ē casus ṽtutis ad quē necessario seqtur d bilitas pulsus ꝓpter supfluā spirituū i eis resolutionē. Quarta ē ma- ties: nō qdē illa cū q̄ inueniunt multitu- do sanguis in venis ⁊ spirituū q̄lis ē ma cies cholericorū. In his ei pulsus est ma gn' ⁊ fortis. Iux illō gal.2.tegni. Calidi qdē ⁊ sicci cordis si- gna sunt pulsus du ri ⁊ magni ⁊ veloces ⁊ frequtes. Sꝫ ma- ties iūcta penurie sā guinis ⁊ spirituū q̄- lis est melācholicoꝝ naturaliū ⁊ illoꝝ q̄ diu fame vel fluxu vꝉ labore nimio vꝉ mor bis calidis demacra ti fuerūt. Quita est hūor nociuus q̄ vel grauedine nimia vir tutē opprimit vꝉ suo acumine aut sua fu- riositate ipaz terret aut dolorē mēbris i gerit: vel oppilatōne sua ꝓhibet trāsitū caloris ⁊ spirituū ad mēbra: vꝉ sua venenositate a to ta ꝓpetate ṽtutē pulsatilē debilitat. Sexta ē exercitiū supfluū qō sua resolutiōe nimia cor ⁊ arterias depauperat spiritib' calore ⁊ sanguine. Septia est mot' humoꝝ q̄ ṽtus territa spūs ⁊ sanguinē ad iteriora re- uocat: vñ pulsus arteriaꝝ debilitat. Octaua ē obuiatio hūoꝝ mēbris fortis sensus aut cordi vicinis vt i pricipijs paroxismoꝝ ꝓpt diffusiōez hūoꝝ supra mēbra sensibilia calor ⁊ spūs ad iteriora redeūt extrema re frigerant ⁊ pulsus debilitat. Et in repletōib' hūoralib' orificij stoma- chi cor debilitat ⁊ opprimit vehement qūq; vsq; ad sincopi ex vehemē- tia sui sensus ⁊ vicinitate ei' ad cor. Nona ē totū illō qō vehement re- soluit sic balnea ⁊ stuphe vehemēter calide labor imoderat' corpis ⁊ aer pⁱni climat vel estat ardētis.

fus ex mutantib' quidē sunt tedium ⁊ vigilie ⁊ euacuatio ⁊ maties ⁊ hu- mor nociuus ⁊ exercitium supfluuz ⁊ humoꝝ motus ⁊ ipsorū obuiatio membris fortis sensus aut cordi vi- cinis: ⁊ totū illud qō vehementer re soluit. Et cause[h] duritiei pulsus sūt siccitas corporis vene: aut eius for- tis extensio: aut vehemens frigus congelans. Et est cuz pulsus in cri- sibus durescit ex fortitudie pugne: et propterea ꝙ membra per ipsam extenduntur ad partez impulsionis nature. ¶ Lenitatis ṽo ei' cāe sunt cause naturales mollificantes sicut nutriens: et egritudinales mollifi- cātes sicut hydropisis et lethargia: aut ea que neq; sunt egritudinalia neq; naturalia: sicut balneatio.

h Et cāe duriciei. In hac pte octa- ua pᵒ dat cās duriciei pulsus. Scdo mollitiei ei' ibi [Lenitas ṽo] ¶ In prima pticla cōmemorat q̄ttuor cās duriciei pulsus. Pria ē siccitas ve- hemēs arterie q̄ terrestrē ⁊ dura reddit: vt i senib' a senio ⁊ i tabefacti q̄ rū mēbra nō imbibit crud' hūor mult' ex debilitate digestōis mltipli- cat'. Scda ē extēsio vehemēs arterie: q̄lis qūq; occurit i spasmis ⁊ teta nis: in qb' nō solū nerui: sꝫ etiā vene ⁊ arterie frequt tēdunt. Tensuz ṽo se tactui exhibet: ac si eēt durū: dato etiaz ꝙ ex se nā molle sit: vt pelles tīpani ⁊ vesice tense resistūt tactui nō cedētes in se: ⁊ hec ē natura duri Iux illō arist.4.metheo. Est aūt durū qdē qō nō cedit in seipm sm su- perficiē. Tertia ē frig' vehemēs ꝯgelans q̄le occurrit i hyeme vehemen ter frigida spāliter icedētib' p loca niuosa sic sunt alpes vel morātib' i eis. talib' ei nō solū gelant extremitates: sꝫ qūq; penit' mortificant: ita vt sepate cadāt a corpe. Quarta ē fortitudo pugne nature i morbū tpi bus crisiū. Per hāc ei pugnā mēbra interdū extēdunt ṽsus ptē ipulsio nis nature.s.ad illā ptē p quā mā cretice dꝫ expelli: sicut vides i cantori b' venas manifeste extēdi dū alte ⁊ fortit cantare satagūt: ⁊ i oīb' vehe mētib' conatib' corpis ad aliqd forte agendū. ¶ In scda assignat tres cās lenitat seu mollitiei pulsus. Pria ē res nālis hūano corpi sua hūi- ditate leniēs ⁊ mollificās arteriā sicut nutrimētū.s.sanguis aut phle- gma. Scda est res ꝯ naturā vt morb' mollificās vel cā ipsi' sic hydro- pisis maxie hyposarca lethargia appoplexia palysis. Tertia ē res molli ficās nō naturalis neq; ꝯ naturā sic balneū dulcis aq̄ mediocrit calide sepe iteratū. ¶ Attende ꝙ pulsus dur' est duplex: vn' naturalis: alter aduētici'. Quoꝝ significata sic egidi' descripsit. Vasis duricies cordis rigor arid' hūor. Mēs austera nimis pulsus mysteria duri. Pulsus duricies i pleuresi pniciosa. Arida matics terrestrē cruda ꝓbat. Solui difficit: ex q̄ discussio morbi. Protrahit vis oppmit natura fatescit. Vi- ctaq; succūbit lōgo lassata duello. Et mollis pulsus silr est duplex ⁊ si- gnificata vtriusq; statim subiūgit dicēs. In pulsu cui mollitiē natura

ministrat Cordis τ arterie pariter substātia mollis. Corporis innuitur crasis humida: mens mulicbris. Cerea flexibilis pia blanda parū φ fidelis. Aducna mollities quā syntomaticus vrget. Impet⁹ humo res dissoluit: vasa remollit.

i Et diuersitatis quidē. In hac parte nona q̄ est de causis pulsus inequalis dicit primo φ si pulsus fiat inequalis pseuerāte virtute pulsatili in fortitudine sua causa inequalitatis ipsius erit grauitas materie cibi vel grauitas materie humoris: sicut ei grauitas materie replētis neruos reddit motum voluntariū tremulū τ inequalem: sic materia cibalis aut humoralis arterias opprimēs grauitate sua reddit motum earū inequalem. Cui⁹ cā est diuersitas operationis caloris in materias graues vt nūc insurgat in eas nūc succumbere videat: sicut ignis operans

Et diuersitatis[i] quidē causa cū perseuerantia virtutis est grauitas materiei cibi aut humoris. Et cū debilitate virtutis est pugna cause τ egritudinis. Ex causis quoq; diuersitatis est repletio venarū ex sanguine: sed qḋ huic est simile remouet minutio. Et plurimū quidē fit diuersitas cū sanguis est viscosus suffocās spiritus qui mouetur in arterijs τ proprie cum dēsitas fuerit circa cor. Ex causis preterea ipsius q̄ eam in breui efficiunt tēpore sunt stomachi repletio: τ tristitia: et cogitatio in aliquo. Sȝ cū in stomacho malus fuerit hūor nō cessabit diuersitas: τ forsitan ex eo proueniet tremor cordis τ fiet pulsus tremulus. Et serrini[k] quidē pulsus cā est diuersitas ei⁹ qḋ in corpore vene est fusum in putrefactione sui aut ipsi⁹ cruditate aut sui maturatōe: āt diuersitas dispōnū venarū ī duritie sua τ mollitie aut apostema in mēbris neruosis. Bispulsantis[l] vero cā est virtutis fortitudo τ plurima necessitas τ durities istrumenti quare nō obedit ei quod virtutes ipi precipiūt de diastole in vna vice sicut cum quis vult vna percussione aliq̄d incidere τ non obeditur ei adiuuatur ab alia et precipue cuȝ necessitas subito augmentatur.

in ligna viridia: nunc modicū inflāmat ea: nūc quasi extingui videtur. Secūdo dicit φ si pulsus fuerit ineq̄lis cū debilitate virtutis cā sue inequalitatis erit pugna cause egritudinis vel pugna egritudinis ꝯ naturā: sicut em̄ videmus in duellantib⁹ pugillatorib⁹ nunc vnū inualescere τ aliū opprimi nūc resurgere oppressum τ alium confundi: sic fit in duello seu pugna fortissima nature τ morbi: q̄ de cā pulsus diuersificatur: nūc fortior apparēs dū natura forti⁹ insurgit: nūc debilior duȝ lassata nimiū succūbere videtur. Tertio dicit φ repletio venaꝝ ex sanguine est vna de causis ineq̄litatis pulsus. Cui⁹ rō est duplex. Vna est q̄ calor τ spūs ꝓpter supfluā arterie repletionē ꝓhibent̄ ꝑ arteriā vniformiter diffundi: sicut ḡ penetrant ineq̄liter: sic diuersum efficiūt pulsum. Alia est q̄ spūificatio sanguinis in arterijs nō pōt vniformit̄ fieri ꝓpterea φ calor caꝝ multitudine opprimit̄ sicut ignis ꝑuus mltitudine lignoꝝ circūdatus q̄si suffocat̄. Et ad cognoscendū ineq̄litatē pulsus a repletiōe venaꝝ ex sanguie dicit h̄ pṙceps φ minutio seu phlebotomia remouet id qḋ est sil̄e huic. i. ineq̄litatē pulsus q̄ ꝓuenit ab hac cā vel sibi sil̄i sicut ab humoꝝ oīm ḡnali superabūdātia seu repletione. Quarto dicit φ inequalitas pulsus vt plurimū fit ex repletōe sanguinis in venis pulsatilib⁹ q̄n sanguis est viscosus τ q̄si suffocans vitales spūs in arterijs ꝯtentos τ ꝑ eas moueri solitos τ ꝓp̄e cū fuerit dēsitas circa cor. i. oppilatio vel ꝯstrictio ꝓhibens liberū transitū caloris τ spirituū a corde in mēbra ꝑ viscositatē etem̄ ꝓhibet̄ sanguis arterialis in diastolib⁹ vniformiter intumescere: cū calor τ spūs pene ab eo suffocent̄ τ nō possint libere ꝑ ip̄m diffundi neq; a corde effluere ꝓpter densitatē vel oppilationē sibi ꝓximā. Quinto dicit φ repletio stomachi τ tristitia τ cogitatio. i. vehemēs attentio vel sollicitudo in re aliqua sunt ex causis breuiter efficiētibus ineq̄litatē pulsus. Repletio q̄dē stomachi q̄ ab ea cōprimunt̄ ꝑtes pectorales τ tā pulmo q̄ cor inde ꝓhibent̄ a ꝑfectione suoꝝ mot⁹ τ īfluxus. Tristicia v̇o q̄ fluctuare facit animū nūc ad latus desperatōis nūc ad tolerātiā maloꝝ: nūc ad repellendū tristicie cās. Cogitatio aūt in aliq̄ ꝓpter diuersionē caloris τ spirituū a mēbris vitalibus cū diuersitate plurima ſm gradus fortitudinis cogitationū. Sexto dicit φ si mal⁹ humor in stomacho fuerit nō cessabit diuersitas in pulsu q̄diu illic manserit: imo forsan tremor cordis orietur inde: τ pulsus tremulus efficiet̄: maxime si talis humor fuerit acutus mordax mobilis aut venenosus: vt cholera prassina vel eruginosa vel melancholia adusta acris: aut fuerit mult⁹ grossus grauis circa orificium stomachi sicut in febre sincopali humorosa cor em̄ stomacho statiꝫ cōpatitur: tū vicinitate situs: tū colligantia: tum acumine sensus stōachi maxime ei⁹ orificij. ¶ Attende ṗ° φ pṙceps nō agit hic de cāis eq̄litatis pulsus sicut inequalitatis: quia sunt notorie per causas opposite dispositionis hic assignatas. ¶ Attende scḋo φ eq̄litas pulsus in bono melior est inequalitate τ eq̄litas in malo peior est inequalitate: τ inequalitas in bono reprobat̄ τ in malo laudat̄. Iuxta illud egidij in libro pulsuū. Iuncta bono paritas bona fit: mala iūcta sinistro. Et trahit adiūcta compaginis emula formā. Imparitas reprobanda boni laudanda sinistri. Nam tibi ꝓpositis que sunt optāda duobus. Elige qḋ fixum stabili bonitate moratur. Et tibi ꝓpositis que sunt fugiēda duob⁹. Elige mobilius: fuge qḋ ꝯstanti⁹ erit.

k Et serrini q̄dem. In hac ꝑte decima dat princeps tres causas serrini pulsus. Prima est diuersitas ei⁹ qḋ in corpore vene est fusum: scȝ materie ꝑ arterias diffuse: que vel diuersa est i putrefactōne sic φ alique suarum ꝑtium sint putridiores alijs: vt in cruditate sic φ alique suarum ꝑtium sint crudiores τ rebelliores digestioni: vt in maturatione seu digestione diformiter in ea facta vel fiente. Ex his em̄ omnibus diuersitatibus fit vt arteria sub diuersis sitibus digitis se offerat ad instar serre dentate. Secunda causa serrini pulsus est diuersitas arteriarū in duricie τ mollicie suarum partiū: ex hac em̄ se offert digitorum tactui diuersimode quibusdā partib⁹ magis eleuatis alijs minus ad modū serre. Tertia est apostema ī membris neruosis sicut pleuresis. Tale em̄ neruosiorem quodāmodo τ duriorem operatur arteriā vt ait galienus libro de introducentis in pulsu capl̄o de pulsu pleureticorum. Unde fit vt arteria diuersimode moueatur ad similitudinem serre. Et per talē pulsum discernitur pleuresis a peripneumonia τ apostemate epatis in quib⁹ vndosus solet eē pulsus. ¶ Attende primo φ auerroys quarto colliget capl̄o. 19. sic assignat causas serrini pulsus. Sed serrini pulsus cause sunt virtutis debilitas: τ est compositus ex debili τ ꝑuo: τ in ipso sunt ꝑtes anticipantes τ post ponentes sicut in vndoso excepto φ i ipso siccitas magis est manifesta: τ q̄ fit etiaȝ ab extensione est serrinus pulsus appropriatus siccitati τ rigiditati: τ maxime quādo est in mēbro neruoso: quod est q̄ rigiditas fit plus ibi ꝓpter neruum. hec auerroys. Rasis q̄ƺ de eo dicit decimo almansoris. Pulsus q̄ƺ qui serre assimilatur τ serrinus dr̄ est qui fit cum magnum apostema est in corpore τ precipue si in mēbro fuerit nobili τ neruoso: sicut est disposito pleuresis que fit in latere aut diafragmate. ¶ Attende secundo φ egidius dicit hunc pulsum eē signum mortis ita metrificans. Corporis hoc pulsu fatalis serra vigorem. Amputat τ vitā nubes letalis obumbrat.

l Bispulsantis vero causa. In hac parte vndecima dat pṙceps tres causas pulsus bispulsantis. Prima est fortitudo pulsatiue virtutis sine qua nō videretur posse geminare ictuȝ prius q̄ rediret in sistolen. Secunda causa est multa necessitas euentationis caloris. Nam cum gratia huius virtus hec moueat non geminaret percussionem: nisi necessitas vehemens incumberet. Tertia est duricies arterie: quare non obedit ei id est non obedienter recipit illud quod virtutes ipsi precipiunt id est in ipsa efficere intendunt de diastole seu dilatatione vna vice: immo interrumpitur diastole ipsius ex rebellione arterie propter siccitatem. Et est sicut si aliquis volens incidere aliquid non possit vna percussione id facere propter inobedientiam huius quod scinditur tunc enim geminat ictum vt prima percussio a secunda iuuetur: et talis secunda percussio in pulsu precipue fit cum necessitas euentationis caloris subito augetur. ¶ Attende primo φ rasis decimo almansoris assignans causas pulsus bispulsantis duas primas nunc dictas memorans de tertia silet. Dicit enim ibi. Pulsus quoq; qui dicitur bispulsans inuenitur cum febrilis calor est superfluus et superabundans: et cum multa necessitas incumbit pulsui in aeris attractione.

Soricini vero[m] pulsus causa qn̄qꝫ est virt⁹ debilis que ꝺ labore ad q̇etē ordinate procedit ⁊ de quiete ad laborem. Sed ille q̇ in vna ꝑmanet dispositione plus est virtutis debilitatem significās. Et cauda q̇dem soricina ⁊ que ei similis existit est plus significās fortitudinē aliquā ⁊ ꝙ debilitas nō est in fine. Sed ei⁹ deterior est cauda finitiua: deinde mansiua: postea cauda reditiua. Cadentis[n] aūt in medio cause est virtutis lassitudo ⁊ eius defect⁹: aut accidens subito veniens ad qꝺ anima ⁊ natura subito redeūt. Et spasmosi[o] quidē pulsus cause sunt mot⁹ nō naturales in virtute: aut malitia in essentia instrumenti. Pulsus autē[p] tremulus procedit ex fortitudine: ⁊ instrumento duro ⁊ necessitate forti. Sine istis ei nō ꝓuenit tremor. Undosi aūt[q] est cum eius cā existit ṽtutis debilitas ſm plurimum: ⁊ non potest fieri diastoles nisi paulatim et paulatim

⁊ hoc est cū calor naturalis in vltimo inflāmatur: ⁊ virtus cū hoc est sana ⁊ ꝑcipue si scd̄a ꝑcussio maior fuerit. hec rasis. ¶ Attēde 2°. ꝙ auer. q̄rto colliget capl̄o. 19. nō attribuit secundā ꝑcussiōeꝫ pulsus bis pulsantis fortitudini virtutis: sꝫ rigiditati nerui seu arterie qua ex se resilit. Ait ei ibi. Sꝫ bis pulsantis cā hoc ē martellini hoc est organi duricies: q2 agit sic malle⁹ sup incudē q̄ bis ꝑcutit: ⁊ secunda pulsatio ꝑ se est: hoc est ꝑpter rigiditatem nerui: hec ille. ¶ Attende t'tio ꝙ pulsus bis pulsās duplex reperitur: Un⁹ martellinus cuius ꝑcussio secunda minor ē p̄ma. Alter caprisans cuius ꝑcussio secunda maior est p̄ma. Et de caprisante videntur debere intelligi cause bispulsantis assignate prius a principe ⁊ rasi: et de martellino cā bispulsantis assignata ab auerroy. Ueruꝫ egidius inter cās caprisantis naturalis assignat debilitatem virtutis vitalis dicēs. Si spēs talis genesi dictante resultet. Hoc signo vasis substātia dura rebellis. Aure vitalis vis imbecilla notatur. Sensus hebes: ſmo ꝑceps: titubatō lingue. Que multis reuoluta modis vt vera moueret. Mētis cōceptum mutilata voce resoluit. Conseq̄nter assignat cās ⁊ signa pulsus caprisantis nō naturalis dicens. Si caprin⁹ erit sine lege vel ordine pulsus. In cā est mixtura mali diuersa dicta. Dissona materies resolutio multa vaporis. Martellini ṽo pulsus significationē sic meminit. In febre ꝯtinua martellino dominante. Caumate febrili cordis depascitur humor.

m Soricini ṽo. In hac ꝑte duodecima dicit p̄mo ꝙ cā pulsus soricini qn̄qꝫ est debilis ṽtus q̄ de statu laboris seu fatigatōis ad quietē ꝓcedit vt in cauda soricis augmētatiua: cui⁹ percussiōes gradatim augenẗ. Et aliq̄n est debilis ṽtus de statu q̇etis ad laborem ꝓcedēs vt in cauda soricis finitiua: cui⁹ ꝑcussiones gradatim diminuūtur. Secūdo dicit ꝙ ille q̄ ꝑmanet in vna dispositōne debilitatis: postq̄ ꝓcessit de quiete ad laborē: plus significat debilitatē virtutis pulsatilis q̄ ille q̇ redit vel qui hꝫ aliquas ex percussionib⁹ suis debiles ⁊ aliquas fortes. Tertio dicit ꝙ cauda soricina ⁊ pulsus ei silr̄is. s. cuius aliq̄ ꝑcussiones sunt debiles alie fortes sine gradatione plus significant fortitudinē aliquā: et ꝙ debilitas virtutis nō est extrema vel in fine diminutiōis ⁊ ꝑuitatis q̄ pulsus ꝑmanens in eadē debilitate: cum in cauda soricis ⁊ pulsu sibi simili sint ꝑcussiones alique fortes immixte debilibus quas sine fortitudine virtutis nō est possibile fieri. Quarto dicit ꝙ deterior caudaꝝ soricis est finitiua seu finiens in extremam debilitatem: q2 significat casum virtutis ⁊ mortē ꝓximam. Et post eam in malitia est cā soricis ꝑmanens in aliquo gradu debilitatis: significat eñ perseuerantiā virtutis in debilitate sine reditu ad melius. Et minus mala est cauda soricis reditiua: q2 significat naturā resumere vires. Eiusdem fere sententie meminit ras. decimo almansoris dicēs. Pulsus aūt q̄ ꝯtinue minuiẗ ⁊ debilitatur quē etiā caudam vocauimus soricinā fit cū virtus debilitatur ⁊ cadit: iōqꝫ ei⁹ malicia erit ſm ꝑuitatē ⁊ debilitatem. Qꝫ si ad fortitudinē reuersus fuerit ⁊ magnitudinē iam virtutē rediisse significabit. Qꝫ si ſm vnā remāserit mensurā nec ad magnitudineꝫ suā redierit neqꝫ ab eo in quo steterat aliquomō fuerit diminut⁹ quodāmodo eo erit melior q̄ minuiẗ vsqꝫ quo occulteẗ ⁊ nō appareat sensui. iste ei naturā sꝑatā fore ⁊ succubuisse demonstrat.

n Cadentis aūt. In hac. 13. ꝑte reddit duas cās pulsus cadētis in medio. Prima est fatigatio ⁊ defect⁹ seu debilitas tanta virtutis pulsatilis ꝙ nō sufficit cōplere diastolen quā incepit. Secunda est accidens repētē supueniens ad qꝺ. i. ꝓpter qꝺ anima. i. virtus sensitiua vel intellectiua ⁊ natura. i. virtus pulsatiua redeunt ad sua principia relicto regimine exterioꝝ membroꝝ ⁊ tale accidens est sicut terror vel imagiatio alicuius horribilis vel extasis seu raptus aīe rationalis in cōtemplationē talis ⁊ tantus ꝙ subtrahit ad tempus vel suspendit opera virtutū inferioꝝ. ¶ Attende ꝙ pulsus cadens in medio dupliciter ꝺr. Uno mō de cessatione habēte q̄ tunc cadit ⁊ cessat cū est in medio sue diastoles: nec ꝑficit eam ⁊ ita capitur in isto passu. Alio mō de illo q̄ suam ꝑficit diastolen ⁊ tēpore illo quo quiescere deberet iterum efficit aliā diastolen ⁊ ita capiẗ ꝑte nona capituli tertii sūme presentis q̄ ꝑs incipit. Et ex eis sūt q̇etem habēs ⁊ cadēs in medio: ⁊ isti⁹ cause sunt fere silr̄es cāis caprisantis.

o Et spasmosi q̇deꝫ. In hac ꝑte. 14ª. dat duas causas spasmosi pulsus. Prima est motus non naturales i virtute. s. passiones aīe aut cordis vehemētes ⁊ impetuose quibus arterie ṽsus cor trahuntur vt ad suum fontē siue p̄ncipium. Scd̄a est malicia in essentia instrumēti. s. in sb̄a arterie que pōt esse duplex: vel ariditas sup̄flua qua ꝯtrahitur arteria sicut neruus in spasmo de inanitione: vel sup̄abundans repletio ex humorib⁹ imbibitis in substantia arterie q̇b⁹ distendiẗ vt neruus in spasmo de repletione. Et iuxᷓ hanc duplicē arterie maliciā inueniẗ duplex pulsus spasmosus vnus vacu⁹ vt in ethica ⁊ ptisi de q̄ ait egidi⁹ in de pulsib⁹. Spasmosus vacu⁹ tēsi q̄ more rigescit. Funiculi ptisicis famulatur ⁊ extenuaẗ. Corpis hūorem sorbet depascit inanit. Alius plen⁹ de q̄ idem ꝯñr ait. Plenior occurrit species spasmosa: repleñẗ Organa: reumatic⁹ neruis īfunditur humor Lesaqꝫ motiuo viduanẗ membra vigore.

p Pulsus aūt. In hac ꝑte decimaq̄nta tangit tres cās tremuli pulsus. Prima est fortitudo virtutis oppresse tñ humoꝝ multitudīe. Secunda est duricies instrumēti. s. arterie qua resistit libere dilatationi sicut oppressio neruoꝝ non sinit eos libere moueri motu voluntario: sꝫ tremorem inducit. Tertia est necessitas fortis euētationis caloris: gratia cuius virt⁹ pulsatilis cū quadam cōcussione ꝓpter resistentiam duricici fortiter arteriam impellere nititur. Nam sine his causis nō prouenit tremor in motu pulsus vt ait hic princeps. ¶ Attende ꝙ auerroys contradicit principi quo ad primā causam tremuli pulsus. Ait eniꝫ quarto colliget capl̄o decimonono. Et causa tremuli debilitas est virtutis. Et id hꝫ apparentiā: sicut eñ in voluntario motu tremor fieri solet a debilitate virtutis motiue voluntarie nō valentis ex toto resistere ꝓprie grauitati mēbroꝝ: sic in motu pulsus videẗ tremor debere fieri ex debilitate ṽtutis pulsatilis. Et ꝓ concordia dici pōt ꝙ in pulsu tremulo virtus est de se fortis: sꝫ q2 oppressa est humoꝝ multitudine ⁊ ꝓpter id nequit libere exire in actum: dici poteẗ inde debilis. Uel dic ꝙ tremul⁹ pulsus dupl'r fit. Uno mō ex resolutiōe ṽtutis pulsatil' seu spirituū deferentiū eam. sicut tremor in motu volūtario qn̄qꝫ fit ex resolutione virtuẗ motiue volūtarie. Alio mō ex multitudine hūoꝝ ꝓhibēte liberā executionē sui act⁹ sicut tremor in motu volūtario ex hūoꝝ repletione. Primi pulsus tremuli cā est ṽtutis pulsatilis debilitas: vt ait auerroys: ⁊ scd̄i fortitudo sicut dicit h̄ p̄riceps. Rasis ṽo. 10. almansoris dans cās tremuli pulsus de fortitudine virtuẗ aut debilitate velut de cā eius nō facit mēsionē. Dicit eñ ibidē. Tremul⁹ iterū vltimā significat caliditatē: ⁊ ꝙ virt⁹ hūorib⁹ sit onerata: aut ꝙ apostema sit ibi: aut oppilatio que diastolen prohibeat.

q Undosi aūt. In hac ꝑte. 16. dat duas cās vndosi pulsus. Pr̄ia est debilitas ṽtutis pulsatil' q̄ reddiẗ impotens sil' eleuare totā arteriā in diastolen eleuat ḡ ꝑtē post ꝑtem paulatī ⁊ paulatī sicut ventus vndas maris: ꝓpterea is pulsus silr̄aẗ vndis ⁊ vndosus ꝺr. Instabit aliq̇s: q2 pulsus vndosus est magn⁹: ⁊ ꝑ hoc differt a ṽmiculari. Iuxᷓ illō gal. libro de tactu pulsus capl̄o. 3. Uermicularis q̇dē est q̄ tanq̄ ṽmis estimaẗ arrepere in arteria: ⁊ ita reperiẗ arteria q̇dē aduenire sicut fluctuans: nec in vno tꝑe distendiẗ tota: verūtñ si fiat cum magnitudine pulsus appellatur fluctuās absolute: ⁊ si cū ꝑuitate pulsus vermiculosus appellatur. Sed magnus pulsus non fit nisi a virtute forti vt p̄missuꝫ est. Dic ꝙ ṽtus in pulsu vndoso cōparatione ad virtutē q̄ facit vermicularē est fortis: sed cōparatione ad illam q̄ facit naturalem est debilis. Uel dic ꝙ in pulsu vndoso virtus est partim fortis partim debilis:

quia ipse est diuersus in magnitudine ꝛ puitate. Secūda causa pulsus vndosi est instrumenti lenitas.s.arterie mollities q̄uis v̓tus pulsans nō sit valde debilis. Et id ꝓbat p̄riceps duab' ronib'. Prima est q2 instrumentū molle ꝛ humidū nō recipit cōcussionē ꝛ motū penetrantes i vnāquāq3 sui ptē sic instrumētū siccū ꝛ durū: q2 siccitas de se apta est cōcussioni ꝛ tremori. Exēpli gratia si vis leuare lanceam longitudinis decem pedū vel aridam virgulā: leuata vna extremitatū ei' statī tota lancea vel virga leuabit: ꝛ si cōcusseris vnā extremitatū eius tota ilico cōcutiet ꝓpter fortē cohērētiā ptiū in siccis ꝛ duris corporibus: sed si volueris leuare vel concutere chordā vel telam vel pannū silis longitudinis mota vel concussa vna eius parte non ilico simul mouebunt aut cōcutiētur oēs alie ptes propter debilem coherentiam ptiū adinuicē: ita i arteriis si molles ꝛ humide fuerint sue ptes poterunt vna post aliā successiue moueri ad silitudinē vndaꝝ: sed si sicce fuerit ꝛ dure vna mota mouebunt relique statim. Sz instabit aliq̄s ꝯ illud siccitas cōcussioni est apta ꝛ tremori: q2 videmus hoīes hūidoꝝ neruoꝝ magis tremulos his q̇bus nerui duri sunt ꝛ sicci vt phlegmaticos cholericis ꝛ pueros iuuēib'. Dic q siccitas ꝛ duricies in mouēte nō sunt cā tremoris ꝛ cōcussiōis: sz in mobili sunt cā q̄re mota ꝛ ꝯcussa vna ptium ei' alie statim mouētur ꝛ cōcutiūtur ꝛ id intēdit hic p̄riceps. Secūda rō est q2 finis duri ꝛ sicci mouet motu sui p̄ncipij: ita q mota p̄ma ei' pte statī ꝛ ex eodē motu mouet extrema sic mō declaratū est in lācea ꝛ v̓ga. Sz possibile est vnā ptem mollis ꝛ hūidi moueri: ꝛ aliā nō pati aut moueri ꝓpter motū ei': q2 molle hūidū faciliter ꝛ cito recipit sepationē seu elongationē vni' suaꝝ ptiū ab alia ꝛ flexionē seu plicationē diuersam in figura ꝛ situ suaꝝ ptiū. ¶ Attende q pulsus vndosus reperiri solet in balneatis ꝛ ebriosis ꝛ supflue humectatis. Iuxta illud rasis.10.almāsoris. Fluctuās aūt inuenit cū aliq̄s balneat aut bibit viuū: aut ꝯtingit ex his oībus q̄ corp' mollefaciūt: paucis q3 vicibus sentit in hydropisi ꝛ lethargia ꝛ pleuresi ꝛ peripneumonia ꝛ asmate ꝛ paralysi ꝛ appoplexia: i febrib' aūt significat sudorē. hec rasis. De isto pulsu dic auer. 4.colliget ca.19. Et vndosi pulsus cā ē virtutis debilitas cū organi mollicie. ꝛ freq̄ntia sua est sicut si v̓tus ptē mēbri sup aliam aggregat: ita vt iste mot' motui vndaꝝ maris assimilet q̄ ex multis cōposit' est motib'. Et de ei' significatis dicit egidi'. Inde ꝓbes subitū mētis cordisq3 tumultū. Sanguinis vndantis turbato corpore motū.

Et est etiam cū instrumēti lenitas ei' causa existit: lz virtus nō sit valde debilis. Instrumentū nāq3 molle ꝛ humidū cōcussionē ꝛ motū non recipit que in vnāquāq3 penetrēt ptem: quē admodū siccū qd ē durū recipit qm̄ siccitas ꝯcussioni est apta ꝛ tremori. Et duri quidē sicci finis sui principij motu mouet. Mollis v̓o humidi ptem possibile est moueri ꝛ aliā ptem motu ipsi' non pati ꝓpterea q cito recipit separationē ꝛ flexionem ꝛ diuersitatē in figura. Et vermiculosi[r] quidē pulsus ꝛ formicātis cā est fortis debilitas ita vt tarditas ꝛ spissitudo ꝛ diuersitas in partib' pulsus cōiungantur: qm̄ virtus instrumentum in vna hora dilatare nō valet: sz paulatim ꝛ paulati. Causa autem[s] pulsus mali ponderis si pulsus quidem fuerit in dispositionibus temporis quietis est augmentum necessitatis. Et si in dispositionibus temporis motus fuerit est augmentum debilitatis aut necessitatis priuatio. Sed pulsus tpis motus ꝓpter velocitatē diastoles ali' ē ab hoc. Et cāe[t] quidē pleni ꝛ vacui ꝛ calidi ꝛ frigidi ꝛ eleuati sursū ꝛ submersi inferius manifeste sunt.

r Et vermiculosi q̇dem. In hac.17.pte dicit princeps q cā pulsuū vermiculosi ꝛ formicantis est debilitas vehemēs pulsatilis v̓tutis q̄re sic fiunt isti pulsus tardi freq̄ntes ꝛ ineq̄les in suis ptib'. Tardi q̇dem q2 virt' adeo debilis non sufficit mouere arteriā motu veloci etiam si necessitas euētationis caloris exigat freq̄ntes aūt q̄tinus iteratōe crebra pcussionū suppleat qd deest de magnitudie ꝛ velocitate. Ineq̄les v̓o i suis ptib': q2 v̓t' pulsans nō valet arteriā totā sil eadē hora mouē: sz ptē p' ptē paulatiue mouet. De cāis hoꝝ pulsuū dic ras.10.almā. Vermiculosus v̓o pulsus fit cū fortitudo succūbit: sz nō oīno: sz formicās inuenitur cū virtus oīno cadit ꝛ mors est ꝓpinqua. Et auerroys q̄rto colliget capl'o.19.postq̄ dedit causas vndosi pulsus d causis istoꝝ dicit. Et vermiculosi pulsus cāe istius siles sunt: debiliores tn̄ sunt: ꝛ sil'r formicantis: tn̄ ꝛ ipo ꝛ vndoso debilior est: ꝓpterea dictū ē q nō fit formicās nisi vermiculosus p̄cedat. Egidi' vero de significatis ꝛ causis istoꝝ pulsuū sic metrice scripsit. Sunt gemini pulsus formicās vermiculosus. Vstiuis potius in febribus ꝛ pacutis. Mortis p̄cones fidi recolūtq3 sepulcrū. In febre formicans plus vermiculante verendus. Nec redit ad meli' sed vitam morte soporat. Sepius has species excepto caumate febris. Non vrgente necis discrimie sincopis infert.

s Causa aūt pulsus. In hac pte.18.dicit primo q si pulsus mali ponderis fuerit in dispositionib' tpis quietis cā ipsius est augmentatio necessitatis euentationis caloris. ¶ Attende q pulsus mali pōderis in dispositionibus tpis quietis dupliciter intelligi pōt. Uno modo q in eo veniat mot' tpe quo dz esse q̇es. Alio mō q tēpus quietis abbreuiet cōparatione mēsure quā dz habere respectu tēporis motus. Et vtroq3 mō siginficat augmētū necessitatis euentationis caloris velut cā cius: non enī festinat mot' neq3 minuit q̇es nisi vt calor euentetur cū fumis acrcis? poribus cū detur. Secūdo dicit q si pulsus mali ponderis fuerit in dispositionibus tpis mot': sicq3 tēpus mot' abbreuietur vel supueniat q̇es tempore debito motui: cā ipsius est augmentum debilitatis virtutis pulsatilis: aut priuatio necessitatis euentationis caloris. Nō enī minuit tp̄s mot' vel anticipat quies nisi vel q2 virt' p̄e sua debilitate nō sufficit pficere motū: vel q2 nō adest necessitas plurima euētationis grā cuius motū perficiat. Tertio dicit q pulsus tpis motus ꝓpter velocitatē diastoles.i.pulsus q̇ attenditur ex tpe motus in velocitate sue diastoles.s.pulsus velox est aliud ab hoc videlz a pulsu mali ponderis in dispositiōibus tpis motus: q2 velocitas in pulsu veloci attēditur penes cōparationē ad pulsum naturalē. sz in pulsu mali ponderis in dispōnibus tpis motus attendit penes cōparationem sue diastoles ad ei' sistolen ꝛ quietē. Item in veloce ꝑ arteria breuiori tpe eleuat: ꝛ citius cōplet suā diastolen q̄ in tēperato: sz in isto pulsu mali ponderis id nō est necesse. De significatis aūt pulsus mali ponderis ita scripsit rasis.10.almansoris. Pulsus itidem q̇ extra pond' inuenit mutationē q̄ ꝯtingit sm̄ etatē naturā: in q̇bus illō pond' ꝓprie inueīt ad qd fuit facta mutatio significat. Quapropt si pulsus mutat' fuerit ad pōd' qd ē remotum ab eo magnā demōstrat mutationē ꝛ eōuerso: qm̄ si mutatio facta fuerit ad pondus qd est ei vicinū puā significat mutationē. Aliter aūt scripsit auerroys significatōes ꝛ cās pulsus mali ponderis q̄rto colliget capl'o.19.dicens. Sed genus susceptum a proportione q̄ttuor tempoꝝ pulsus est: q2 coꝝ exitus a naturali est vt motus dilatationis sit maioris cōparationis id est quātitatis ad motū constrictionis q̄ deceat: ꝛ est vt maior sit necessitas inspiratiōis q̄ respiratōis. Et qn̄ motus ꝯstrictiōis erit maioris comparationis ad motū dilatationis debito: tunc fortis necessitas erit ad euaporandū vaporem fumosū. Et quādo quies erit minoris cōparatōnis debito ad motū tūc erit hoc propter debilitatē virtutis cū multa inspirandi necessitate. Et sil' permutatio duaꝝ adinuicem q̇ctum est sicut pmutatio cōparationis duoꝝ motuū: hoc ē mot' dilatatōis ꝛ ꝯstrictiōis. hec auer.

t Et cause q̇dem. In hac pte.19.dicit q cāe pulsuū pleni ꝛ vacui ꝛ calidi ꝛ frigidi ꝛ alti ꝛ bassi sunt notorie. Manifestū enī est q̄ moderata repletio arterie est cā pleni pulsus: ꝛ ianitio nimia eius est causa vacui: ꝛ caliditas arterie excedens est cā calidi: ꝛ frigiditas frigidi: ꝛ fortitudo pulsatilis virtutis cū multitudine caloris egentis refrigerio plurimo ꝛ obediētia instrumenti sunt cāe alti: ꝛ cōtrarie bassi. ¶ Attende primo q significata pulsuū pleni ꝛ vacui sic memorat rasis decimo almāsoris. Pulsus aūt plenus sanguinis ꝛ vaporis humidi abundātiā in corpe significat: vacuus vero huius innuit ꝯtrarium. Et egidius sic. Copia spirituū per plenū plena notatur. Sanguinis ingluuies vberrima vasa replentis. In vacuo vene sitiūt vegetabilis aure. Uis absorpta perit vini fons sanguis aret. Quē bibit ariditas peregrina caloris. ¶ Attende scd̓o q significationē calidi pulsus sic meminit rasis ibi. In arteria cū tangitur si calor supfluus ꝛ ma

nifestus maior ꝙ in alijs sentitur locis que ei vicinant cordis cõplexionem iam calefactã fore significat. qd in habentib' ethicam vel ptisim ꝯtingit: ⁊ fortassis portendit sincopim. Et egidius sic. At calidus cuius mordax punctura perurit. Cõtinue digitos iudex est febris acute. Si calidus digitos interuallariter vrat. Interuallaris at ꝙ iduciosa notat. Est ethice testis calidus vacuo sociat'. Spirituũ ꝓbat occasuz vel tecꝫ lucernaz. Cecat: ⁊ extinguit gelid' spiramina cordis ¶ Attẽde tertio ꝙ rasis decimo almansoris. sic tetigit significationem alti pulsus. Eleuatus ꝙ caloris ⁊ fortitudinis scꝗtur augmẽtũ Et egidius sic Ut rata pars ei' magno cõcordat aptus. Sed pulsus bassi; tam naturalis ꝙ aduenticij sic cõmemorauit. Qui latet occultus nimis in centro reuolutus. Degeneri natura regit quẽ deuia motu. Claudit conceptus animi secreta sigillat. Pauperat innati regimen vitale caloris. Organa spirituũ signat min' apta moueri. Qui latet enormis genijꝙ carectere fracto. Spiritus atꝙ vigor breuis est animusꝙ pusillus. Mergitur in cẽtro nec post parat inde regressuz Tendit in eclipsim querens subuertere phisim.

¶ De pulsib' sexuũ ⁊ etatũ. Ca. VII

Masculorum[a] pulsus maiores sunt ⁊ fortiores valde propter vehementiã virtutum eorꝫ ⁊ necessitatis ipsorũ. Et ꝓpterea ꝙ eorꝫ necessitas magnitudine cõpletur est eorũ pulsus tardior pulsu mulierum ⁊ rarior ꝫm plurimũ. Et omnis quidẽ pulsus in quo perseuerat virtus ⁊ est spissus: opꝫ procul dubio vt sit velox: est enĩ cũ ante est velocitas ꝙ spissitudo. Propter hoc ergo sicut pulsus masculorũ est tardior ita ẽ rarior. Puerorũ vero[b] pulsus est lenior propter humiditatem ⁊ est debilior ⁊ spissior qm̃ calor est fortis: sed virtus nõ est fortis eo ꝙ nondũ sunt cõpleti. Puerorum tamen pulsus cõparatione quãtitatis corporis eorꝫ ẽ magn': qm̃ eorũ istrumtũ ẽ valde molle: ⁊ ipõꝫ necessitas ẽ valde fortis: ⁊ ipõꝫ vĩt' cõpatõe puitatis corpis ipõꝫ nõ ẽ pue quãtitatis Uerũtñ eorꝫ pulsus cõpatõe pulsus cõpletorꝫ nõ ẽ magn': sꝫ est velocior ⁊ spissior ꝓp necessitatẽ. In pueris nãꝙ mltiplicat vaporis fumosi collectio ꝓp mltã digestionẽ ipõꝫ ⁊ freqntiã ei' i eis. Et ꝓp hoc valde ẽ necesse ipm extrahere ⁊ calorẽ ipõꝫ innatuz euẽtare. ¶ Iuuenũ vo pulsus ẽ mlte magnitudis: ⁊ nõ est multe velocitatis. imo in ipso ẽ valde diminut' ⁊ in spissitudine et ad raritatem tendens. Et illorũ quidem pulsus q̇ in principio iuuẽtutis existũt ẽ maior. Et eorum qui sunt in medio iuuentutis est fortior. Et nos quidem iaz declarauimus ꝙ calor in pueris ⁊ iu

¶ De pulsibus sexuũ ⁊ etatum. Capitulum. VII.

Masculoruz pulsus. In hoc capitulo primo agit de pulsib' sexuum. Secũdo etatum ibi [Puerorum vero pulsus]

h Que vero ⁊c̄. In hac ꝑte octaua deſcribit ꝑnceps egeſtioneꝫ naturalē optimā per vndecim ei' ꝓprietates ſeu cōditiones. Prima ē ꝙ ſit iūcta. ſ. ꝙ partes ſue ſibijnuicē cohercāt ſine itercꝑtōe ventoſitatis vel alteri' rei extranee. Ex hoc em̄ ſignificat in ea et in cibis digeſtio vniformiter ꝓceſſiſſe ⁊ cōpleta fuiſſe. Scōa ē ꝙ aquoſitas in ea ſit vehemēter ꝑmixta partib' ſiccis terreſtribus. Cui' contrariū ↄtingit qñ partes aliq̄ ſquibalātur ⁊ indurantur ſicut feces ceruoꝝ: ⁊ partes hūide liq̄de nō poſſunt eis ibi neci eas penetrare ꝓpter earū duriciē ſꝫ circūſtant eis. Juxta illō gał. p̄ıo de criſi capło nono. Qꝛ ſi ſunt q̄daꝫ ꝑtes ei' fruſta ſana aſpere dure ⁊ q̄dā humide aquoſe: tūc nō eſt poſſibile vt ſint adinuicē cōtinue: ſed ſunt q̄dam ſeparate ab alijs ⁊ partes aſpere dure ſūt permixte cū totalitate ſua ex humiditate que eſt cū eis: ⁊ ꝓpterea ꝙ ipſe ſubtiles ſunt aq̄ſe nō ꝑñt cōtinuari cū illis corꝑib' durie: nō ē eis cū illł corꝑib' ↄſolidatio ⁊ ↄtinuatio: ſꝫ currūt i circuitu illorū ⁊ ſegregant ea. Fit ergo egeſtio ꝓpter illud diuerſarū partium nō conſolidata neqꝫ cōtinua. Tertia eſt ꝙ ſpiſſitudo ſubſtātie ipſius ſit ſiłis ſpiſſitudini mellis. Cui cōſonat illō galieni ſcōe pronoſticoꝝ cōmento illius canonis. Stercoris egeſtio ſi neqꝫ exiccata fuerit neqꝫ liq̄da oīno ſꝫ cōiuncta ⁊ hora ſolita ſignū eſt ea q̄ ſunt ſub dyafragmate eē ſalubria. Egeſtio cui' ſubſtātia ē naturalis ē que nō ē dura in termīo lapidis neqꝫ lenis i termīo aq̄ vt fluat ⁊ currat: ſꝫ eſt de lenitate cū diſpōne cū qua poſſibile ē vt ꝑmaneat coniuncta ꝑter ꝙ fluat ⁊ currat. Et ſic ē de melle. Quarta ē ꝙ exitus ei' ſit facilis ſine magnis expſſionib' ⁊ conatib' vt i tenaſmone: ad quos ↄſequit qñqꝫ ani egreſſio qñqꝫ ruptura ſiphac. Quīta eſt ꝙ iꝑa nō ſit pūgitiua mordax in ipſi' exitu. Nā mordax exiſtens ꝓceſſu tꝑis excoriat anū vel ragadias efficit vel tenaſmoné vel emorroidas aperit aut vlcera parit vix ſanabilia. Sexta ē ꝙ ſit color ei' ad citrinitatē declināsꝓpter cām ꝑus tactā ꝑte tertia capłi iſti'. Septia ē ꝙ nō ſit multū fetida: neqꝫ penitus ſit odore priuata. Nā multū fetida ſignificat putrefactōeꝫ forte in corꝑe. Juxta illud Galieni p̄ıo de criſi capło nono. Et egeſtio ſuꝑflui fetoris ſi fetor eius nō ē ꝓpter cibū ſignificat putrefactionē vehemētē. Et raſis de: io almāſoris capło de egeſtionib' ait. Stercus quoqꝫ qō multū fetet digeſtiuā debilē fore portēdit. Et auerroys p̄ıo cantice tractatu tertio ↄmēto illi' cātici. Si aūt ſint multū fetide ſignificabūt ſuꝑ magnā corruptionē: ait. Fetor fecū ↄtigit rōne corruptōis humoꝝ corꝑis: aut ex malicia digeſtionis. Sed odore carēs vel ſignificat cruditatē vltimā ⁊ frigiditatē: vł pluꝛi ſui morā i inteſtinis. Nā fex quāto diuti' in iteſtinis morat tāto min' fetet. Et cōtrariū ē de vrina. Juxta illō ariſto. 13ª. ꝑticula ꝓblematū ꝓblemate p̄ıo. Propt q̄d vrina q̄dē quāto vetuſtior diuturna fit i corꝑe fetidior fit: ſtercus aūt min'. Aut q̄ hoc q̄dē deſiccat magis diuturnū exñs: ſiccū aūt īputreſcibili'. Urina vō īgroſſat: recēs aūt exñs ſiłior ē potui q̄ ē in ꝑncipio. Octaua eſt ꝙ nō hēat gurgulatōeꝫ neqꝫ rugitū. Nā ex gurgulatōne ſignificat aquoſitas indigeſta ꝑ anfract' inteſtinoꝝ diſcurrēs non ꝑmixta decēter groſſo feculento. Et ex rugitu ventoſitas latēs in inteſti

nis. Nona ꝙ careat ſpuma.nam ſpumoſa ſignificat vel fortez caloris ebullitionem vel plurimā ventoſitatē feci īmixtā vt dictum eſt parte ſcda capl'i iſtius. Decima ꝙ exitus eiꝰ fiat hora ſolita ſanitatis tēpore. Anticipās enim ſignificat multitudinē cholere vel debilitatē retentiue.⁊ poſtponens debilitatem ⁊ frigiditatem inteſtinoꝝ. Undecima ē ꝙ ꝗtitas eiꝰ correſpōdeat ⁊ proportionet ꝗtitati comeſtoꝝ tā ſm primam coꝝ mēſurā ꝙ ſm mēſurā eiꝰ qḋ ex eis nutrit ⁊ fit ꝑs aliti ⁊ eiꝰ quod reſcinditur ex eiſ velut groſſum feculētum ineptum nutritioni. Aliqua eñ comeſtoꝝ ſub modica ꝗtitate multū nutriunt vt ouoꝝ vitella ⁊ teſticuli galloꝝ: et a talibꝰ pauca fex eſt expectāda. Alia ſub magna ꝗtitate parū nutriunt ſicut caules ater panis: ⁊ ſilia. Et a talibus ſolet fex plurima reſcindi. Alia ſub magna ꝗtitate multū nutriūt ⁊ ſub mediocri mediocriter: ⁊ a talibus mediocris egeſtio ſequeſtratur. ¶ Attende primo ꝙ hypocras ſcdo ꝓnoſticoꝝ breuiꝰ deſcripſit naturalem ⁊ optimā egeſtionē dicēs. Stercoris egeſtio ſi neq̄ exiccata fuerit neq̄ liquida oīno ſed cōiuncta ⁊ hora ſolita ſignum eſt ea ꝗ ſunt ſub dyafragmate ēē ſalubria. Et gal'. in cōmēto dicit. Hypocras aſſumpſit ſignificationes ſignificantes egeſtionez laudabilem ex ſubſtātia eius ⁊ ꝗtitate ipſius ⁊ hora exitus ſui. Significatiōes aūt ſignificantes egeſtionem illaudabilem nō inuenimꝰ eū ſumpſiſſe ex tribus tātum: ſed ex colore ⁊ odore ⁊ ex voce annexa egreſſioni eius. ¶ Attende ſecūdo ꝙ prima ⁊ principalis proprietas egeſtionis ſane ⁊ optime ſumitur a ſubſtātia ipſiꝰ leni et cōtinua. Teſte galieno p'io de criſi capl'o nono dicēte. Fex autem lenis cōtinua ſignificat ꝑ ſeipſam ſanitatem digeſtionis ⁊ fortitudinem eius: ⁊ ſignificat cuz hoc per accidens ꝙ penetratio cibi eſt ſm ꝙ oportet: ⁊ ſignificat cū hoc iterū ꝙ nō ē in aliq̄ mēbroruz q̄ ſequūtur ventrē caliditas ſuꝑflua ex apoſtemate calido ne (ꝗ alio.

i Et ſcito ⁊c. In hac parte nona dicit p̄nceps ꝙ eq̄litas ⁊ lenitas ſubſtantie egeſtionis nō ſunt vniuerſaliter ⁊ ſemꝑ laudabiles.q: qñq̄ ꝓcedūt a maturatione vehemēti vniformi in omni ꝑte: ⁊ tunc ſunt laudabiles ſignificantes cōpletū dominiū nature ſuper cibos ⁊ ſuperfluitates eoꝝ. Et quādoq̄ ꝓcedūt ab aduſtione ⁊ liquefactiōe ſimilibꝰ.i.vniformiter ꝓcedētibus ī materia q̄ liquefit aut aduritur: ⁊ tunc ſunt ex ſignis deterioribꝰ.q̄a ſignificant incēdiuz vehemens vniformis malicie per totū.

k Et ſcito ꝙ egeſtio ⁊c. In hac parte decia dicit p̄mo ꝙ egeſtio tēperate ſubſtantie ſcz neq̄ dura vt lapis: nec liquida vt aqua q̄ eſt ad tenuitatem.i. que declinat ad ſubſtantiā ſubtilē mediocriter liquidā non eſt laudabilis.niſi duabꝰ ꝯditiōibus obſeruatis Prima eſt ꝙ cū ea nō ſit rugitus neq̄ ventoſitas alia ſonora. Secunda eſt ꝙ nō interſecet paulatim in ſuo exitu. Et hoc dupl'r intelligi pōt. Uno mō ꝙ egeſtio nō exeat cū interruptionibꝰ ⁊ pauſis ſz cōtinue ⁊ tota ſimul ꝑ vna vice. Naz q̄ foras exit cū interruptionibus ⁊ pauſis ſignificat vel debilitatem expulſiue ꝟtutis: vel etherogeneitatem materie fecalis: vel ꝙ per vices ei cōmiſcet aliquid ſtimulās. Alio mō ꝙ egeſtio nō habeat in ſuo exitu paululum: ſed plurimū interſectionis ſeu more inter vnam egeſtionē ⁊ aliā. Nā morula modica ſeu frequētia nimia aſſellādi debilitat vehemēter ⁊ tollit requiē ⁊ ſomnū. Et in hoc ſenſu per paulatim dz intelligi paululuz. Et iſte ſenſus littere magis cōformatur canoni illi ſecunde particule pronoſticoruz a quo princeps hanc litteram traxit. Liquida vero bonus eſt ſi ſine ventoſitate ſonora fuerit: nec inordinate manauerit. Si eñ frequenter manat egrū maximo labore ac vigilijs afficit: ⁊ in defectum adducit. Et galienus in cōmento ſuper iſto tria dicit. Primū eſt ꝙ egeſtio humectatur ſeu liquida redditur: aut q: cibus nō penetrat de vētre ad epar: aut q: effunduntur ad ipſuz ex epate aut ex ſplene ſuperfluitates. Scōm ē ꝙ egeſtio liquida laudabilis eſt quando cum ea purgātur epar ſplen ⁊ totum corpus tranſmiſſis eoruz ſuperfluitatibus ad ventrem. Et eſt illaudabilis dū fit ex defectu penetrationis cibi ad epar: ⁊ etiam dū res que effundūtur ab epate vſq̄ ad ſtomachum ſignificant diſpoſitionem malam ſicut aduſtionem vel liquefactionem. Tertium eſt ꝙ differentia inter egeſtionem liquidam laudabilem ⁊ illaudabilem eſt in duobus. Primū eſt ꝙ laudabilis eſt ſine ſono: ſed illaudabilis eſt ſonora. Secunduz eſt ꝙ egreſſio laudabilis eſt paulatiua non frequens ſicut in illaudabili. Secundo dicit hic princeps. Et ſi nō id eſt ſi egeſtio liquida non ſeruet duas ꝯditiones modo dictas poteſt eſſe ꝙ exitus eius cum liq̄ditate ſit ꝓpter ſaniem vel virulentiaz acutam mordacem commixtaz feci: que non permittit vt adiungatur.i.non ſinit eam tādiu morari in vno loco ꝙ ſufficienter inſpiſſetur ⁊ coaguletur: ita ꝙ ipſius partes ſibiīnuicem cohereant.

cuius exitꝰ ē in hora qua ſolet: ⁊ ſm ꝗtitatem que ei qḋ comeditur ē propinqua ī ꝗtitate ſui. Et ſcito[i] ꝙ nō omnis egeſtionis equalitas eſt laudabilis neq̄ oīs eius lenitas. quia quandoq̄ ſunt propter vehemētem maturationem in oī parte ſimilez: et quādoq̄ ſunt propter aduſtionē ⁊ liquefactionem ſimiles: ⁊ tūc quidem ſunt ex deterioribꝰ ſignificatiōibus.

Et ſcito[k] ꝙ egeſtio que ē temperate eſſentie que eſt ad tenuitatem nō eſt laudabilis: niſi cuz non ſunt cum ea rugitus neq̄ ventoſitates neq̄ in ſuo exitu paulati interſecat. Et ſi nō poſſibile eſt vt eius exitus ſit ꝓpter virus moleſtans qḋ eſt ei admixtum et non permittit vt adiungatur.

¶ Sequitur figura de egeſtionibus quā quilibet medicus diligenter inſpicere debet.⁊ tali ordine ſicut deſcribitur conſiderando ſingula procedere debet.

In egeſtione conſiderātur.
- Quātitas.
  - Magna.
  - Parua.
  - Mediocris.
- Subſtātia.
  - Liquida.
  - Mollis.
  - Dura.
  - Mediocris.
  - Lenis.
  - Aſpera.
  - Equalis.
  - Inequalis.
  - Mixta.
- Color.
  - Igneus mediocriter.
  - Igneus intenſus.
  - Igneus ſuperexcedens.
  - Igneus remiſſus.
  - Albus.
  - Niger.
  - Uiridis.
  - Fuſcus.
  - Diuerſus.
- Forma.
  - Inflata.
  - Non inflata.
- Hora.
  - Anticipans.
  - Poſtponens.
  - Media.
- Sonus.
- Priuatio ſoni.
- Odor.
  - Fetidus multum.
  - Nullus.
  - Remiſſe fetidus.

Est autem[1] cum plerique solliciti fuerint de significatiōibus que in sudore ⁊ alijs apparēt rebus. verūtamen de ipsis loqui proprius est in sermone particulari. In ſmone quoque particulari similiter reperies expositionis augmētum in re egestionis ⁊ vrine ⁊ reliquorum.

¶ Explicita est fen secunda primi canonis.

1 Est autem cuz plerique ⁊c. In hac parte vndecima dicit primo ꝙ plurimi medicorum solliciti fuerunt id est diligenter considerauerūt ⁊ scripserunt post sermones generales vrinarum et egestionū vel statim ante eos de significationibus apparentibus in sudore ⁊ alijs rebus superfluicis vt sputis ⁊ muncis ⁊ vomitibus. Sicut hypocras secundo pronosticorum post tractatus de egestionibus ⁊ de vrinis tractat de vomitu ⁊ sputo ⁊ sternutatione: et in primo libro de sudoribus. Et galienus sexto morbi postq̄ egit de egestionibus ⁊ vrinis agit de sudoribus ⁊ exeuntibus a naribus auribus palato et oculis. Secūdo dicit ꝙ magis proprium ⁊ conuenientius vel aptius est loqui de his in sermone particulari: vt de sudore agitur quarti prima tractatu secundo capitulo tertiodecimo. ⁊ quarti secunda tractatu primo capitulis a sexagesimotertio vsque ad septuagesimum capitulum exclusiue. Nam cum sudor sit vt in pluribus euacuatio cretica conuenientissime de eius significationibus agitur fen et tractatu de crisi. Sed de sputis ⁊ significationibus eorum agitur tertij decima tractatu quarto capitulo octauo propterea ꝙ illa fen est de egritudinibus pectoris super q̄bus p̄ncipaliter significat sputū. Et de vomitibus ⁊ significatiōibus ⁊ curis eius agitur tertij tertiadecima tractatu quinto capitulis ab octauo vsque ad quintum decimuz inclusiue. Et quarti secūda tractatu primo capitulis septuagesimosexto et septuagesimoseptimo. Tertio dicit ꝙ amplior expositio reperietur in sermone particulari de egestiōibus ⁊ vrinis ⁊ superfluitatibus similibus scilicet tam in capitulis et paragraphis tertij canonis ⁊ quarti de signis sumptis ab egestione ⁊ vrina q̄ in capitulis tractatus primi fen scđe quarti vbi agitur de signis crisis sumptis a predictis.

¶ Expositio secūde fen primi canonis explicit.

Fen tertie primi de regimine sanitatis est capitulum vnum et doctrine quinq3.

¶ De cāis sanitatis ꝛ egritudīs ꝛ necessitate morꝭ. C. singulare.

Edicina in pria sui diuisione. In hoc capło pmo diuidit medicinā ꝛ declarat ei⁹ mēbra diuidentia. Scōo m cō- ti- nu at dicta dicendis ꝛ diuidit medicinā practicam ꝛ declarat mēbra diuidētia: ꝛ eligit illud de q̄ agit i hac fen ibi| Et postq̄ iam| Ter⁹ agit de pncipiis hominis ꝛ modo coagulationis eoꝝ ꝛ duabus spēbus nocumentoꝝ q̄bus exponiꝭ ꝑpter debilitatē coagulatiōis suorū pncipioꝝ ibi| Et dicem⁹ qm̄| Quarto de cāis istoꝝ nocumentoꝝ ibi| Et vnaq̄q3 ipaꝝ| Quinto de impotentia ꝛ potentia artis custodiē di sanitatē ibi |Et ars q̄de3| Sexto de terminis vite hominis nālib⁹ ꝛ abbreuiaꝭ: ꝛ de ope artis custoditiue sanitatis ꝛ ꝟtuti⁹ b⁹seruiētibus ei ibi| Vn ūq̄d q3 ꝑterea| Septimo de his in quib⁹ principalr̄ cōsistit custodia sanitatis ibi| Dicem⁹ igr̄ q꞉|

Sequitur fen tertia primi de regimine sanitatis: cuius est capitulum vnū ꝛ doctrine quinq3.

¶ De causis sanitatis ꝛ egritudinis ꝛ necessitate mortis. Cap. singulare

M Edicina[a] in prima sui diuisiōe ī duas diuidiꝭ ptes: ptē theoricā ꝛ ptē practicā: q̄ tn̄ oēs sꝭ scīe speculādi. Sed q̄ nomine theorice prope designatur est illud qd̄ in demōstrādo sentētia3 tm̄ ꝯfert. ita q꞉ in demōstratione operatiōis nullo mō auxiliu3 prebet sicut ps in q̄ res sciunꝭ cōplexionū ꝛ humoꝝ ꝛ virtutū ꝛ spēs egritudinū ꝛ accidentiū ꝛ causaꝝ Et illd̄ cui nomen practice proprie attribuitur est qd̄ in demonstrādo opatiōis ꝛ regiminis q̄litatē auxiliaꝭ sicut ps que nos iuuat ad demōstrādū quō sanitatē corpis qd̄ in illa dispositiōe existit custodiam⁹: ꝛ quō corp⁹ qd̄ talē vł talē h3 egritudinē medicemur. Et neq3 existimes q꞉ ps q̄ d̄r practica sit operatio ꝛ actio: sed est pars q̄ docet nos quō sit opandū ꝛ agendum. Et nos q̄dē ia3 declarauim⁹ tibi hoc in his q̄ sunt premissa. Et postq̄ iā[b] expleuimus dictionē primā ꝛ secundā in his q̄ sunt ptis medicine q̄ est theorica vniuersalis. ergo nostrum studiū nunc reducam⁹ in duabns q̄ remāserunt ad ptem ipsi⁹ practicam s̄m modū vniuersalē. Pars aūt eius p̄ctica ī duas distribuiꝭ ptes. Quarum vna est sciētia regendi corpa sana qualiter in sui remaneāt sanitate ꝛ hec quidē custodiēdi sanitatē sciētia vocatur. Et ps eius secūda est scientia regēdi corpus egroꝝ qualiter ad sanitatis redeat dispositione3. et vocatur scientia medicādi. Et nos q̄dem incipiem⁹ ꝛ scribemus in hac dictione sermonē cōpendiosum in custodiēda sanitate. Et dicemus[c] qm̄ ꝑpterea q꞉ generatōis nostroꝝ corpoꝝ principium res due fuerunt quarū vna est spma viri cuius essentie certius est q꞉ locū tenet factoris. ꝛ altera est spma mulieris ꝛ sanguis menstruus cui⁹ rei certius est q꞉ locum tenet materiei. ꝛ he due substātie in hoc cōicant q꞉ vnaqueq3 earu3 est fluida ꝛ humida: l3 post diuersificentur ꝛ aqueitas ꝛ terreitas in sanguine ꝛ spmate muliebri plus abundēt. ꝛ aeritas ꝛ igneitas in spmate virili superēt. Oportuit vt coagulationis hoꝝ duoꝝ principiū esset coagulatio humida: l3 terreitas ꝛ igneitas sint inuēte in eo qd̄ ex eis fuit: et terreitas cū eo qd̄ ī ea ē existit ex duricie: ꝛ igneitas cū eo qd̄ ī ea ē ex virtute maturandi iuuerint se: ꝛ coagulatum durū fecerint: et coagulationem quandā ei attribuerit ꝛ duriciē.

a In pria pte dic̄ prio pn. q꞉ medicina seu scīa medicine diuidiꝭ in duas ptes. s. in ptē theoricā seu speculatiuā ꝛ ptē practicā: scil3 actiuā. Scōo dic̄ q꞉ ābe. s. tā theorica q̄ p̄ctica sꝭ scīe speculādi. i. cognoscendi verū ꝑ viā demōstratiōis. Tertio dic̄ q꞉ medicia theorica ꝑprie solū ꝯfert in demōstrādo sniam. i. veritatē sine hoc q꞉ doceat aliq̄d de mō ꝛ q̄litate opandi: vt q꞉ nouē sint cōplexiōes ꝛ hūores q̄ttuor: ꝛ tres ꝟtutes: ꝛ sex res non nāles: ꝛ tres ꝯ nām. Quarto dicit q꞉ medicina practica ꝑpe est illa q̄ iuuat ꝛ dirigit i demōstrando q̄litatē seu modū opationis ꝛ regiminis circa hūanū corpus. s. q̄ docet q̄liter sanitas hoīs seruetꝭ. ꝛ q̄liter ipi⁹ egritudines curenꝭ. Quīto dic̄ q꞉ nō est estimādū vel credēdū q꞉ ps medicine practica sit opatio vł actio: s3 est ps edocēs modos opationū ꝛ actionū ad custodiā sanitatꝭ ꝛ curas egritudinū hoib⁹ ꝯtingentiū. Sexto dic̄ q꞉ iā declarauit nobis hec oīa in eis q̄ pmissa sꝭ videl3 capło prio toti⁹ libri hui⁹ sup q̄ late de hac materia disputauimus: ꝑpterea h̄ breuiter ptrāsim⁹ cū sola litterali expositōe.

b Et postq̄ iam expleuim⁹. In hac pte scōa dic̄ pmo q꞉ cōpletis duab⁹ primis fen seu dictiōib⁹ hui⁹ pmi libri ꝯtinētib⁹ medicinā theoricā vłem. s. pma fen q̄ est de septē reb⁹ nālib⁹. ꝛ scōa q̄ est de sex nō naturalib⁹. ꝛ trib⁹ ꝯ nām. nunc restat agendū de duabus aliis fen seu dictionib⁹ cōprehēdentib⁹ medicinā practicā vłem. s. tertia fen q̄ est de regimie sanitatis in vłi ꝛ q̄rta q̄ est de cura egritudinū in gn̄ali. Scōo dicit q꞉ ps medicine practica diuidiꝭ in duas ptes. Quarū prima ꝛ dignior est scīa regendi corpa sana q̄ docet q̄liter ī sua maneāt ꝛ seruenꝭ sanitate. Et hec appellaꝭ ars vel scīa de regimine sanitatis. Alia est scīa vel ars regiminis egroꝝ docēs q̄liter curenꝭ ꝛ sanitatē resumant. Et vocaꝭ scīa curatiua vel ars medicatōis. Et sub pma istaꝝ intellige ptē medicine ꝑseruatiuā corpoꝝ lapsorum ne cadant in egritudinē ꝛ reductiuā eorū ad tēperamentu3 Et sub scōa pte medicine reductiuā cōualescentiū ab egritudine ad p̄stinā sanitate3. Tertio dicit q꞉ nūc incipiet ī hac tertia fen seu dictione sermonē cōpēdiosum breuem ꝛ vtile3 de regimine sanitatꝭ custodiēde.

c Et dicemus qm̄. In hac pte tertia p⁹ dat cām quare pma coagulatio nostroꝝ seminū est humida. Scōo agit de termino coagulatōis nostre ibi| Verū tamen hec| Tertio de duob⁹ nocumentis quibus exponimur ex debilitate coagulationis nostre ibi| Quapropter corpora| Quarto de differentia scōi nocumenti a primo ibi| Et hic quidem a primo| Quinto de differentia dictoꝝ nocumētoꝝ ab aliis aduēticiis q̄ non attinent huic ꝑposito sic ista duo ibi| Hec igitur duo| ¶ In pma particula cuius constructio est suspēsiua vsq3 ibi. Oportuit vt coagulatōis horum duoꝝ principium esset coagulatio humida innuit. 9. propositiones ex quibus vnā principaliter intēdit. Prima est. principia generationis humanoꝝ corporū sunt res due: sc3 sperma viri ꝛ sperma femine. Secūda est. certius est q꞉ essentia seu substātia spermatis viri in generatione hoīs tenet locu3 factoris seu cause agētis. Tertia est. certius est q꞉ spma mulieris ꝛ sanguis mēstruus in generatione hoīs locu3 tenēt materie. Quarta est. he due substātie. s. spma viri ꝛ sperma mulieris in pncipio gn̄atiōis hoīs cōueniūt in hoc q꞉ sunt ambe fluide ꝛ hūide. Quinta est. dicta spmata in ꝑcessu gn̄ationis hūani corpis diuersificantur sic q꞉ perdūt ptem hūiditatis quā prius habuerant ꝛ fluiditatem dum coagulātur. Sexta est. terreitas ꝛ aqueitas plus abundant in sanguine menstruo ꝛ semine muliebri q̄ in spermate virili. Septima ē. aereitas ꝛ igneitas pl⁹ abūdāt in spmate viri. Octaua q̄ pricipalr̄ hic intenditur. Oportuit q꞉ principiū coagulationis nostroꝝ spmatum esset coagulatio humida ꝛ q꞉ hoīs corpus esset a principio sue coagulationis molle humidū: propterea q꞉ substātie nostrum spermatum sunt humide fluide. Nona est. l3 coagulatio spmatū a principio sit humida reperiūtur tn̄ in corpe qd̄ constat ex eis terreitas ꝛ igneitas se iuuantes ad coagulatione3. Terreitas q̄dem cū eo qd̄ est in ea de duricie. Igneitas vero cū eo qd̄ est in ea de virtute maturandi: vn̄ coagulatu3 durum efficiunt. ꝛ ei tribuūt quandā coagulationē ꝛ duriciē remissa3. In his autē propōib⁹ sunt materie mltaꝝ pulchraꝝ ꝯtēplationū: q̄ qr sunt ad latū discusse sup capło singulari de membris doctria q̄rta fen

prime primi. et hic ptractaꝛ de medicina practica nunc de ipis supsedemus. ¶ In secunda dicit primo ꝙ licꝫ coagulatũ corpus ex spmatibus aliquā duiciē acq̄siuerit tā ab eiꝰ terreitate inspissante ⁊ indurāte ꝙ̄ ab eiꝰ igneitate resoluēte aq̄um ⁊ maturante residuũ. Duricies tñ sue coagulatiōis nō puenit ad terminũ duricici coagulatōis corpoꝝ durorum vt lapidũ vitri etꝰ metalloꝝ q̄ adeo dura sunt vt ab eis nihil resoluaꝛ: velꝰ si aliq̄d resoluitur valde modicũ ē nō pceptũ sensu. Scdo dicit si hũana corpa ad tantā duriciē puenirent sicut lapides ⁊ vitrũ tũc secura eēnt a nocumētis ꝯtingētibꝰ ex resolutiōe assidua ⁊ lōgissima forēt i pduratiōe seu pmanētia: sꝫ nō ē ita. ¶ Uerũ q̄ret aliq̄s deflendo fragilitatē ⁊ breuitatē dicꝫ hoīs cur supremꝰ ꝯditor rerũ q̄ cuncta sibi a sui pro ut cuiusqꝫ nā capax btitudinis eē poterat effici voluit vt ait plato in thimeo nō fecē hoīeꝫ īmortaleꝫ ⁊ īpassibileꝫ velꝰ ad minꝰ ita durũ ⁊ durabilē sicut lapides ⁊ aurũ. Dic ꝙ si hō durꝰ esset ⁊ durabilꝰ vt lapis os hr̄et ⁊ ñ loquereꝛ oculos hr̄et ⁊ nō videret: aures haberet ⁊ nō audiret: nares hr̄et ⁊ nō adoraret: manus haberet ⁊ nō palparet: pedes haberet ⁊ ñ ambularet: nō sonaret dei laus neqꝫ sermo aliq̄s in gutture suo: eēt ergo potiꝰ simulacrũ vel ydolũ mutum ꝙ̄ verꝰ hō. Nam oīs sensus ⁊ motꝰ volũtariꝰ exigunt organũ molle flexibile cōpatione ad lapides ⁊ vitrũ. Sed creator optimus a q̄ lōge relegata est inuidia: vt ait plato: dedit hoī sementē sui gñis q̄ scipm tāte duratiōis efficeret ꝙ̄te sunt lapides cũ pticipatōe intellectꝰ illustrabilis sciētijs ṽtutibus ⁊ btitudine. Est ⁊ aliud hoī solaciũ ꝙ lꝫ sit mortalis a natura ꝓpter ꝯrictatē elemētoꝝ ex q̇bꝰ est potuit ⁊ pōt p diuinā gr̄am fieri īmortalis suspēsa pcepto dei actione elemētoꝝ ex q̇bꝰ est: et eis in dicto federe pacis vt theologi nos docēt q̇ se altiꝰ agũt in ꝯtēplatione ꝙ̄ medici. ¶ In tertia dicit ꝙ q̄ corpa nr̄a nō puenerũt ad duriciem lapidis ⁊ vitri: iō sunt exposita duabꝰ spēbus nocumētorũ. quaruꝫ queqꝫ ꝯtingere pōt tā ab intrinseca ꝙ̄ extrinseca cā. Prima species nocumēti ē resolutio ꝯtinua radicalꝰ hũiditaꝛ ex q̄ facti fuimꝰ: ⁊ ista gradatim ⁊ ordinate nobis aduenit tam ab intraneo calore ꝙ̄ ab extraneo scilicet aeris nos ꝯtinētis. Scda est putrefactio nutrimētalis humiditatis ⁊ eius corruptio ⁊ alteratio ipsiꝰ talis ⁊ tanta ꝙ inutilis est ⁊ incōueniens fomento vite. i. regenerationi spirituũ ⁊ nutritioni cordis ⁊ ceterorum mēbroꝝ. ¶ Attēde ꝙ princeps nō loq̄tur hic de putredine febrium aut apostematũ: sed de putredine naturaliter aduenīete nostris humoribus in fine senij: q̄ est sicut muscīditas quedā ex destitutōe nature a regimine humoꝝ ex qua ꝓcedũt ruge cutis ⁊ canicies. ¶ In q̄rta dicit primo ꝙ iste modus nocumēti est alius a p̄mo: q̄ primus gradatim ⁊ ordinate ꝓcedit ab extremo iuuētutis vsqꝫ ad finē vite ꝯtinue resoluendo humidũ radicale ⁊ aliud sibi adiunctũ nullā de se putredinem inducēs. Sed secundꝰ modus nō sic: īmo circa seniũ aduenit hũiditatibus nutrimentalibus ꝓpter impotentiā caloris innati nō valētis eas regere. Nam putrefactio est corruptio in vnoq̄ꝫ humido ꝓprie ⁊ ꝑm naturā caliditatis ab aliena caliditate: vt ait arist. q̄rto metheo. Scdo dicit ꝙ iste secũdus modꝰ cōuenit cũ p̄io i hꝰ ꝙ malicia sui ꝑsius perducit ad siccitatē. Et hoc tripliciter. P̄io q̄ facit prius exiccari humiditatē corporis p extraneũ calorem q̄ naturali succedit in eo qd̄ putrefit. Scdo q̄ ex humiditate nutrimētali corrũpit illud qd̄ est conueniens nostris corpibꝰ nutriēdis: ⁊ iō corpora carentia nutrimento ideo ad restaurationē depditi continue desiccantur. Tertio q̄ nostre humiditates tandē a putrefactione resoluuntur: q̄ putrefactio corrũpit seu putrefacit in primis humiditatē postea resoluit eam ⁊ relinq̄t id qd̄ remanet siccũ velut cinerē. ducit ergo tandeꝫ ad ariditatē sicut resolutio. ¶ In quinta dicit primo ꝙ duo predicta nocumēta. s. resolutionis ⁊ putrefactionis sũt alia a nocumētis nobis casualiter occurrentibus: sicut ē nocumētũ frigiditatis congelatiue supueniens his q̄ p loca frigidissima ambulant. Et nocumētũ veneni deforis occurrētis vt morsus basilisci vel canis rabidi. Ulterius sumpti sicut nappelli comesti vel arsenici. Et nocumentũ vulnerũ piculosorum vt cordis epatis cerebri vel stomachi: ⁊ reliq̄ egritudies piculose sicut pestilētiales apoplexie lepre hydropises. Scdo dicit ꝙ due prime spēs nocumentoꝝ sunt magis proprie huic ꝓposito ⁊ digniores vt hic ꝯsiderentur: q̄ mutationes earũ sequũtur cursum nature manēte etiā corpe in dispositione sanitatis q̄ntũ possibile est ꝑm cursum etatum. et in hac fen agitur de regimine sanitatis.

¶ Uerũtñ hec ad terminũ coagulationis duroꝝ corporũ nō peruenit sicut lapides ⁊ vitrũ ita vt ex eis nihil resoluaꝛ aut resoluaꝛ qd̄ nō sensu pcipitur. tunc nāqꝫ secura essent a nocumentis q̄ ꝓpter assiduam accidunt resolutionem ⁊ longissima: sed res nō est ita. ¶ Quapropter corpa nostra duabꝰ nocumētoꝝ spēbꝰ sunt exposita: quarũ queqꝫ cām hꝫ intrīsecam ⁊ extrinsecā. Et vna quideꝫ nocumenti spēs est humiditatis resolutio ex qua creati fuimꝰ: ⁊ hec ordinate aduenit. Et scda est humoris putrefactio ⁊ eius corruptio ⁊ ipsiꝰ alteratio: vñ fomēto vite cōueniēs non est. ¶ Et hic quidē a primo modo est alius: licꝫ sua ipsius malitia ad siccitatem adducat ꝓpterea ꝙ corpis humiditatē prius exiccari facit: ⁊ ex ea qd̄ nostris cōueniens est corporibꝰ corrumpit: deinde ad vltimũ a putrefactione resoluitur: q̄m putrefactio in primis corrũpit humiditatē: post ea ipam resoluit ⁊ rem siccam dimittit cinericiā. ¶ Hec igitur duo nocumenta ab alijs nocumētis sunt aliena que ꝓpter alias accidũt cās sicut frigiditas ꝯgelatiua ⁊ venena ⁊ species solutionis continuitatis perniciose ⁊ relique egritudies. Sed due predicte species huic nostre inuestigationi sunt ꝓpriores ⁊ digniores: q̄ earum mutatio est in dispositiōe sanitatis. Et vnaqueqꝫ ipsarũ aduenit ex causis extrinsecis ⁊ intrīsecis. Et extrīsece quidē cause sunt sicut aer dissoluens ⁊ putrefaciēs. Et intrīsece quidē cause sunt sicut calor innatus qui in nobis existit nostras resoluens humiditates. ⁊ calores extranei in nobis a nostris nutrientibus generati ⁊ reliqua nostras putrefacientia humiditates. Oēs autem cause iste se adinuicem iuuāt in exiccando nos. ¶ Uerumtñ perfectio ⁊ integritas nr̄a ⁊ potentia nr̄aꝫ pficiendi opatiōeꝫ nō est nisi ꝑp mltā sic-

¶ Et vnaqueqꝫ ipsaꝝ. In hac pte q̄rta p̄mo agit de cāis dictoꝝ nocumētoꝝ. Scdo de vtilitate ⁊ nocumēto siccitaꝛ in nobis ibi [Uerũtñ pfectio] Tertio de cāis extictionis caloris inati ibi [Calor igꝛ] Quarto de mōis augmētatōis siccitaꝛ ⁊ de cāis augmētatōis debilitaꝛ caloris ibi [Siccitas igꝛ] Quito de cā mortalis ⁊ cā duratōis corpis vsqꝫ ad finē vite ibi [Et cũ siccitas] ¶ In pria pticula diē p̄° ꝙ vnaqueqꝫ spēs duoꝝ nocumētoꝝ pdictoꝝ prouenit tā a cāis intrīsecis i nobis iueniꝛ ꝙ̄ ab extrīsecis nobis deforis occurrētibꝰ. Scdo diē ꝙ cā extrīseca primi nocumēti scꝫ supflue resolutōis est aer resoluēs sicut estiuus. Et cā extrīseca secundi nocumēti est aer putrefaciens vt pestilentialis vel australis. Tertio dicit ꝙ causa intrīseca primi nocumēti est calor noster innatus superflue resoluens nostras humiditates. Et causa intrīseca secũdi nocumēti sunt extranei calores a nostris nutrientibus in nobis geniti ⁊ reliqua intra nos putrefaciētia nostras humiditates sicut oppilatiōes interioꝝ ⁊ fumi caprinosi nostrorum cum nō libere transpirant. Quarto dicit ꝙ oēs nunc dicte cause sese inuicē iuuant in nostris corpibus ⁊ humiditatibus exiccandis. ¶ In secunda dicit p̄io ꝙ in iuuētute tria nobis insunt non nisi ꝓpter multitudinem siccitatis que nobis aduenit. Primũ est perfectio viriuꝫ tam corpis ꝙ̄ anime a. virtute enim vel a virendo vir iuuenis dicitur. Secundũ est integritas nostra scꝫ ꝙ̄titas ⁊ cōmensuratio corporis ⁊ membrorum talis ⁊ tanta qualis ⁊ ꝙ̄ta cuiqꝫ conuenit ꝑm propria principia in suꝑpsiꝰ complemēto. Tertium est potentia pficiendi nostram operationem maxime operationes voluntarij motus ⁊ fortitudinis corporalis in quibus plus ceteris viget etas iuuentutis propterea ꝙ in ea consumpte sunt humiditates que hebetabant organa sensuum relaxabant neruos musculos iuncturas et ligamenta que sunt organa motuum: nec sinebant libere calorem diffun-

citatez q̄ nobis accidit. Deinde sicci- tas incessanter pcedit donec nos pi mat: hec ergo siccitas que nobis ac- cidit res ē nobis necessaria. Nos si- quidē a principio rei in vltima psisti- mus hūiditate: vñ proculdubio opz vt noster calor ipsam superet: qm̄ si nō in ipsa suffocareť: procedit igitur proculdubio in ipsam assidue agēdo τ ipsam sp exiccando incedit. Qd tm̄ ex eius exiccatiōe apparet in princi- pio equalitati attinet: deinde cū nr̄a corpa ad temperatū siccitatis pue- niunt terminū calore existēte vt erat nō est siccitas fm siccitatis prime q̄ titatē: imo fortior: qm̄ materia ē mi- nor τ ppter hoc est magis recipiēs. Inde ergo pculdubio seq̄tur vt sicci tas supra siccitatē tēperatā augmē- tetur. τ nō cessabit proculdubio qui assidue augmentū sumat donec hu- miditates psumat. ¶ Calor igiť ina- tus est cā extinguēdi seipm acciden taliter: propterea q fit cā suiipsius materiā psumendi: sicut lāpadis flā ma q̄ extinguitur ppterea q suā con sumit materiā. Et quāto plus sicci- tas fm augmentū pcedit calor ina- tus fm diminutiōez incedit: ergo ac cidit defectus nunq̄ cessans vsq ad vltimū q̄ est defectus restaurādi hūi ditatē loco eius qd resolutū fuit: de

fect' igitur sp augeť. ¶ Siccitas igi tur duobus augmētať modis. Un' eorum est ppter diminutionem po- tentie recipiēdi materiā. Et alter mi noratio humiditatis in se ppter cali ditatis resolutionē. Augmentať er- go caloris debilitas ppterea q sicci tas in mēbrou substātia dñatur τ p pter innatē humiditatis diminutō nem q̄ est sicut materia τ sicut oleuz flāme lampadis. Flāma nanq duas hz humiditates aquā τ oleum: vna quarū consistit τ altera extinguitur Similiter calor innatus humidita- te consistit naturali τ ab augmento extranee extinguiť q̄ prouenit ex de bilitate digerendi: τ ē sicut aq̄a hūi- ditas flāme. ¶ Et cū siccitas ad cō- plementū accedit calor innatus ex- tinguitur τ mors subseq̄tur natura- lis. Corpus aūt nō pmanet tpe quo perdurat: ppterea q ipsius innata humiditas prima resolutiōi resistit caloris mūdani τ caloris sui corpis in natura sui τ eius qd ex motib' ac- cidit suis hac tā lōga restititōe: neqz qm̄ ipse sť ea i eēntia sua debiliores: immo ipsam stare non facit: nisi id qd restaurat illud qd ex ea resoluiť τ est nutriens. Amplius nos iam de- clarauimus q virtus in cibo nō ope rať τ vtitur eo nisi vsq ad terminuz.

dū: sed erat sub eis veluti sepult'. Scdo dicit deide. i. post iuuētu- tē vsq ad cui' finē siccitas mediocriter τ vtilit creuit ipa siccitas i cessanter augeť cū detrimēto viriū donec nos pimat τ mortē affe rat: qr calor ab iītio senectut' ptinue decrescēs desinit posse restau rare tale τ tm̄ hūidū q̄le τ q̄tū dieti depdiť. Ter° pcludit q sicci- tas nr̄is corpi bus aduenies ē nobis neces- saria. Qd sicd clarat. Nos a principio nr̄e natiuitatis cō sistituti sumus in vltīa seu ma xima hūidita te. et absq du bio oportuit si supuiuere de- bebam' vt ca- lor nr̄ superet eā: alioqn ab ea suffocatus fuisset. Quia igiť calor supa uit humidita tē τ calidi ē re soluere paula tim hūidū qd vincit pcedit i dubie ptinue agēdo in ipaz τ exiccando eā Quarto dicit q exiccatō ap parēs τ acq̄ta ta p calorē no- strū i pncipio scz in adolescē tia attinet eq- litati. i. nos cō ducit ad tēpa mētuz iusticie nobis debitū ex ppa cōmix- tione cōponē- tiū elemētorū Ita q p istam desiccationem ab ortu nr̄o vsq ad iuuentutē nō idisponimur: sz assidue meliora mur τ vigoramur accedētes ad virile robur τ statū pfectū fm nāz Quīto dič q postq̄ corpa nr̄a puenerūt vsq ad tminū tēpate sic citať puta i fine iuuētut' calore nr̄o inato pmanēte i suo vigore sič erat i adolescētia pñr i etate senectut' sbseq̄ť siccitas nō eiusdē q̄- titať vel mēsure graduaľ sič pri' erat: sz fortior τ itēsior: qr mā ē mi nor. i. humidū radicale qd ē veluti mā caloris inati ptinue miora tur: neq amodo repať eq̄le p nutritōez vt repabať i iuuētute: τ p pter h nr̄m corp' ē mag' recipiēs desiccationē. Sexto pcludit q qr mā minorať: neq sufficiēter restaurať ab initio senectut' vsq ad finē vite siccitas ptinue augeť vltra tēpamētū siccitať i iuuētute reptū: neq cessat ptinue augeri donec psumpserit hūiditates ra- dicales τ innatas q̄ sť vehiculū inati caloris τ pricipiū vite. Sz in stabit aliq̄s: qr mlťi i senectute ipiguanť q̄ i priorib' etatib' macri vixerūt: sz ipiguatio nō fit nisi aucta hūiditate mēbrou. Dic q i piguatō fit aucta hūiditate mēbrou molliū τ carniformiū: sz soli da mēbra sič cartilagines τ ossa ptinue desiccātur. ¶ In tertia di cit p° q calor inat' ē cā sue extictōis p accñs: qr ē cā psūptōis ma terie ipi'. s. hūidi radical' in q̄ fundať. sič flāma ignis q̄ ē in lāpade tādē extiguiť τ extīguit se ipaz: qr ptinue psumit oleū qd ē mā ip si' ex q̄ fit τ psistit: ac ppriū ei' alimētū. Scdo dič q q̄to magis nr̄ou corpou siccitas augeť a pn° senectut' vsq ad finē vite ptinue depasto radicali hūido τ nō restaurato tāto mag' diminuiť calor inat': qr diminuiť ppriis vehiculo τ alimēto necio se psumit: τ cū resolutiōe hūidi sť euolat gradatī ps p' ptē. Ter° pcludit q ab initio senectut' accidit defect' restauratiōis hūiditať loco ei' q̄ re

soluta est nō cessans sz crescēs sp vsq ad vtimū vite terminū. ¶ In. 4ª dič p° q siccitas augeť ab initio senectut' vsq ad finē vite duob' mōis. Prim' est pp diminutōez potētie recipiēdi māz. s. qr mēbra corpis n sť apta ɼcipe māz nutrimtalē sufficiētē ad ɼstauratōez dpditi. Prio qr mi n' sť arida vľ sicca: q̄re nutrimtū nō facile adheret eis. Scdo qr nāľ ca lor ē diminut' q̄re n sufficit apponere iui scare τ assilare nutri ens nutrito tm q̄tū p'. Scds mod' ē mi noratō hūiditatū ra dical' τ acq̄site pp re solutōez ipsi' assidu az tā a calorib' inato τ isluēte q̄ a calorib' exercitiou τ aeris qui nos circūdat. Scdo pcludit q debilitas caloris nāľ ab initio senectut' vsq ad finē ptinue augeť pp du as cās. Pria est sicci tas dñans i sba mē- brou pp psumptōez supfluā hūidi radi- cal' in q̄ fundať. Se cūda ē diminutō hu miditať nate i poro- sitatib' mēbrou q̄ ē sič mā caloris ita q scbz ad calorē sič ole um lāpadis ad flam mā ei'. Tertio dicit q ignea flāma duas hz hūiditates. Unā aqueā qua extiguiť. Aliā oleaginosam q̄ psistit τ foueť. Et si milit calor inat' nr̄o- rū corpou duas hz hūiditates. Unā nā lē pinguē aereā q̄ p sistit τ foueť. Aliam extraneā puenientē ex debilitate digestō nis q̄ extinguiť. Et hec est phlegma cru dū aqueum qd se hz ad calorem nr̄i corpis sicut aquea humiditas ad calorem flāme. ¶ In quinta dicit p° q postq̄ siccitas q̄ supfluere icipit ab initio senectut' p- uenerit ad ipsi' cōplemētū: ita vt fere nihil de radicali hūido reliq̄rit extiguiť nāľ calor: τ tūc sbseq̄ť mors nāľ cuiq idiuiduo dstiata p nāz sz tps pmanēti pricipiou vite ei'. s. hūidi radical' τ caloris inati. Scdo di cit q pduratio hūani corpis toto tpe sue vite nō pueit ex hoc q inata radical' hūiditas pria ptracta ex seminib' parētū sufficienť resistit reso lutōib' caloris mūdani. s. celi τ aeris nos ptinētis τ caloris sui corpis in nā sui. i. naturali cōplexiōe τ caloris acq̄siti ex motib' τ exerciciis: cor poris restititōe seu resistētia tā longa q̄ lōga ē vita. Nec pueit ex h q dcē resolutōes seu caliditates resoluētes sť debiliores dcā hūiditate radicali in sua eēntia seu nā q̄re vincere eā nō pñt vt i lapidib' τ minera libus ptingit: imo nihil aliud stare facit seu tādiu pmanere radicalem humiditatē hūanou corpou nisi nutrimētū restaurās illō qd ex corpis hūiditate resoluiť. Uidem' ei expimētalit q si corp' nostrū vnico stete- rit naturali die absqz alimēto deficere incipit. q̄to min' ergo tota vita stare posset nisi p nutriēs humidū depditū restauraret. Tertio dicit q amplius. i. vltra hec iam declaratū est q vtus nutritiua nō opatur in cibos attrahēdo inuiscādo τ assilando eos corpori: neqz vtitur eis nisi vsqz ad certū terminū ad quē se extēdit potentia ipsius q̄ nec duratio- ne: nec vigore ē infinita. Declaratū inq̄ est primi pª doctrina tertia ca- pľo de cōplexionib' etatū pagrapho illo. Preterea sciendū est q calidi tas post tps psistendi minui icipit ppterea q aer circūdās mām ei' q̄ ē hūiditas exiccat. calor q̄ inat' q̄ est int' ad hoc adiuuat τ labor pueni ens ex motiōib' corpeis τ aialib' q̄ sunt necessarie in vita τ defect' na- ture ad resistendū illi toti sp. omnes em̄ virtutes corporee sunt finite.

c Et ars ꝙdem. In hac pte ꝗnta primo agit de impotētijs artis custoditiue sanitatis. Scđo de potentijs ei⁹ ibi[Sz de duab⁹]Tertio de eo in quo ꝯsistit vigor seu posse ei⁹ ꝛ de regimine triplici ad exequēdū illō ibi[Et in ipsius ꝙdem] ¶ In pria pticula tangit tres impotētias artis custodiēdi sanitatē. Prima est impotētia reddendi hoies securos a morte: neqꝫ em̄ ē ad hoc: neqꝫ illud pōt. Primo ꝑpter ꝯrietatē malifice priuatōnis ad formā q̄ facit hoicꝫ tendere ad nō esse. Iuxta illō arist. ꝑmo phisico. Subiecta ꝙdē em̄ natura cōcausa forme ē eoꝝ q̄ fiūt sicut mat. Altera vo ps ꝯrietatis scꝫ ꝑuatio multotiēs imagiabitur ad maleficiū ipsi⁹ ꝑtendēti intellectū: neqꝫ eē penit⁹ ꝛ esse extra oē Existente ei ꝙdā diuino ꝛ optio ꝛ appetibili.s.forma. Aliud ꝙdē ꝯrariū eē ipsi dicim⁹.s.ꝑuationē Aliud aūt aptuꝫ natuꝫ eē appetere ꝛ desiderare ipm ꝭm ipsius naturaꝫ. hec ille. Scđo ꝑpter ꝯrarietatē elemētorū ex q̄bus est hō: quoꝝ q̄dā alia supare opꝫ: alioq̄n nō fierēt opatōes q̄ caloris dn̄iuꝫ exigūt. Scđa impotētia dcē artꝭ ē impotētia muniēdi seu defendēdi corpa hoim a nocumētꝭ extrīsecis: vt casib⁹ pcussiōib⁹ fulgurib⁹ tonitruis tēpestatib⁹ vētoꝝ ꝛ silib⁹: q̄ qꝛ sunt infinita ꝛ incerta ꝛ ex eis plura nō subiacēt arbitrio hoim nō cadunt sub arte. Tertia ē impotentia pducendi vnūquēqꝫ hoiem ad vltimā longitudinē vite q̄ est ꝭm hoiem absolute.s.q̄ viuere pn̄t lōgeuissimi hoim. Et hec ipotētia ꝑuenit pp diuersitates hoim in lōgeuitate ex natura ꝑpa. Nō eī fieri pōt ꝙ melācholici q̄ naturalꝭ sunt breuissime vite pp min⁹ ceteris pticipare de vitalibus principijs fiant ita longeui sicut tempati vel sanguinei ꝭm communem cursum nature.

Et ars ꝙdem[c] sanitatē custodiendi nō est ars q̄ a morte securos faciat: neqꝫ corpus ab intrinsecis nocumētis muniat: neqꝫ vnūquodqꝫ corpus ad vltimā vite longitudinē perducat que est ꝭm hominē absolute. ¶ Sed de duab⁹ rebus securitatē prebet: scꝫ putrefactionis penit⁹ prohibitione ꝛ defensiōe hūiditatis: ne cito resoluatur. ¶ Et i ipsius ꝙdē fortitudine consistit: vt ipm vsqꝫ ad debitū tempus ꝭm suā primā complexionē permanere faciat. Et hoc ꝙdē erit ꝑpter regimē rectū restaurationis q̄ fit in corpore loco eius qđ resoluitur ꝭm quātitatē possibilē. Et ꝑpter regimē prohibēs dominiū causaꝝ siccitateꝫ accelerare facientiū exceptis causis que faciunt siccitatē debere esse. Et per regimē custodiens a generatione putrefactiōis propter tutelā corporis ꝛ custodiā a potestate caloris extranei extrinseci aut intrīseci: qm̄ non oīa corpora sunt equalia in fortitudine humiditatis radicalis ꝛ caloris innati radicalis: imo corpora ī his existunt diuersa. Unūquodqꝫ[f] preterea corpus terminū hꝫ in quo resistat siccitati necessarie cōplexione sua ꝛ calore innato ꝛ ꝗtitate sue innate humiditatis a quo nō remouetur. Est tn̄ cum aū adueniūt cause in siccitatē adiuuantes: aut alio modo pernecantes. Et multi quidē hominum dicunt ꝙ isti sunt termini naturales ꝛ termini accidentales sunt alij. ¶ Et quasi custodiendi sanitatem ars existit illa que corpus humanum ad naturalem perducit terminum si conuenientia conseruat.

¶ In secunda pticula duas tāgit potentias artꝭ custodiendi sanitatē Pria est pote^a ꝑhibēdi hoies ꝛ coꝝ hūiditates a putrefactōe diligentꝭ attendēdo ne calor ex̄neus hūiditatib⁹ corpis dn̄etꝭ: vel ab extrīseco pp oppilationes: vel ab extrīseco ꝑpter caliditates aut hūiditates supfluas aeris nos ꝯtinētis. Scđa ē potētia defensiōis ꝯsumptionis hūidi substātifici ne cito resoluatꝭ.s.aū tp̄s sibi dstinatū a natura ꝭm mēsurā sue durationis ꝑhibēdo ꝗtū possibile est ꝛ obuiādo resolutiōib⁹ dicti humidi ꝛ assidue restaurādo puri⁹ qđ fieri pōt ꝛ familiari⁹ vice depditi. ¶ In tertia ptīcla q̄ est declaratiua scđe dic̄ ꝑmo ꝙ in fortitudīe seu potētia vꝉ vigore artis custodiēdi sanitatē ꝯsistit vt faciat pmanere in vita corp⁹ hūanū vsqꝫ ad tp̄s sibi dbitū ꝭm suā ꝑmā cōplexionē. Scđo dic̄ ꝙ dcā ars efficit op⁹ ꝑfatū custodie corpis p triplex regimē. Primū est regimē rectū i cibis ꝛ potib⁹ sub ꝯueniētib⁹ q̄litate ꝗtitate ꝛ hora ministratꝭ ad restauratōeꝫ hui⁹ qđ resoluitꝭ ex corpe ꝗtū possibile ē. Secūduꝫ ē regimē ꝑhibēs cās dn̄ari supra hūanū corp⁹ q̄ faciūt accelerarꝭ siccitatē ꝑter illas q̄ sꝭ necessarie ꝛ faciūt siccitatē debere eē sic̄ fortitudo caloris inati pp opatōes ꝟtutū pficiēdas calor celi ꝛ aerꝭ nos ꝯtinētis ꝛ calor ꝑueniēs ab exercitijs ꝛ mechanijs. Ab his eī penit⁹ ꝑhiberi nequim⁹. Illa vo a q̄b⁹ ꝑhiberi possum⁹ sꝭ exponere corpa nr̄a solaribus estib⁹ stuphis ꝛ balneis imoderate caliditatꝭ curꝭ ꝛ sollicitudinib⁹ vehemētib⁹ exercitijs supfluis vti sale pꝉimo: ꝛ his q̄ diu iacuerūt in sale vꝉ spēb⁹ acutꝭ ꝛ acruminib⁹ calidis ꝛ aceto ꝛ vinis vehemētis fortitudis ꝛ immoderatꝭ coitib⁹ ꝛ alijs euacuatōib⁹ excessiuis ꝛ vigilijs nimijs. Tertiū regimē ē custodiēs seu ꝑseruās corp⁹ ꝛ hūiditates ei⁹ a putrefactōe p defensionē ꝛ custodiā caꝝ a ptāte seu dn̄io caloris ex̄nei sup eas: siue calor ille fuerit intrīsec⁹ sic̄ ille q̄ gn̄atꝭ i interiorib⁹ corpis ex oppilatōib⁹ ꝛ trāspiratione ꝑhibita siue fuerit extrīsec⁹ sic̄ calor solꝭ ꝛ aerꝭ nos cōtinētꝭ vꝉ labor imoderat⁹. Ter° dic̄ qm̄ nō oīa corpa sꝭ eq̄lia i fortitudīe hūiditatꝭ radicalꝭ ꝛ caloris inati radicalꝭ: imo corpa i his existūt diuersa Et h̄ pt referri vꝉ ad illō p^c ptīcle. neqꝫ vnūqđqꝫ corp⁹ ad vltimā vite lōgitudinē pducat: ita vt sit sensus ꝙ ars custodiēdi sanitatē nō ꝑ ad h̄ vt vnūqđqꝫ corp⁹ ad vltimā lōgitudinē vite pducat: qm̄ n̄ oia corpa sꝭ eq̄lia i fortitudīe caloris ꝛ hūiditatꝭ radicaliū q̄ sꝭ pncipia vite. Uel ad illō tertie ptīcle. Et ī ipi⁹ ꝙdē fortitudīe ꝯsistit vt ipꝫ vsqꝫ ad debitū tp̄s ꝭm ꝑmā suā cōplexionē pmanere faciat. Quasi velit dicere. signāter dici ꝭm ꝑmā suā cōplexionē: qm̄ nō oīa corpa sꝭ eq̄lia i fortitudīe hūiditatꝭ radicalꝭ ꝛ caloris innati. vꝉ vult innuere h̄ ꝑnceps q̄ regimē pfuās a putrefactōe ꝛ potestate caloris ex̄nei diuersificatꝭ ꝭꝫ diuersitates corporuꝫ. qm̄ nō oia corpa sꝭ eq̄lia i fortitudīe hūiditatꝭ radicalis ꝛ caloris innati radicalis ad resistēdum cāis putrefacientib⁹ ꝛ ex̄neis caloib⁹ ¶ Et tende ꝙ ga.p⁹ de regimīe sanitatꝭ cap̄.3. duas tāgit itentōes artꝭ custoditiue sanitatꝭ dicens. Due sꝭ intētōes sanatiue dcē. vna repletio euacuatoꝝ: altera euacuatio supfluitatū vt organa h̄ faciētia nō oppilentꝭ; nec imbecillia fiāt circa has actiōes vt corp⁹ sp custodiatꝭ purū ꝛ sine supfluitatib⁹. Ex his duab⁹ tertia ex necessitate iseq̄tꝭ itētio vt nō cito senescat hō. Si i eī q̄ euacuabūtꝭ replebuntꝭ ꝛ restaurabūtꝭ ꝛ supfluitates [illegible] f Unūqđ (t⁹ nō remanebūt san⁹ erit ꝛ mꝉto tpe iuuēis. hec ga. qꝫ ꝑterea. In hac pte. 6. ꝑ° agit de tminis vite hoīs. Scđo d pn̄cipali ope artꝭ custoditiue sanitatꝭ ibi[Et q̄si custodiēdi] Ter° de ꝟtutib⁹ attributꝭ custodie sanitatꝭ ꝛ de cā creatōis nutritiue ꝟtutꝭ ꝛ organoꝝ q̄ subseruiūt ei ibi[Hui⁹ aūt] ¶ In p^a ptīcla dic̄ p⁹ ꝙ oē corp⁹ hūanū hꝫ tminū seu finē sue duratōis a q̄ nō remouetꝭ .i. ꝯtra quē viuere n̄ pt i q̄ resistit siccitati nccārie. i. ariditati suoꝝ mēbroꝝ q̄ sibi tādē nccārio ꝯtigit. Resistit mōꝗ p cōplexiōeꝫ suā bonā mixturā suoꝝ elemētoꝝ ac elemētariū q̄litatū ꝑpe eq̄litatē. Et p ipi⁹ calorē inatū q̄ aptat nutrimētū ꝛ ex eo repat qđ dissolutū est. Et p ꝗtitatē sue inate hūiditatꝭ q̄ resistit resolutōib⁹ ꝛ recipit calorē inatū: ꝛ redditꝭ apti⁹ vt sibi vniatꝭ nutrimētū. Scđo dic̄ ꝙ q̄n aduēiūt corpi aū tiniꝫ vite nālē cāe n̄ nccārie coadiuuātes nccārias i exiccatiōe supflua substātifici hūidi sic̄ labor imoderat⁹ ꝛ cura nimi⁹ vꝉ alie cāe pnecātes ꝛ vitā alꝭr abbreuiātes ꝗ desiccatōe sꝭ venena frigida crapula supexcedēs ꝛ ebrietas q̄b⁹ suffocatꝭ calor inat⁹. Ter° dic̄ ꝙ pꝉimi hoiꝫ vocāt prios tmios nāles: videlꝫ illos q̄ ꝑcedūt a cāis nccārijs n̄ adiutꝭ ab aduētīcijs. ꝛ alios vocāt accidētales seu abbreuiatos. Hic possēt tractari qōes si sit aliq̄ mors nālꝭ: ꝛ si sola illa sit nālꝭ q̄ ꝑcedit a calore inato desiccāte hūidū. ꝛ q̄ cōplexionū ē lōgeuior. et si tmin⁹ nālꝭ vite hūane possit ꝑlongari De q̄b⁹ supsedem⁹: qꝛ pri⁹ tractauim⁹ eas sup.c.3. doc.3^e. sen p⁹ p^e maxie sup his ꝟbis. Et h̄ ē mors nālꝭ cuiqꝫ idiuiduo destinata ꝭm suā ꝑmā cōplꝭꝫ vsqꝫ ad tminū quē i sua pote^a hꝫ ad hūiditatē ꝯseruādā. vnūqđqꝫ ei coꝝ tminū ꝑfixū hꝫ: q̄ i idiuiduis diuersificatꝭ pp ꝯplexionū diuersitatē. ꝛ hi ꝙdē sꝭ tmini nāles. sꝭ vo alij tmini abbreuiati totū tn̄ diuino ꝑueit ꝑcepto. ¶ In. 2^a. dic̄ ꝙ ars custodiua sanitatꝭ ē q̄si illa q̄ pduc̄ corp⁹ hūanū ad tminū nālē vite sue si ꝯuēiē^a ꝯsuat. i. si ꝑceptꝭ ipi⁹ artꝭ vꝉ artificꝭ obedit nocitura vitās ꝛ mēsurā suās i q̄litate ꝗtitate tpe ꝛ ordie sex rerū n̄ nāliū. Uocatꝭ dic̄ q̄si: qꝛ lꝫ finis artꝭ custodiēdi sanitatē sit manutenē hoiē i sanitate vsqꝫ ad nālē termiꝫ vite sue: sepissime tn̄ frustratꝭ fine suo cū paucissimi attigāt vsqꝫ ad finē illū vꝉ sua neglige^a vꝉ neglige^a medici vꝉ ministroꝝ: vꝉ defectu bōi aerꝭ ꝛ bonoꝝ nutriētiū: vꝉ diuersiōe ab attētōe custodie sue sanitatꝭ pp voluptates aut auaricias

¶ Hui' aūt custodie administratio ni due attribute sunt virtutes quib' deseruit medicus. Una eaꝝ est naturalis: ⁊ vocatur nutritiua q̄ restaurat illō quod ex corꝑe resoluitur: cuius substātia terreitati ⁊ aqueitati attinet. Et altera est animalis ⁊ ipsa est virtus pulsatiua que restaurat qō ex spiritu resoluitur cuius substātia est aerea ⁊ ignea. Et ꝓpterea ꝙ nutriēs nō fuit simile nutrito nisi in potētia ideo creata fuit virtus immutatiua quatinus nutrientia mutet in silitudinē nutritoꝝ in effectu. Et ad hoc creata fuerūt instrumēta ⁊ canales qui sunt ad attrahendū ⁊ expellēdū ⁊ retinendū ⁊ digerendū. Dicem' [g] igitur ꝙ habene rei in arte custodiēdi sanitatem cōsistunt in equalitate cārū predictarū cōmutantiū. ¶ Jlle tamē in quarū equalitate maior necessaria est sollicitudo sunt septē res Equalitas cōplexionis ⁊ electio eorum q̄ comedūtur ⁊ bibuntur: ⁊ purgatio superfluitatū: ⁊ custodia compositionis: ⁊ rectificatio eius qō ꝑ nares attrahitur: ⁊ custodia tāgētis ⁊ moderamen motionū corporeaꝝ ⁊ animaliū inter q̄ etiā somnus ⁊ vigilie quodāmodo numerant᷑. ¶ Et tu quidē iam sciuisti in his que sunt premissa ꝙ neq̄ equalitas vnum habet terminū: neq̄ sanitas: neq̄ aliq̄ ex cōplexionibus in hoc ingreditur ꝙ sit aliqua sanitas: aut aliqua eq̄litas in aliquo tēpore: sed est id qō inter duas res existit. ¶ Jncipiem' igitur in primis declarare regimen infantis qui in vltima complexionis equalitate consistit.

aut ambitiones. ¶ Jn tertia dicit p̄io ꝙ due virtutes sūt attribute administrationi custodie sanitatis. Prima est naturalis dicta nutritiua cū seruiētib' ei: cui' officiū est restaurare ꝑtes deꝑditas q̄rū sb̄a attinet terreitati ⁊ aq̄itati. Ex his ei velut ex materia integrat᷑ corp'. Scd̄a est aīalis dcā ab aīali: q: solis aīalib' īest sicut sensitiua ⁊ est v̄tus pulsatiua seu vitalis v̄t': cui' officiū est restaurare deꝑditos sp̄us q̄rū sb̄a ē ꝑtim aerea ꝑtī ignea. Haꝝ v̄tutū opatōes ⁊ obiecta circa q̄ versant᷑ tāgit gal. p̄io de regimīe sanitat᷑ ca. 2. dicēs. Per cibū replem' q̄tū cunq̄ sicce sb̄e effluxit. ꝑ potū quidquid hūidū ī pristinā reducentes ambo moderantiā. Per respirationem ⁊ pulsum custodim' moderātiam aeree et ignee substātie. hec ille. Scd̄o dicit ꝙ q: cibaria q̄ sumit hō non silia sunt actu nutriendo corꝑi sed aptitudine solū creata fuit immutatiua v̄tus seu nutritiua q̄ cibos īmutet ⁊ sil᷑es faciat humane sb̄e in actu ⁊ effectu. Juxta illud ga. capl̄o nunc allegato. Et si q̄dē possem' tale aliq̄d introducere qō sil᷑e effluenti esset h̄ sanissimū ⁊ optimū esset. Sꝫ q: hoc est īpossibile: q: id qō fluit ab vno quoq̄ mēbroꝝ tale est natura q̄le ip̄m mēbrū a q̄ defluit. Nihil eñ coꝝ q̄ comedūtur ⁊ bibunt᷑ tale est oīno q̄le id qō effluxit necesse hꝫ natura coq̄re ea ⁊ transmutare ⁊ p̄ꝑare ⁊ assil᷑are corꝑi qō nutritur. Tertio dicit ꝙ ad opationes īmutatiue v̄tutis explendas creata fuerūt organa ⁊ canales vt stomach' epar vene q̄b' fit attractio retētio ⁊ digestio alimēti ⁊ expulsio supfluitatū ei'. Juxta illud ga. nūc dcō capl̄o. Et q: necessario supfluitas insēq̄tur organa ad euacuationē ei' natura ꝯstituit ⁊ v̄tutes eis imposuit ꝑ quas mēbra quidē alia attrahunt: alia mittunt: alia expellūt superfluitates.

[g] Dicemus igit᷑ ꝙ habene rei. Jn hac ꝑte septima p̄io tangit illō circa qō versant᷑ ꝯsideratōes artis custoditiue sanitatis. Secūdo res. 7. q̄bus principal᷑r eas ꝯsideram' vel q̄ p̄icipali' in ea cōsideātur ibi [Jlle tñ] Tertio ꝙ equalitas sanitas ⁊ cōplexio ꝓut a medicis ꝯsiderant᷑ nō ꝯsistunt in vno punctuali termīo ibi [Et tu q̄dem] Quarto a quo incipiendū est ibi [Jncipiem' igitur]

e In qtitate autem exercitij. In hac parte quinta primo tangit tres res cousiderandas in qtitate siue mensura durationis exercitij: quibus in vigore permanentibus adhuc est hora continuandi exercitium. Prima est calor vel vt alij libri habent color: quia quamdiu in ipo augetur bonitas. s. moderatus vigor in calore vel rubedo florida viuax in colore adhuc est hora continuandi exercitium. Secunda sunt motiones membrorum: quia quamdiu perseuerāt in leuitate ⁊ facilitate sine vexatiōe vel lassitudine quacunque adhuc est hora continuationis exercitij. Tertia est dispositio membrorum in tumore siue inflatione: quia quamdiu tumor membrorum per exercitium augetur: adhuc est hora perseuerandi in exercitio. Secundo dicit quod cum dispositiones iste: videlicet bonitas caloris vel splendor coloris ⁊ leuitas motuum ⁊ tumor membrorum minui ceperint ⁊ sudor vaporalis factus fuerit resudatio liquida id est humiditas que pus educebatur a corpe sub forma vaporis educatur cum sudore sub forma aque: tunc dimittendum est exercitium: quia superfluere incipit. Eiusdē sententie meminit galienus secundo de regimine sanitatis caplo. 10. dicēs. Exercitetur quousque in tumorem eleuetur corpus ⁊ floridum sit ⁊ motus eius parati ⁊ equales ⁊ bono rithmo fiant: ⁊ tunc sudorem videbis calido vapori commixtuz. Et inde ex exercitio quiescendum cum quid predictorum alterabitur: sed contractus videbitur corporis tumor ne euacues quid bonorum vnde subtilius ⁊ siccius ⁊ minus fiat. Similiter quiescendum ⁊ si rubor cessauerit

Si enim plus exercitabis ⁊ corpus infrigidabis ⁊ magis euaporabis. Similiter etsi nō parate nec equaliter nec bono rithmo mouebitur: sed tardabit secundum ꝙ quiescendum est ab exercitio: si sudor alterabitur secundum multitudinem vel qualitatem. Et tunc eni ⁊ calidior ⁊ amplior erit inceptum et motus vehementiores erunt ⁊ sic inde corpus euaporatur ⁊ ifrigidatur ⁊ siccatur: amplius ꝙ oportet. Quiescendum ergo ⁊ stare iubendum: hec galienus. Et auerroys sexto colliget capitulo tertio ait. Quantitas vero exercitij est quousque homo sudare incipiat et anhelitus augetur: ⁊ calor corporis incipit rubificari ⁊ vene ingrossari. Et quando ad hunc peruenerit terminū debet sedari: hec ille.

Cum autem[f] dimissum fuerit redeundum est ad oleum quod sudare facit: precipue si anhelitum sui exercitans tenuerit. Cumque die primo terminum exercitij ipsius cognoueris ⁊ ipsum nutriueris ⁊ nutrientis quantitatem quam tolerare valet cognoueris nil in secunda die mutes: sed nutriens ipsius ⁊ exercitium in die secūdo mensura secundum eius terminum in die prima.

¶ De fricatione. Caplm. IIII.


f Cum aūt dimissum fuerit. In hac parte sexta dicit primo ꝙ finito exercitio statim redeundū est ad oleū fricando suauiter conudatū corpus. Hoc enim sudare facit maxime si exercitans suum retinuerit anhelitum. ¶ Sed instabit aliquis. primo quia oleum suauiscositate poros oppilat: ergo sudorem potius cessare facit ꝙ ipsum prouocet. Secūdo querit aristotiles secūda particula problematum problemate secūdo. Propter quid neque cōtendentibus neque cōtinentibus spiritum fit sudor: sed magis remittētibus: nō ergo ad sudorem iuuat: sed potius nocet retētio spūs siue anhelitus ¶ Ad primū dic ꝙ oleum oliue non facit sudare sua substantia nec potētiali caliditate: sed actuali calore coadiuto fricatione et retentione anhelitus. Ad secūdum dic primo ꝙ sudor minus exuberat hora qua anhelitus retinetur ꝙ hora qua laxatur. Cuius rōnem reddit aristoteles in dicto problemate. s. quia spūs retentus replet venas quare prohibet exire quod in eis est. vt a vase pleno nō exit quod in eo est remota clepsedra nisi sibi prius alicunde detur aer. Dic secūdo ꝙ licet anhelitus retentus hora sue retentionis nō faciat exuberare sudores: facit tamen eos exuberare statim postquam relaxatus fuerit. Cuius causam reddit gal. tertio de regimine sanitatis capitulo primo dicēs. Spū retento vndique impellitur ⁊ introire cogitur subtiles poros: ⁊ si magis cogatur vel constringatur vel impellatur oēs subtiles poros pertransit ⁊ deferet secum spūs aliquos subtiliatarum superfluitatum vt subtilia foramina insufflatione vehementi purgamus. Spūs enim antea ire ⁊ violēter coactus per transire volens totū iter quod quidē ante se sunt impellit. obliqua vero ad se trahit impetu allationis vtraque coacta. ¶ Attende primo ꝙ gal. hanc fricationē cum oleo post exercitiū faciēdam tertio de regimine sanitatis vocat apotherapiā. i. partem vltimā exercitij curatiuam illorū vel ab his pseruatiuam que ex exercitio timentur. Nam resoluit quod ab exercitio cōmotum fuerat ⁊ nō eductum ⁊ pseruat a lassitudine. Ait eni ibi. Omni exercitio perfecto vltima pars apotherapia. i. cura vocatur que ob duo adhibetur. i. ad euacuationē superfluorum ⁊ vt nō fatigatum custodiat corpus ⁊ sistat ⁊ prohibeat assuetas imoderatis exercitijs innasci fatigationes. ¶ Attende secūdo ꝙ huius fricationis modū sic describit galienus ibi. Fricandus toto corpore regendus manibus est vt nihil nudum relinquatur ⁊ abundanti oleo eius circūfundatur corpus vt ⁊ velocius ⁊ mollius fricetur infessiones. i. fatigationes exoluantur ⁊ exercitio fatigata molliantur. Non tamen ita sit mollis vt fricatio nō perueniat ad profundum neque conterat superfluitates que continentur in strictis poris: imo dissoluantur in ipsa carne: sed tendantur fricata ⁊ spūs cōtineatur in tātum vt musculi thoracis tendantur vt ita clausis faucibus ad diafragma impellatur. Secundo dicit hic princeps ꝙ cognita mensura conuenienti durationis exercitij ⁊ quantitatis ciborum quam cōmode tolerare sufficit exercitatus in prima die nihil mutare debet medicus: nec die secūda nec sequentibus alijs diebus circa horum mensuram: sed mensuret exercitium ⁊ cibos ipsius eisdem terminis in die secunda ⁊ alijs vt in die prima: hoc excepto ꝙ mensuras horum variet secundum tempora anni ⁊ alia emergentia cogentia mutare vitam in cibis ⁊ motibus. Nam quia ventres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt ⁊ somni longissimi oblationes plures dande sunt: vt ait hypocras amphorismorum prima. His etiam temporibus exercitia fortiora ⁊ longiora conueniunt ꝙ estate ⁊ autumno in quibus virtutes sūt debiles ⁊ deiecte ⁊ mēbra siccata.

Fricatio[a] alia est dura que extendit: alia est mollis que laxat: ⁊ alia est multa que macrescere facit: ⁊ alia est tēperata que ingrossat. Cumque hec cōponentur prouenient paria nouē. Et est etiā fricatio que est aspera. s. cum pannis asperis que sanguinē ad exteriora velociter trahit. Et alia ē lenis. s. cū palma aut cum pannis lenibus que sanguinem coniungit ⁊ ipsum in membro cōtinet

¶ De fricatione. Capitulum. IIII.

f Fricatio alia dura est. In hoc capitulo primo tāgit tres diuisiones fricationis et effectus membrorū diuidentium. Secundo iuuamenta eius ibi [Quod autem ex fricatione queritur] Tertio diuisionem aliam fricationis cum declaratione membrorum diuidentium ibi [Est preterea preparationis] Quarto quis error in fricatione minor est vel nimie duricici vel nimie molliciei ibi [Et si in fricatione contingat error] Quinto addit aliqua super declaratione reductiue fricationis ibi [Uerūtamen in hac hora reductioni] Sexto agit de faciendis post fricationem reductiuam ibi [Fricatus preterea membra sua fricata] Septimo de reductiua fricatione interposita exercitio ibi [Sed tamen reductio quandoque in medio] Octaua de quadam alia vtilitate exercitij a dictis ibi [Fricatio preterea quandoque iuuat]

a In prima parte dicit primo ꝙ fricationū alia est dura. Cuius effectus est inspissare seu compingere particulas fricatas. Et est hec littera melior que loco de extendit habet inspissat. Vel per extendit intelligendum est ꝙ tensum reddit tēsione opposita molliciei. Alia est mollis cuius effectus est laxare ⁊ molles reddere partes fricatas. Alia est mediocris inter has supple. Cuius effectus est conseruare vel efficere particulas medias inter constrictas ⁊ laxas. Secundo dicit ꝙ fricationum alia est multa que maciem inducit: alia temperata que membra ingrossat: alia supple pauca que membra relinquit in dispositione maciei: vel grossiciei quam prehabebant. Tertio dicit ꝙ cum mēbra diuidentia duarum dictarum diuisionū simul componentur prouenient nouem paria: videlicet nouem species fricationis: quarū quelibet composita est ex duabus simplicibus fricationibus vt dura multa: dura pauca: dura temperata: mollis multa: mollis pauca: mollis temperata: mediocris multa: mediocris pauca: mediocris tēperata: sicut patet in sequenti figura.



Quarto dicit ꝙ fricationum quedam est aspera que fit cum asperis pannis vel re alia aspera. Et eius affectus est trahere sanguinem ad exteriora. Alia est lenis que fit cum palma suaui vel alia re leni. Cuius effectus est iungere sanguinem membris ⁊ continere ipsum in eis. ¶ Attende primo ꝙ galienus secundo de regimine sanitatis capitulo tertio sub quinque regulis comprehendit effectus fricationum. Prima est dura fricatio colligit mollis soluit. Secunda est multa subtiliat: mēsurata carnem generat. Tertia est mollis ⁊ pauca fricatio remittit aliquātulum carnem ⁊ boni tactus facit. Mollis vero ⁊ multa euaporat ⁊ liquat. Mollis vero ⁊ media quantitate carnem generat mollem ⁊ effusam. Quarta est dura fricatio ⁊ multa stringit corpus ac colligit ⁊ phlegmoni similem dolorem infert. Dura vero ⁊ media quantitate carnem quidem generat; sed eam minoratam ⁊ facilem circumscriptam.

Sed dura ⁊ pauca rubedinem in pauco tempore superficiei inducit. Quinta est dura fricatio rara spissat: mollis vero dura mollit ⁊ spissa dilatat. ¶ Attende secūdo ꝙ galienus ibi sub tribus regulis docet variare sm habitudines corporis species fricationum. Prima est. sanus puer pauca ⁊ media inter duriciem ⁊ molliciem fricatione exercitandus est. Scda ē crassiorem carnis qualitatem mediaz inter molliciem ⁊ duriciē habentibus multā ⁊ moderatam qualitatibus. s. duricie ⁊ mollicie fricationez adhibeamus subtiliare volentes. Tertia est. subtilem ingrossare volētes moderatam q̄titate et qualitate fricationē facimus. ¶ Attende tertio ꝙ auerroys sexto colliget caº. quarto species ⁊ effectus simplicium fricationum describit ita. Fricatio simpliciter habet inuentionem in superfluitatum euacuatiōe tertie digestionis. Et illius simplices species sunt sex: videlicet tres sm qualitatem ⁊ tres sm q̄titatem. Scdm qualitatem vt sit aspera lenis aut temperata: aut si vis dicere fortis aut debilis aut media. Scdm vo q̄titatē vt multa pauca aut media. Sed operatio fortis in corꝑibus est obturatio pororuz ⁊ duricies corporum. Sed debilis operatio est poroꝝ apertio ⁊ mollicies corpoꝝ. Et operatio medie inter has duas medium obtinet. Operatio vero multe est causa maciei corporis. Et temperate operatio est carnez temperate generari vl' augmentare: sed pauca in augmento oꝑationē non habet nisi quia aliquātulum calefacit: hec auerroys.

Quod autem[b] ex fricatione queritur est corporum raroruz inspissatio ⁊ mollium induratio ⁊ spissorum rarificatio ⁊ durorum mollificatio.

Est preterea[c] preparationis fricatio que est anteq̄ exercitium: ⁊ incipit fieri suauiter que cum voluntas surgendi adest indurat. Et est fricatio reductionis que est post exercitium: ⁊ vocatur etiam fricatio requiescere faciens. Et quod in ea intenditur est superfluitatū in musculis retētarum resolutio: quod ex eo ꝑ exercitium nō euacuatᷓ vt euaporet ⁊ non accidat fatigatio. Et oportet quidez vt hec fricatio molliter ⁊ suauiter fiat. Sed que ex ea melior est: est illa q̄ est cum oleo: que cū duricie et grossicie ⁊ asperitate facienda nō est: q̄m membra inde exasperantᷓ ⁊ pueri ab augmento ꝓhibētur: sed in adolescētibus est eius impedimentū minus.

Qd̄ si in fricatōe[d] error cōtingat error q̇ ad ꝑtē duriciei d̄clinet ē sanior errore q̇ ad molliciei ꝑtem declinat q̄m fortē resolutionē facili' est corrigere q̄ corp' mollificatōe ad recipiēdam corruptionē ꝑparare: lz fricatio dura ⁊ asꝑa cū suꝑflua fuerit in corpore pueroꝝ ip̄os crescere ꝓhibeat.

cremēto. C[...] sam vo qua[...] fricatio cu[...] oleo post ex[...] citium me[...] est fricatio[...] sicca tāgit [...] lienus secū[...] do simplici[...] mediane cap[...] tulo. 16. dic[...] Illud qd q[...] rimus ex fri[...] tione cum o[...] leo est ꝙ ip[...] est sm equali[...] tatem. Et i[...] quod lenu[...] ex fricatiōe [...] ca est q e[...] sm equali[...] tem. Et illi[...]

b Quod autem fricatione queritur. In hac ꝑte scda tangit quattuor effectus quos ex fricatiōe querimus in diuersis corꝑibus. Primus est inspissatio rarorū corporū. Et hunc oꝑatur dura fricatio. Et queritᷓ in illis qui pre nimia raritate corporis faciliter passibiles a quibusuis extrinsecis causis: vt frigore: calore: labore: ⁊ ventis. Secundus est induratio molliū corporum: ⁊ hunc operatur fricatio dura ⁊ multa. Et queritur in frigidis et humidis mollibus et pinguibus qui pre nimia mollicie sunt ihabiles ad motus ⁊ labores ⁊ dispositi ad paralisiz ⁊ stuporem. Tertius est rarificatio spissorum corporum. ⁊ hunc operatio fricatio mollis media inter multaz ⁊ paucam. Et queritur in illis qui ꝓpter spissitudinē corporis male emundantur a fumis ⁊ vaporibus. Et dispositi sunt ad oppilatiōes ⁊ morbos ꝓuenientes a causa intrinseca. Quartus est mollificatio durorum corporuz. Et hunc efficit fricatio mollis temperate q̄titatis. Et queritur in duris macris terrestribus melāchonicis qui pre nimia duricie terrestri sunt inagiles ⁊ dispositi ad scliroses ⁊ alios melancholie morbos.

c Est preterea ꝑparationis fricatio. In hac parte tertia p̄mo innuit hanc diuisionem. Fricationuz alia est preparatoria: alia est reductiua. Preparatoria est que precedit exercitiū ⁊ preparat membra ad motum ⁊ incipit suauiter fieri. Deinde gradatim fortificatur ⁊ in fine. s. cum voluntas adest surgendi ab ea indurat id est debet esse durior ⁊ fortior. Sed fricatio reductiua est que statim post exercitium fit ⁊ vocatur etiam fricatio inquiescere faciens ⁊ curatiua. ¶ Attende ꝙ hanc diuisionem prememinit galienus secundo de regimine sanitatis capitulo tertio dicens ꝙ fricationes due sunt. Preparatiua ad opera: ⁊ curatiua que post opera. Preparatiua fricatio in optima natura pueri mollis fit primum: cum vero iam deducendus est ad opera fit dura vt remolliat ⁊ ad actiones erigat ⁊ naturam corporis qualez assumpserit custodiat. Secundo dicit ꝙ finis intētus in reductiua fricatione est resolutio superfluitatum retentarum in musculis: vt euaporet illud quod ex eo scilicet musculo nō euacuatur per exercitium ⁊ vt nō accidat fatigatio. Exercitium enim non exquisite euacuat omnes humiditates quas commouet: ⁊ si ille que relinquuntur in musculis infrigidarentur inducerent lassitudinem. Tertio dicit ꝙ oportet vt fricatio reductiua fiat molliter ⁊ suauiter vt membra demulceat ⁊ a lassitudine prohibeat ea. Quarto dicit ꝙ melior fricationum reductiuarum est que cuz oleo fit sine duricie grossicie ⁊ asperitate: ne membra exaspere[...] vt pueros augeri non prohibeat: verum fricatio dura asper[...] minus nocet adolescentibus qui pene crementum suum tot[...] adepti sunt q̄ pueris adhuc crescentibus: quia adolescētes sun[t] duriores ⁊ minus passibiles ab asperis: ⁊ minus impedibiles [...] est quoniaz in fricatione sicca attrahitur cum manu cutis ⁊ [...] borat cum ea donec quasi duplicet eam ⁊ plicet partem que [...] partem quare extrahit eam ꝑ illud a cursu naturali.

d Qr si in fricatione error contingat. In hac parte quarta [di]cit primo ꝙ si error contingat in fricatione propter excessum [in] duricie aut mollicie eius error in duricie nimia saluior est ⁊ m[i]nus nociuus q̄ sit error in mollicie nimia. Cuius rationem [assi]gnat: quia facilius est corrigere fortem resolutionem q̄ corp[us] mollificatione id est molli fricatione ad recipiēdaz corruptio[nem] preparare id est ꝑparatum a corruptione preseruare. Vel un[de] ge per facilius leuius et minus malum: lz fricatio excedēs in [du]ricie ⁊ asperitate ꝓhibeat crescere corpus pueroruz. Et in hu[ius] rationis assignatione primo innuit prin. ꝙ fricatio nimis du[ra] fortem resolutionem efficit. Secūdo innuit ꝙ nimis mollis [ad] corruptionē preparat. ¶ Sed arguet aliquis ꝙ error fricatio[nis] ex declinatione ad duriciem fit peior. Primo quia mollis fri[ca]tio tactui grata est delectationem ingerens. Dura vero tactu[m] offendit ⁊ dolorem excitat. Dolor autem est de maxime p[ro]s[ter]nentibus virtutem. Item fricatio nimis mollis ilico corrigi p[o]test superinducendo duram: dura vero non sic. Item ad frica[tio]nem nimis duram sequitur resolutio ⁊ siccitas: vt innuit pri[n]ceps. ⁊ ad nimis mollem humiditas: sed facili' est humidum d[e]siccare q̄ siccum humectare: vt ait ꝑnceps p̄mi quarta capl'o se[cundo]. Item dura fricatio cor inanit spiritibus vnde timen[dum] syncopis mollis vo nō. ¶ Pro solutiōe dictarū obiectionū [dic] de p̄mo ꝙ galienus in hoc cōuenit cum prin. ꝙ in fricatione p[re]paratiua si quis peccet melius vl' minus malum est vt ad dur[iti]em declinet q̄ ad molliciē. Sed alias super hoc rationes red[dit]. Ait enim scdo de regimine sanitatis capl'o tertio. In ꝑpara[tiua] fricatione si quis peccabit ad durius repat nō ad mollius. [...] ma rō. Quia parua in hoc imoderatio in cute remanet nihil [...] teriorum alterans. Scda ratio. Et cutis indurata ⁊ densata [nō] leditur: immo fit ita impassibilis. Tertia ratio. Et qd̄ euapora[]tioni deest exercitio replebitur. Si vero ad mollius repat ab [ex]terioribus facile occupabitur. ⁊ nō est ibi preparata correctio: [⁊] magnum fit inde nocumentuz. Et paulopost subdit. Qr nisi [...] euaporationem impediretur cutis durissimam ⁊ spississima[m] fricationem faceremus. Ideoq̄ medium studemus in fricati[one] facere vt euaporetur. et a violentis exterius approximatis [...] tis nō ledatur. Deinde subdit ꝙ in ꝑparatiua fricatione m[eli]us est vt peccemus in pauca q̄ in superflua cum volumus aug[e]re ⁊ minime desiccare puerum. ¶ Attende secundo ꝙ galienus ⁊ princeps in reddendo rationem quare error in duricie frica[tio]nis minus malus est contraria supponere videntᷓ. Nam p[ri]n. supponit ꝙ fricatio dura fortē resolutionem efficit: ⁊ gal. ꝙ eam ꝓhibet. Nam reddēdo rōnes in verbis nunc allegatis quarto

Et tu quidem nūc inuenies hoc post apud rememorationez hore fricationis ꝛ conditionum ipsius. Uerumtamen[e] in hac hora reductioni declarationem addemus. Dicemus itaqȝ ꝙ ipsa pro certo est ac si eēt altera ꝑs exercitij in qua cum oleo incipiēduȝ est ꝛ fortitudine: deinde cū ea ad mediocritatem est declinādum: neqȝ dū in sua existit fortitudine est dimittenda. Et melius quidem est vt priusꝙ̄ dimiserit multe suꝑ eam coniungantur manus. Fricatus ꝑterea[f] membra sua fricata post fricationē extendere debet: vt ab eis suꝑfluitates expellantur. Et fasciaȝ sumat que ad ꝑ

ror in duricie fricationis est minor. dicit ꝑmo ꝙ parua immoderatio seu ꝑuus error fricatiōis dure nimis remanet in cute sola s. densitas ipsius nimia sine alteratione interiorū. Scđo dicit ꝙ cutis indurata ꝛ densata ex fricatione nimis dura nō ledit: imo reddit inde minus passibilis. Tertio dicit ꝙ id qđ deest vł diminuitur de euaporatione in fricatione preparatoria nimis dura: q2 densat cutem supplebitur ꝑ exercitium statim sequēs eā quod poros aperit subtiliat humiditates ꝛ eas resoluit. Et ista cōsonāt huic qđ prius dicebat de dura fricatione ꝙ inspissat. Item galienus in reddendo rōnes quare error in mollicie fricationis est peior ꝙ̄ in duricie dicit primo. Si vero ad mollius repat ab exterioribus facile occupabit. innuens ꝑ illud ꝙ sicut dura fricatio cuteȝ densat ꝛ oppilat sic eam mollis relaxat ꝛ poros eius aperit. Scđo dicit ꝙ nō est ibi parata correctio: q2 exercitiū statim sequens eā nō corrigit sed auget apertionē pororum quā in cute induxit. Tertio dicit. Et magnum inde fit nocumentum s. resolutio nimia spirituū ꝛ caloris naturalis vł ingressus extranei caloris per poros nimis aptos corrumpētis humiditates: q̇bus obuiat. ¶ Attende tertio ꝙ sermones ga. ꝛ prin. de fricatione ꝙ peccans in duricie minus mala est sunt intelligendi nō de fricatione reductiua: sed ꝑparatiua ꝛ de fricatione nō in infantibus ꝛ tenerrimis pueris: sed in induratis. Et de fricatione nō vehementer suꝑexcedente in fortudine vł duratione nimia sue duriciei: sed pauci excessus iō dicit galienus. In ꝑparatiua fricatione si quis peccabit ad durius repat: q2 ꝑua in hoc immoderatio in cute remanet. ¶ Ad primum obiectum dic ꝙ arguit de multum super excedente in duricie. Ad secundū dic ꝙ intelligitur de molli perseuerante tali. Ad tertium dic ꝙ resolutio ꝛ siccitas nō sequūtur ad fricationem parum excedentem in duricie: sed contrarium magis vt ait galienus. Ad quartum dic similiter. Scđo dicit hic princeps ꝙ nos statim post inueniemus hoc quod nunc dictuȝ est de fricatione dura ꝛ aspera suꝑflua in rememoratione hore ꝛ conditionum fricationis.

e Uerūtamen in hac hora reductioni. In hac parte quinta dicit ꝑmo ꝙ nunc addet iam dicitis declarationem reductioni id est fricationi reductiue. Et super huius declaratione dicit ꝑmo ꝙ ipsa re vera est ac si esset altera scilicet pars vltima exercitij. Id voluit galienus tertio de regimine sanitatis capitulo primo dicens. Omni exercitio ꝑfecto vltīa ꝑs apotherapia id est cura seu fricatio curatiua vocat. Secundo dicit ꝙ in hac fricatione reductiua incipiendum est cum oleo scilicet cum effusione olei super corpus ꝛ cum fortitudine scilicet fortius fricādo a principio eius ꝙ̄ in medio vł fine. Deinde cum hac fricatione declinandū est ad mediocritatem inter debilem et fortem neqȝ dimittenda est ꝙ̄diu existit in sua fortitudine. Et fricatio preparatiua contrario modo facienda est scilicet primo debiliter postea fortius: quia est via a quiete in motum exercitialem reductiua vero via est a motu in quietem. Et cum fricatio fortis sit similior exercitio illa debet esse fortior que est ei propior scilicet principium reductiue fricationis ꝛ finis preparatiue: sic seruatur vtrinqȝ gradatio nature amica de quiete ad motum ꝛ econuerso. Tertio dicit ꝙ melius est vt manus plurime cōiungantur super cutem exercitati priusꝙ̄ dimiserit fricationem: vł dum fricatio fit vt alij libri habent. Id voluit galienus capitulo primo secundo de regimine sanitatis dicens ꝙ fricādus toto corpore regendus manibus est: vt nihil nudum relinquatur.

f Fricatus preterea membra sua. In hac parte sexta dicit primo ꝙ fricatus debet extendere membra sua post fricationem reductiuam vt superfluitates expellantur ab eis ille scilicet quas exercitium ꝛ fricatio commouerunt ꝛ nō eduxerunt. Secundo dicit ꝙ membris extēsis fricatus fasciandus est fascia procedente ad partes suorum omnium membrorum: vt membra ipius ꝑ fasciā stricta recolligātur et suas exprimāt superfluitates ꝛ stabilius tēsa teneantur. Tertio dicit ꝙ tensis ꝛ fasciatis membris fricatus retineat anhelitum suū ꝙ̄to plus poterit: vt spiritus retentus per poros transiens secum deportet vel ante se impellat subtilitates vł subtiliatas superfluitates ꝛ foras educat. Quarto dicit ꝙ musculi pectoris tunc extendentur id est extendi debebunt si non graue fuerit: sed leue fricato: puta si fortia sint in eo pectoralia. Extenduntur autem in sufflatione cum retentione anhelitus. Istorum dictorum preter tertium meminit galienus tertio de regimine sanitatis capitulo primo dicens. Sed tendantur fricata ꝛ spiritus contineatur intantū vt musculi thoracis tendantur: vt ita clausis faucibus ad diafragma impellatur. Et auerroys sexto colliget capitulo octauo. Post hoc vero anhelitus retineatur ꝺm ꝙ possibile est quod est: quia retinendo anhelituȝ naturalis calor confortatur ꝛ fortificatur ꝛ poros aperit ꝛ per eosdem superfluitates expellit quemadmodum faciunt illi qui foramina dilatare intendunt: quia exufflando foramen aperitur. Et debet constrictio anhelitus esse cum extensione musculi pectoris ac diafragmatis. Sed extensio musculi ventris parua esse debet: quod est quia per hāc extensionem superfluitates pectoris ꝛ pulmonis ad membra nutritiua expelluntur. Et propter extensionem musculi ventris superfluitates que ipsis insunt ꝛ que ab alijs transmisse sunt inferius expelluntur. Et qui habet debile diafragma a constrictione anhelitus penitus auertat: hec auerroys. Quinto dicit ꝙ musculi ventris postea parum extendantur in fine rei. scilicet postꝙ̄ tensi fuerint musculi pectoris ꝛ alia membra vt intestina per hoc habeant aliquam reductionem id est veluti reductiuam fricationem. Iuxta illud galieni vbi supra. Et tunc scilicet tenso diafragmate musculi qui sunt ꝺm epigastruȝ id est superficiem ventris tendātur: vt ab his ꝛ diafragmate velut a duabus manibus viscera compressa contentam in eis superfluitatem ad exteriora expellant in regiones paratas: puta in ventrem ꝛ in intestina ibi posita. Sed si epigastrios musculos non tetenderis viscerū quidem superfluitates non euacuabis. Sexto dicit ꝙ fricatus inter hoc ꝛ hoc id est inter constrictionem musculorum pectoris ꝛ constrictionem musculorum ventris ambulet. Et proijciat se supinum scilicet dorso inferius ꝛ ventre superius conuerso super lectum aut stratū. Et commisceat pedes suos pedibus sui comparis: vt per hoc excutiantur superfluitates si que remanserint post exercitium et fricationem ꝛ membra singula dirigātur. Septimo dicit ꝙ excellentes exercitantium id est exercitantes se fortibus exercitijs continent aerem id est retinent anhelitum inter exercitia sua: ꝛ hoc proficit ad euacuationem pororum paulatiuaȝ. Iuxta illud galieni tertio de regimine sanitatis capitulo primo. In medijs exercitijs retinere spiritum prodest vt paulatim pori euacuentur.

g Sed tamen reductio quandoqȝ in medio. In hac parte septima dicit primo ꝙ reductio id est reductiua fricatio quandoqȝ interponitur in medio exercitio sic ꝙ exercitans postꝙ̄ peruenit ad medium exercitij sui relinquit ipm ꝛ facit se fricari fricatiōe reductiua: deinde redit statim ad exercitium. Et id precipue tunc faciendū est cū voluntas adest ꝓlongandi exercitiū. Per has enī interpositas exercitio quieteȝ ꝛ fricationem ꝓhibetur corpus a fatigatione ex lōgitudine exercitij.

tes mēbrorum omniū ipsis extensis ꝓcedat. Et tūc ꝙ̄to plus poterit suū cōtineat anhelitum. Et ꝑcipue cum musculi ventris laxi fient ꝛ pectoris musculi si facile fuerit extendentur. Postea etiam musculi ventris in fine rei paruȝ extendent vt intestina inde aliquā habeant reductionē. Et inter hoc: ꝛ hoc eat ꝛ se supinum ꝓijciat ꝛ suos pedes pedibus sui comparis cōmisceat. Exercitātium ꝟo excellentes aerē inter sua cōtinent exercitia. Sed tamē reductio[g] quādoqȝ in medio interponit exercitio. Ipm nanqȝ dimittit: ꝛ deinde ad ipm reditur si ꝓlongandi exercitiū voluntas

Secundo dicit ꝙ exercitandus qui vult reductionem id est reductiuam fricationem in medio sui exercitij nō indiget multa fricatione cū oleo nisi dispositionem in se habuerit que sibi nō placet sicut lassitudinem vl' ariditatem nimiam membrorum: vl' nisi nō querat in fine exercitij sui reductionem aliam siue reductiuaȝ fricationem; sed hac sola contentetur que fit in medio exercitij.
Tertio dicit ꝙ si exercitans senserit fatigationem siue durante exercitio siue post inungēdus est oleo sicut postea dicetur capit'lo.16. doctrina presentis.
Quarto dicit ꝙ si se exercitās ariditateȝ in suis membris senserit fricatio cum oleo augmentāda erit donec per humectationem olei reducta fuerint ad equalitatem membra nimis sicca.
b Fricatio preterea quandoqȝ iuuat. In hac parte octaua dicit ꝙ fricatio membrorum ⁊ compressio eorum fortis cum palmis instante hora somni quandoqȝ ꝓdest. Primo quia corpus alleuiat resoluendo superfluitates q̄ sunt causa grauedinis corporis. Secundo: quia prohibet humiditates fluere ad iuncturas diuertēdo eas ab interioribus ad superficiem cutis. Teste galieno.12. de ingenio sanitatis capitulo tertio dicente. Fricatio nō solum corpus purgat: sed somnum prouocat. ¶ Attende ꝙ fricatio ante somnum dupliciter fieri potest. Uno modo in toto corpore ⁊ hec prestat somnum: corpus alleuiat. ⁊ a iuncturis superflua diuertit dummodo leniter seu suauiter fiat. Nam que fortiter fit nutrimentum trahit ad membra indigestum: quia somni hora est post assumptum cibū Alio modo in extremitatibus solum velut a cubitis vsqȝ ad finem digitorum: ⁊ a genubus vsqȝ ad extremitatem articuloruȝ pedis. Et hac fricatione suaui solent vti quidam delicatorum fere omni nocte que licet somnum prouocet calefacit laxat ⁊ rarificat iuncturas extremitatū ⁊ partes eis vicinas trahens illuc humiditates vnde fiunt apte ciragris ⁊ podagris.

affuerit. Non autem multa indiget fricatione cum oleo qui vult reductionem nisi in ip̄o dispositio fuerit que sibi nō placet: ⁊ nisi nō reductionem querat. Qd' si fatigationē senserit oleo inungatur sicut nominabimus. Et si siccitateȝ senserit fricatio augmentanda erit donec ad equalitateȝ perueniat. Fricatio preterea[b] quandoqȝ iuuat ⁊ fortis compressio cum tempus est dormiendi quoniā corpus alleuiat ⁊ humiditates ⁊ iuncturas fluere prohibet.

¶ De balneo ⁊ nominādis balneis. Capitulum. .V.

Hic autem[a] homini

b in cuius regimine noster cōsistit sermo balneatio resolutionem faciēs nō est necessaria: qm̄ corpus ip̄ius est mundum. Et neqȝ q̄ balneo īdiget eget ip̄o nisi vt ab ip̄o habeat calorem subtilem ⁊ humiditatem tēperataȝ. Quapropter isti in ip̄o nō multā debent facere moram. Qd' si in fonteȝ descenderint in ip̄m ingrediant' quousqȝ ip̄orum rubet ⁊ inflatur sup̄ficies. Et in p̄ncipio resolutionis ab eo remoueant'. Et aer in circuitu ip̄orum aquam dulcē fundēdo humectet'. Deinde velociter lauētur, ⁊ egrediant'. Oportet p̄terea ne exercitatus ad balneum velociter p̄gat donec perfecte quiescat. Balneorum v̄o[b] dispositiones ⁊ eorū cōditiōes iam declaraui ⁊ in alio loco rettuli. Uerūtamen qd' hic dicere debemus est ꝙ oēs balneandi s'm ordinem balnei casas ingredi debēt. Et neqȝ in domo calida morent' nisi s'm q̄titatem que eis nocumentū nō inferat ⁊ requiescere faciat ꝓpter sup̄fluitatū resolutionē ⁊ corp̄is ad nutriens preparationem a debilitate ipsum custodiendo: et ab aliqua forti causarum febrium putridarum.

loco puluerulento vl' vsqȝ ad sudorem: tunc enim indiget balneo quo abstergatur ⁊ lauetur a pulueribus ⁊ sudore. Tertio dicit ꝙ si iuuenes exercitati descenderint in fontem. i. tinam aqua calida plenam intrēt ip̄m ⁊ stent in eo donec cutis seu superficies suorum corporuȝ rubeat ⁊ intumescat: ⁊ ꝙ primū incipit ab eo resolu[tio] fieri vel cum detumescere protinus exeant. Et aer [...] nā circundās humectet p[...] rima effusione aque tep[ida] de dulcis consequenter lauentur veloci[ter] ⁊ egrediantur a locis balnei et tunc. Quarto dicit ꝙ exercitatus non debet ingredi balneum donec perfecte quiescat[...] lucȝ donec san[...] guis cum spiritus per exercitium commoti quiescant ⁊ anhelitus factus velox et magnus ad p[ro]prium redeat tēp[er]amentum ne calor balnei calori exer-citij superadditus debilitet ⁊ resoluat. ¶ Attende ꝙ galienus tertio de regimine sanitatis cap'lo secūdo moduȝ ⁊ vtilitatē balnei post exercitiuȝ in quinqȝ ꝓpositionibus describit. Prima est exercitatus iuuenis ducendus est ad balneum: etsi p[ro]pter nullam aliam ha[...] buerit vtilitatem: q[uia] iam ab exercitio moderato curatus est [...] catus. Scd'a est. dura ⁊ tenera membra per balneuȝ molliuntur: euaporatur si quid superfluitatis ⁊ liquefactionis carnis mollis vel pinguedinis intus acute contineatur quod in immoderatis contingit exercitijs. Tertia est. iuuenis temperatus non indiget exercitio propter hec: quia superflua per exercitium ⁊ fricationem satis in hoc sunt euacuata: ⁊ ip̄e nō solet immoderate exercitari. Quarta est. iuuenis tēperatus indiget balneo ad hoc solum vt a sudore lauetur ⁊ puluere. non vt calefiat in balneo sicut isti qui sine exercitio balneant' decoquētes seip̄os. Quinta est iuuenis temperatus dum balneatur post exercitiū nō debet contrahere moram in solio seu aere balnei: sed lotus ad aquam moderate festinet: quia hec moderate nature corporis congrua est.

b Balneorum vero dispositiones ⁊ eorum. In hac parte secunda primo dicit princeps se iam declarasse ⁊ retulisse dispositiones ⁊ conditiones balneorū scilicet capitulo vltimo summe prime doctrine secunde fen secunde primi. Secundo dicit q[uod] illud qd' hic nunc dicendum restat est primo ꝙ omnes balneandi debent ingredi casas balnei s'm ordinem scilicet primo p[ri]mam que comparatione ad alias frigida est ⁊ humida ⁊ in se temperata. Postea secundam que calida est ⁊ humida lotioni corporum ⁊ tinis aptata multa aqua respersa. Deinde tertiam que est calida ⁊ sicca sudoris abunde prouocatiua si diu stetur in ea: q[uia] natura non sustinet sine grauamine subitas mutationes. Secundo dicendum est hic ꝙ balneandus non moretur in domo seu casa calida balnei nisi tali mensura ꝙ non recipiat inde nocumentum supercalefactionis resolutionis nimie vl' debilitatis: sed tali mensura stet in ea ꝙ req̄escere faciat suaui somno ꝓpterea ꝙ sup̄fluitates resoluit ⁊ corpus p̄parat ad receptionem nutrimēti: ⁊ tali mēsura ꝙ custodiat ip̄z a debilitate que p[ro]uenit ex nimia repletōe caloē innatū ebetāte: ⁊ tali mēsura ꝙ p̄seruet

¶ De balneo ⁊ nominandis balneis. Capitulum .V.

b Hic autem homini. In hoc capitulo ostendit primo quibus ⁊ propter quid competit balneum ⁊ moduȝ ⁊ horam sui vsus Secundo ordinem ingrediendi casas balnei ⁊ tempus morandi in eis ⁊ vtilitates eius ibi[Balneorum vero dispositiones ⁊ eorum] Tertio horā balneationis querentium impinguari per balneum cum modo preseruationis ab oppilatione: ⁊ querentium demacrari: ⁊ querentium solum sanitatem seruare ibi[Qui vero impinguari desiderat] Quarto modum preseruandi eos in quibus timetur ebullitio cholere ex balneo ibi[Et si timet ne cholera ebulliat] Quinto quibus nō cōpetit balneuȝ ibi[Sȝ qui febrem habet a balneo] Sexto vtilitates ⁊ nocumenta balneorum ibi[Et tu quidem iam sciuisti]

a In p̄ma parte dicit primo ꝙ balneatio resolutionem faciens non est homini necessaria: de cuius regimine hic agitur. s. iuueni temperato: q[uia] corpus ip̄ius est mundū: ⁊ ita nō indiget resolutione sup̄fluitatū Scd'o dicit ꝙ ex iuuenibus tēperatis ille qui balneo indiget: nō indiget eo nisi vt acquirat ab eo calorem subtilem id est moderatuȝ demulcentem tactum ⁊ humiditatem tēperatam in qua voluptuetur. Et id'o nō debet in eo multum morari nisi se paulo plus debito exercitauerit. tunc enī indiget humectatōe balnei corrigente siccitatē ex motu ortaȝ: vl' nisi paulo min' debito se exercitauerit ⁊ fricauerit. Tunc enī indiget calore balnei p̄ficiēte resolutionē opportunā: vl' nisi se exercitauerit in

ipsum ab aliqua causa forti febrium putridarū: sc3 ab oppilatione pororum que potissima est causa est putredinalium febrium ꝓpter prohibitionē euentationis humorū et retentionē ac conculcationē fuliginum corrumpentium eos.

c Qui vero impinguari desiderat balneū ⁊c. In hac parte tertia primo agit d̄ hora balnei impinguatiui. Scd̄o d̄ macratiui ibi [Qui autem vult resolutionē] Tertio custoditiui sanitatis ibi [S3 qui sanitatē tm̄ vult] ¶ In p̄ma dicit primo ꝙ q̄rens īpinguari debet intrare balneū post comestionem dūmodo fuerit assecuratus ꝙ oppilatões ei nō accidāt: puta q2 est laxarū viarum subtilium humorum nō ꝓnus ad eas nec assuctus eis si ne forti causa vel hab3 ī vsu medicinā ꝓ-ptam contra oppilationes. Eiusdem sentētie meminit rasis q̄nto almāsoris capitulo de his que corpus impinguāt dicēs. Conuenit preterea post cibum balneari et oleo prius inūgi debet et postea aquā tepidam super corpus proijcere. Cuius ratio est duplex. Una est. quia balneū copiose trahit sanguinē ad membra: nec membra nutritionis ei resistūt: sed liberaliter transire ꝑmittunt iam cibo munita. Secūda est. quia balneum hac hora vehementer humectat vnde fit vt nutriēs faciliter membris iūgat̃ et inuiscetur: verūtamen per hoc indigestus cibus trahitur ad epar. Secūdo dicit ꝙ qui querit ab oppilatōnibus preseruari si fuerit calide complexionis bibat oxymel quod ratione mellis nutrimenti vias et superfluitatum eius abstergit ⁊ mūdificat. Et est triplex oxymel: vnum simplex: aliud diureticū: aliud squilliticum inter que minus calidū est simplex: sed magis apritiuum est diureticum. Et iterum simplex oxymel triplex inuenit̃: vnum est pauce commixtionis quod ex partibus aque sexdecim ⁊ vna mellis fit. Et istud infrigidat calefactis cōferens. Aliud multe commixtionis ex partibus aque quattuor et vna mellis et hoc calefacit. Aliud medie commixtionis ex octo partibus aque et vna mellis quod remisse calefacit frigiditate aque prohibente caliditatē mellis. Tertio dicit ꝙ volens se preseruare ab oppilationibus si fuerit frigide complexionis bibat dyamentastrū scilicet electuarium de mentastro et dyatrionpipereon id est electuariū de tribus generibus piperum scil3 albo nigro et longo quod describitur q̄nto canon. summe prime tractatus tertij. Et pro vnaquaq3 vice sumat dragmam vnam de altero istorum cū paruo haustu purete cicerum vel aque feniculi aut apij vel viui albi vel hydromellis. ¶ In secūda dicit ꝙ querēs resolutionem sue superflue humiditatis et macrefieri debet balneari famelicus et longo tempore in balneo morari: sic eni3 resoluitur humiditas corporis et siccatur corpus ab innata caliditate coadiuta calore balnei deficiente alimento quod resoluta restauret.
¶ In tertia dicit ꝙ querens ex balneo seruare dūtaxat sanitatem corporis sine demacratione vel impinguatione debet ingredi balneum post digestionem cibi iam completam in stomacho et in epate. ¶ Attende ꝙ balneum in regimine pure conseruatiuo debet fieri non statim post digestiones completas in stomacho et epate: sed etiam in venis quia fieri debet post exercitium. Iuxta illud galieni secūdo de regimīe sanitatis capitulo tertio. Cū iuuenis est exercitādus est et durius fricādus ⁊ post exercitia facta est balneandus: sed tempus exercitij est optimū quādo hesternus cibus fuerit perfecte digestus et qui in vētre et qui in vasis ⁊ alterius cibi instat tempus vt ait idem dicto libro capitulo secundo.

Qui vero īpinguari desiderat balneum post comestionē ingrediatur si securus fuerit ne oppilationes accidāt. Et qui bene se custodire voluerit si calide fuerit complexionis oxymel bibat propter oppilationū ꝓhibitionē. Et si frigide fuerit cōplexionis diamētastrū bibat ⁊ diatrionpipereon. ¶ Qui aūt vult resolutionē et macrefieri balneādus est dum est famelicus ⁊ ibi multū moret̃. ¶ S3 qui sanitatē tantū vult ꝯseruare balneum ingredi debet postq̄ digestū est quod est in stomacho ⁊ in epate.

Et si timet ne cholera ebulliat rubea si hoc fecerit ⁊ se ieiunus balneauerit ante balneationē rem sumere debet subtilē quā comedat. Et qui calide existit complexionis cholera abūdans rubea hoc est ei necessariū Et huius ab ingressu domus balnei calide prohibēdus est. Ex eis autem quibus isti cibant̃ melius est panis in succo fructuū infusus aut ī aqua rosata. Et se custodire debēt rē frigidam actu bibāt in egressione balnei aut in balneo: qm̄ pori sunt aperti. q̄re frigiditas nō tardat̃ q̄n ad membrorum p̄ncipaliū corpora ꝓcedat. et ipsorum corrumpat virtutes. Ab omi quoq3 re vehemētis caliditatis se custodire debēt ⁊ precipue ab aq̄: quoniā si eā sumpserit timēdū erit ne cito ad membra penetret p̄ncipalia et accidat ptisis ⁊ ethica. Preterea sibi caueāt ne cito balneū egrediantur et caput post ipsum discooperiant et corpus ad recipiendā frigiditatem exponant. A balneo vero egredi debent si tempus fuerit hyemis suis bene cooperti pannis.

Sed qui febrē habet a balneo se

d Et si timet ne cholera ebulliat rubea si hoc fecerit ⁊c. In hac quarta parte dicit primo ꝙ ille debet comedere rem subtilē ante balneationē qui timet ne cholera rubea in eo ebulliat si hoc fecerit id est se balneauerit iam ꝑfectis digestionibus et ieiunus. In tali enim cholera ebulliens vel febrem inducit vel ad os stomachi profluens et ipsum pungens sincopi generat ex vehementi dolore corde sibi cōpatiente. Secundo dicit ꝙ hoc scilicet sumere rem subtilem aut cibū est necessarium ante balneationem ei cuius cōplexio ē calida et qui abūdat ī cholera rubea. q2 aliter balneū commouebit eius choleram ebullire faciens eam. Et cum hoc preseruandus est ne subintret casam balnei calidam maxime tertiam que suo calore plus alijs choleram ebullire facit. Tertio dicit ꝙ cibus melior istis ante balneationem est panis infusus in succo fructuum: vt malorum granatorum vel macianorum acetosorum vel cytoniorū aut panis infusus in aqua rosata. Talis enim choleram reprimit os stomachi confortat et calorem temperat. nec trahitur per balneum ad epar ante sui digestionem cum balneum talium sit remisse caliditatis
Quarto dicit ꝙ tales calidi cholerici preseruare debent ne vel in exitu balnei vel in balneo rem actu frigidam bibant. quia per poros a balneo apertos quasi repente trāsiret ad membra p̄ncipalia maxime ad epar corrumpens suas virtutes actuali frigiditate: sicut vides equos labore estuantes adhuc sudorosos adaquatos aqua frigida statim mortifundi. Quinto dicit ꝙ tales calidi cholerici debent sibi cauere ne rem vehementer calidam in egressu balnei vel in balneo bibant maxime aquam calidam: quia verendum est ne subito penetrans vsq3 ad membra principalia ptisim id est consumptionem corporis et ethicam inducat sua resoluenti caliditate. Sed quare dicit precipue ab aqua: nunquid bibitum vinū calidum aut nectar aut ypocras post balnem bibitum: vel in balneo citius induceret ptisim vel ethicam q̄ aqua: cum quodlibet horum cum sua actuali caliditate sit potentia et virtute calidum et siccum. Dic ꝙ ista plura ꝓstant beneficia que non prestat aqua. Primo quidem sunt familiaria humane nature. Secundo confortant membra principalia. Tertio nutriunt. Quarto generant et multiplicant spiritus. Quinto facilius aqua resoluuntur: et quia nutriunt plus de eis retinetur in membris nutritiuis transeundo per ea et plus de eis singulis impartitur mēbris. Sexto dicit ꝙ calidi cholerici cauere debent ne repēte balneum exeāt ⁊ ne caput suū post ip̄m detegāt ⁊ ne corpus suū frigori exponāt: q2 tales natura rari sunt ⁊ balneum hos magis rarificauit poros aperiens quare frigidus aer libere subintrās interiora debilitat et calorē innatū vel extinguit vel diminuit. Septimo dicit ꝙ calidi cholerici debent a balneo exire tp̄e hyemali suis pānis vndiq3 bn̄ cooperti ne tūc penetrent̃ a frigore intēso cōtinentis eos aeris.

e Sed qui febrem habet a balneo se custodiri deb3 ⁊c. In hac parte quinta prohibet balneū in tribus casib9. Primo quidē in febre hora

febris: quia febris est calor naturalis mutatus in igneū vt ait galienꝰ p̄mo amphorismoꝝ cōmento illius can̄. Humide diete oībus febricitantibus cōferunt. Balneū igit̄ superigniēs amplius febrē augmētabit. Scd̄o in solutione cōtinuitatis. nā si noua fuerit que plaga dicit̄ balneū nocet augmētando sanguinis fluxum. Si vetus dicta vlꝰ bal-

custodiri debz ī hora febris ⁊ qui solutionez habet cōtinuitatis aut apostema. Et tu^f quidem iam sciuisti ex eo qd̄ precessit ꝙ balneuz est calefaciens et infrigidans humectans et desiccans iuuans et impediens. ¶ Et eius quidem iuuamenta sunt somnū facere et aperire et abradere et resoluere et digerere ⁊ nutrimētū

neuz nocet augmentando putredinez ⁊ humectando vlꝰ qd̄ potius debet exiccari: qꝛ vlcera nō sanātur nisi desiccentur. Tertio in apostemate qꝛ materiā apostematis amplius ītumescere facit ⁊ in ca putredinē dilatat. ¶ Instabit aliq̄s p̄mo d̄ febre ephimera cui cōpetit balneum. Iuxta illud galieni octauo de ingenio sanitatis capl̄o tertio. Sz vos scitis ꝙ hmōi febricitātes in p̄mo die secūdo et tertio māe quoqꝫ meridie ⁊ vespere ⁊ noctu in balneum misissem et bene euaserūt quarto et q̄nto die sine macula ad solitū opus exeūtes. Et p̄mo de febribus ad glauconē capl̄o sexto d̄ curis ephimerarū ait. Curare aūt oꝫ balneo omnes. Eos quidē qui in dēsitate cutis aut ī bubonibꝰ febricitauerit si in aere balnei tardare p̄ceperis nihil ledes. Reliquos v̄o oīs q̄cito ab aere remoue: in aqua v̄o si amplius morari voluerint cōcede. Scd̄o de febre ethica cui balneū cōuenit. Iuxta illud ga. decimo de ingenio sanitat̄ capl̄o nono. Dico ꝙ oīs habēs ethicā maxime veniēs ī ptisim si nō habeat aliquā febrem de putredine vel de apostemate viscerū oꝫ in balneum mittat̄. Tertio de putrida cui competit balneuz post purgationē. Iuxta illud galieni vndecio de ingenio sanitat̄ capl̄o octauo Ego vero nullū febrientē ex putredine in balneū introduco nisi prius materia purget̄. Sed materia purgata balneū et cathaplasma prepa ro. Et capl̄o decio eiusdē laudat balneū tā ī putrida cōtinua q̄ ī īterpolata: dicēs. Cūqꝫ cruda materia ⁊ putrida fuerit digesta ponat̄ molle cathaplasma ⁊ balneū sine dubio p̄paret̄. In eis tn̄ que sunt intpolate facit febre dissolui incipiēte: quia tūc temp̄is balneū p̄parabit corpus in sumēdo cibo. Et p̄mo de febribus ad glauconem capl̄o. 14. de cura febris tertiane ait. Si v̄o digestionis signa appareāt etsi multotiens balneaueris nō vtiqꝫ peccabis. Et paulo āte ibi ait. Eos v̄o qui amant balneū neqꝫ si bis balneaueris in die peccabis. Et in quartana laudat p̄nceps balneū quarti p̄ma tractatu. 2. capl̄o. 59. Quarto arguitur ꝙ in vulneribus cōuenit balneū. Nam ptisis est vulnus ī pulmone. sed p̄nceps ptisicis concedit balneū tertij decima capl̄o vltimo dicens. Et quādoqꝫ cōcedit̄ vt ipsi ingrediant̄ balneū ante cibū ⁊ post ip̄m cum nō est in epatibus ip̄oꝝ oppilatio. Ip̄m em̄ impinguat eos ⁊ confortat ip̄os. Quīto arguit̄ ꝙ ī apostematibus. qꝛ peripneumonia ⁊ pleuresis q̄ sunt apostemata balneo iuuant̄. Teste hyp. particula tertia regiminis acutoꝝ circa finē dicente. Balneare in p̄ipneumonia iuuātiꝰ est q̄ in acut̄ febribꝰ. In latere etiā tenere coste atqꝫ īter spatulas existentē dolorem mitigat. Item excoquit̄ quod per sputū necesse est excreari ⁊ adiuuat flatum etiā bonificat ⁊ screatus aufert laborez: q̄a artus mollit cutem humidā facit vrinam expellit capitis releuat grauitatem nares humidas reddit. Idem dicit galienus in commento. ¶ Ad primū secundū ⁊ tertiū obiecta dic principē hic voluisse balneum nō debere ministrari in putridis interpolatis hora febris maxime ante declinationē: neqꝫ ī continuis ante digestionē materie. Ad q̄rtum dic ꝙ balneum non conuenit in ptisi ratione vulneris: sed ethice sequētis ad ip̄m. Ad q̄ntum dic ꝙ in principio augmēto ⁊ statu peripneumonie ⁊ pleuresis balneū non competit: quia his temporibus fluxum materie ad locū egritudinis augmētat ⁊ putredinē dilatat et febrem incendit. Sz ī declinatione competere potest. Iuxta illud p̄n. tertij decima tractatu q̄nto capitulo tertio. Et post declinationem manifestaz administra balneū. Istud facere in gallijs nō soliti sumꝰ: sz veteres assueti balneis liberiꝰ ⁊ liberalius ea suis patiētibus ɔcesserunt et qꝛ minus tūc tp̄is se replebāt ⁊ magis purgabāt. vnde suspicio d̄ recidiua nō tanta habebat̄ sicut nūc apud nos.

f Et tu quidem iam sciuisti ex eo quod ⁊c. In hac parte sexta primo tangit actus oppositos in quos potest balneum. Secūdo iuuamēta balnei ibi [Et eius quidē iuuamenta] Tertio nocumēta eius ibi [Eius autem impedimēta sunt. ¶ In prima p̄ticula dicit ꝙ iam scimus ex precedētibus scilicet ex scriptis p̄mi secūda doctrina secūda sūma p̄ma

ad cutis superficiē attrahere. Et ipsius iuuamentū nō est nisi in resolutione eius qd̄ resolui volūt ⁊ ī expulsione illiꝰ qd̄ volūt expelli ī parte naturali et in retētione ventris ⁊ remotione fatigationis. ¶ Eius autē impedimēta sunt debilitare cor si mlt̄ū morati fuerint ⁊ facere syncopim et nauseā: ⁊ hūores quietos mouere ⁊

¶ In quinta pticula dicit primo ꝙ cibus subtilis facilis digestiõis sicut pullus oua petrosi pisces in stomachis quorundam vsti corrumpuntur ⁊ grossi duri difficiles digeri sicut panis azimus caules bos porcus ceruus digeruntur. Huiusmodi sunt hi quorum stomachi sunt vehementer calidi et velut ignei. Tales regi ꝯuenit cibis grossis duris et vitare leues ⁊ subtiles cibos. Iuxta illud galieni capi. primo libri de virute cibariorum. Et q̃dem necessarium est ꝙ homo cui dominium est complexionis calide ⁊ cuius stomachus calefit velociter propter generationem cholere citrine ⁊ ꝙ ille in cuius stomacho generatur multa cholera citrina aut aliunde sibi effunditur nutriatur cibis grossis dure digestionis. Et eniꝫ eos digerit ⁊ non digerit eos leues subtiles facilis digestionis. quia cholera est potentior super lenibus cibis et corrumpit eos et non potest corrũpere grossos. Et ideo inuenimus homines qui non digerũt carnes pullinas et que assimilantur eis ex cibis leuibus. hec galienus. Secundo dicit hic princeps ꝙ ex eis est q̃ huic existit cõtrarius id est aliqui hominum sunt in quorũ stomachis cibi duri fortes digeri non pñt et leues ⁊ subtiles bñ digerũtꝰ. ¶ Attende ꝙ galienus libro de virtute cibarioꝝ capitulo scd'o primo describit hos subtiles cibos secundo declarat quibus conuenit dicens. Ciborum enim quidaꝫ sunt ex quibus genera-

tur sanguis purus ⁊ subtilis. Et dicuntur ipī subtiliātes. quia sanguis qui generatur ex eis qn̄ cōmiscetur sanguini q̄ est in venis reddit eum totum subtiliorem ꝙ̄ prius esset sicut medulla panis frumenti lota pluribus lotionibus et carnes pullorum ⁊ aduragi id est turturis et fascani ⁊ ascelle omniū auiū ⁊ carnes paruorū pisciū in quibus non est viscositas et cucurbita ⁊ almesci id est aqua pisorū et que assimilantur eis. ⁊ hm̄oi genera ciborum conferūt ei qui non mouetur et illi in cuius corpore calor naturalis ē debil' ⁊ q̄ nō potest vitare qui generetur in epate aut splene oppilatio aut in renibus aut in pectore aut in cerebro aut in iuncturis suis aliquid superfluitatis: hec galien᷒.

est qui huic existit contrarius quorū quisq̄ ſm suum stomachum est regē dus. Regiones quoq̄ naturas habent proprias ⁊ vsus sunt res extra rationē. Et hoc q̄dem obseruanduz est: ⁊ oportet vt expimentum in hoc rationem vincat. Est enim cibus qui

Tertio dicit hic prin. ꝙ vterq̄ predictorū regendus est ſm suum stomachū scʒ habens stomachum igneum cum grossis duris: et hn̄s debilē frigidum cū subtilibus cibis g Regiones quoq̄ naturas habēt. In hac parte septima primo agit de regimine corporum penes regionem ⁊ vsum. Scdō penes figuraʒ et complexionē ibi [Unaqueq̄ preterea] Tertio de dimissiōe cibi de se boni nocentis alicui ibi [Ex hoibus] Quarto de fiducia non habenda in malis cibis licet bene digerantur ibi [Ille vero in quo] Quinto de casu in quo larga comestio ciborum bonoꝝ corporibus impuris concedi solet ibi [Et sepe etiam. Sexto de regimine rari corporis ibi [Cum vero alicuius] Septimo de frequenti minutione cōedentium multam carnem ibi [Amplius qui] Octauo de remedijs quibusdam conferentib᷒ frigidis ibi [Et ille cuius.

¶ In prima particula dicit primo ꝙ regiones habent proprias naturas ſm quas variatur regimen incolentium eas. vt incole trium primorū climatū ex forti calore cum siccitate suarum regionū sunt debiles rari macri resoluti quare frequenti egent refetione ex cibis subtilibus frigidis et humidis. Et contrarium est ꝺ incolis triū vltimorū climatuʒ. Illi vero de quarto climate veluti medij medie se habent. Secundo dicit ꝙ̄ vsus id est cōsuetudo habita circa cibos et potus est res extra rationem id est extra regulas artis medicine. quia consuetudines sunt singularium: ⁊ regule medicine sunt vniuersales: sed singularia sub arte non cadunt propter eorum innumerabilitatem et instabilitatem. Uel expone ꝙ vsus sunt res extra rationem id est ꝯ canonē artis medicine. vt ꝙ malus cib᷒ preferat̄ bono quasi sit melior: quia consuetus vel quia incōsuetus humana ratio cedit experimēto: vt humana ratio dictat ꝙ hedine carnes vel mutonine facilius bouinis digestibiles sunt. ⁊ experimentum docet ꝙ aliqui ex consuetudie melius digerūt carnes bouinas ꝙ̄ hedinas. In quo cāu statur experimento ⁊ nō rōni. quia consuetudo est altera natura. Et hec consuetudo fundatur in familiaritate substātie que solo experimento cognoscitur ⁊ maxime confert ad bonam digestionē ciborum ⁊ potuum. Iuxta illud galieni sexto ꝺ regimine sanitatis capitulo quarto. Familiaritas vero que est ſm totam substantiam experimento solo cognoscitur. Maximam igitur virtutem in digestione eorum que comeduntur ⁊ bibuntur non ſm ventrem solum sed ⁊ ſm totum corpus et epar ea q̄ ſm totam substantiam familiaritas habet. Tertio dicit et hoc quidem obseruandū est videlicʒ vsus seu consuetudo. Et oportet vt experimentuʒ in hoc scilicet vsu vincat rationem puta quia cibus aliquid mali habēs comedi solitus conuenientior est cibo bono non vsitato neq̄ consuetudo consilio medici subito mutanda est licet mala fuerit in cibis et potibus. Iuxta illud galieni capitulo primo de virtute cibariorum. Et nō debes ipsam immutare consuetudinem cum est longa et ampla et si sit illaudabilis vel nō bona quādonō inducit aliquid necessitatis ad mutationem suam. Nam consuetudo est natura secunda sicut memorat sapiens hypo. Or si emineat aliquid inducens ꝙ mutetur ab ea cōuenientior rerum in eis est ꝙ̄ mutetur ab ea paulatim. hec ille. ¶ Attende ꝙ licet consuetudines alique quibus mali cibi: quia consueti preferuntur bonis: videantur prima facie ratione carere non tamen penitus ratione carent vt declarat galienus libro de virtute consuetudinis caplo tertio sub aliquibus propositionibus. Prima propositio est. sicut panis paratus dicitur post immixtionem farine cum aqua fermentationem et decoctionem sic cibus in stomacho post digestionem. Ait enim ibi. Queadmoduʒ panis frumentarij id est pistores dicuntur coquere non cuʒ molentes ⁊ diuidentes in tenues particulas comminuunt frumenta: sed cuʒ super hoc madefacientes aqua ⁊ fermento miscentes

deinde cooperientes aliquo fouentiū dimiserint donec vt ipsi vocant fermententur et post hoc per clibanum aut caminum assent: ita in eis que in ventreʒ transglutiuntur non cum in cū transglutita fuerint digesta eē aimus: sed cum sicut que coquūtur frumenta ſm qualitatem transmutationem habuerint. Secunda

solet comedi in quo aliquod existit nocumentum: ⁊ est cōuenientior bono non vsitato. ¶ Unaqueq̄ preterea figura ⁊ complexio cibum habʒ conuenientem ⁊ consimilem ad quē mutandum si voluntas affuerit nocumētum ei faciet ⁊ impedimentū.

est. sicut oportet triticum in panem bene preparatum conuerterit per artificiū ad qualitateʒ nobis propriā: sic in stomacho cibū ad qualitatem nobis magis propriaʒ

Ait em̄ ibi. Queadmodū aūt in panibus in pprlam nobis cōcedentib᷒ duci opʒ q̄litatē qd̄ coquit̄ triticū: ita ⁊ in ventre adhuc magis i ppriorē. Nomīo aūt ppriorē alterā altera ſm similitudinē futuri ex ea nutrituri corpis. Tertia ē. diuersis corpib᷒ diuersa nutrientia sunt ppria. Ait em̄ ibi. Aliud alij corpi nutrimētū ppriū est. Et ppter hoc aīalia ad ppria veniūt nutrimēta idocte a natura ducta. Subiugalia q̄dē ad herbas paleā ⁊ fenū ⁊ bordeū: leones vero ad carnes sicut ⁊ leopdi ⁊ lupi. Quarta ē. sicut ppria nutrientia diuersificātur in gn̄ibus ⁊ spēbus aīaliū: sic in idiuiduis vt qd̄ est ppriū nutriens vni homi nō sit pprium sed contrarium alteri. Ait em̄ ibi. Queadmodū aūt in aīalib᷒ ſm genus nō parua differētia ppriorū vnicuiq̄ nutrimentorū ē: ita ⁊ ſm spēʒ ꝯtracta scʒ ad indiuidua in generib᷒ inueniūtur differentie magne. His quidē neq̄ gustare potētib᷒ vinū ꝙ̄ multū āt alijs intristanter bibētib᷒. ⁊ his quidem bouʒ ⁊ hircorū ⁊ arietum carnes cum delectatione cōedentib᷒: digerētibus aūt intristāter his vo neq̄ odorē carū sustinētibus neq̄ esum. Quīta ppō est. hoīes delectabili᷒ q̄sdā cibos alijs recipiūt ppter familiaritatē nature cū eis: quidenē eis bn̄ digestibiles. Ait em̄ ibi. Om̄ aūt hoc ita habere videt̄ pmū q̄dē ill᷒ opʒ memorari. s. afferre hoīes delectabil᷒ aliqua alia ſm familiaritatē nature venireq̄ ad eorū esum magis quēmodū ⁊ bn̄ digestibiliū eis eē visoꝝ: auertere aūt ⁊ fugere ab indelectabilib᷒ ⁊ idigestibilib᷒. Sexta est. consuetudo est signū ⁊ causa pprietatis naturalis qua cibus aliq̄s ē delectabilis ⁊ bn̄ digestibilis. Signū q̄deʒ q: cōsueta delectabiliter recipiūtur. ⁊ bn̄ digerūtur. sicut docet experimētuʒ. Cā vo q: volentib᷒ aliquē cibū sibi assuefacere indelectabiliter ⁊ cū nocumento a principio recipiūt ipm: post ꝯsuetudinē vo delectabiliter ⁊ sine nocumēto. Consuetudo ergo effecit vt cib᷒ pm᷒ indelectabilis et nociu᷒ factus sit delectabilis familiaris ⁊ iuuatiu᷒. Ait em̄ ibi. Itaq̄ ⁊ signū ē hec assuetudo pprietatis naturalis. Om̄ aūt ⁊ vt causa fit multotiens manifestū est ex dispositis q̄deʒ indelectabiliter vel cuʒ nocumento ab aliq̄bus in pncipio. Si aūt paulatiʒ cā q̄ ad ipa assuetudinē sustineāt neq̄ indelectabiliter adhuc disponit̄ neq̄ cuʒ nocumēto. Septia est. cā propt̄ quā consuetudo facit de cibo prius indelectabili ⁊ nociuo delectabilē ⁊ iuuatiuū ē q: sicut q̄sq̄ hominum cibum suuʒ alterat ad sui naturam sic alteratur ab eo quodāmodo trahit ad similitudinem eius. Ait enim ibi. Cā autem hui᷒ talis ē quēadmodū alteratur ſm qualitatē cōestorum ⁊ bibitorum singulum: ita id disponit aliqualiter id quod alterat. Octaua est. quia non solum id quod nutritur alterat nutriens sed etiā nutriens alterat nutritum quadam modica alteratione quaq̄ vice necesse est in pcessu tpis alteratōes modicas iteratas puenire tandē ad magnā ⁊ notabilē alterationē hui᷒ qd̄ nutrit̄ a nutriente taliter ꝙ alteratio facta a lōgis ꝯsuetudinib᷒ ad similitudinē accedit ppetat̄ nālis. Ait em̄ ibi. Om̄ igit̄ nō solū alteratur qd̄ nutrit ab eo qd̄ nutrit̄: sed ⁊ id aliq̄lit̄ alterat breui q̄dā alteratione necessariū ē breuē quādā hāc dignā rōne i tpe fieri vt i equitatē accedat ppetat̄ natural̄ ea q̄ a diuturnis assuetudinib᷒ Igitur in eis q̄ comedunt̄ ⁊ bibunt̄ iuenta eē mihi videt̄ cā assuetudinis virtutis. hec gal.

¶ In scd̄a dicit ꝙ vnaq̄q̄ figura. i. habitudo corpis in carnositate pinguedine macie ⁊ mediocritate et q̄q̄ complexio cibum propriū habet sibi conuenientē ⁊ ꝯsimilem. quē si quis pmutet nocebit ⁊ impediet maxime si subito illō fiat. quia fundamētum delectationis digestibilitatis ⁊ nutritionis consistit in ꝯuenientia q̄daʒ ⁊ similitudine occulta nutrientis ad nutritum

¶ Ex hoibus quoq̄ȝ est cui aliquod nutrientium bonorum ⁊ laudabiliū nocet. ipsum ergo relinquere ē ei cōueniens. ¶ Ille vero in quo mala digeruntur nutrientia ob hoc non decipiatur. quoniā post dies in ip̄o mali generabuntur humores egritudines facientes et pernecantes. ¶ Et sepe etiaꝫ conceditur ei in cuius corpore mali habētur humores vt rem bonam largiter comedat. ⁊ proprie cum non patitur ventrem sibi solui propterea ꝙ est debilis. ¶ Cum vero alicuius corpus rarum fuerit ⁊ ad resoluendum facile nutriendus erit ex nutriente humido qđ cito digeratur: licet rara corpora magis tolerare possint nutrientia grossa ⁊ diuersa: ⁊ sint longinquiora ab hoc vt cause intrinsece ea ledāt ⁊ magis apta recipere extrinsecarum causaruꝫ īpedimēta. ¶ Ampli⁹ qui multā ꝯsueuit cōedere carnem si ociosus fuerit se frequēter minuere dꝫ. ¶ Et ille cu-

¶ In tertia dicit ꝙ aliqui laudabiles ⁊ boni cibi quibusdaꝫ hominib⁹ nocent: vel naturaliter ex quadam ꝓprietate singulari occulta qua videmus quosdam ita abominari vinum: alios carnes alios pisces alios fructus alios zuccaruꝫ. Quoꝝ si ex eis gustēt cōmouentur vehementer vel ad vomitum vel ad nauseam: aut accidentaliter sicut cū quis se repleuerit abundāter ⁊ excessiue aliq̄ bono cibo vt ouis aut lacte q̄nq̄ȝ abominatur illū longo tpe vel cū cibū aliquē sordide parari viderit a coco memor⁹ odio hꝫ: vel ꝓpter hūores corruptos i stomacho facientes abominari aliq̄s ex bonis cibis ꝑus ꝯsuetis ⁊ bñ dilectis ⁊ appetere carbones aut lutū aut cretā sicut cōiter contingit ꝑgnātibus primo vel scđo mense sue īpgnatōis. Et cōueniēs est vt oēs isti relinquāt hos cibos q̄s abominātur ⁊ q̄ nocēt eis vel tota vita si naturaliter oderit vel tē(pore quo eos abominātur ⁊ nocent eis.

¶ In q̄rta ꝑticula consulit ꝙ si in aliquo mali cibi bñ digerātur nō ideo decipiat̄ neq̄ȝ cōfidat ꝙ imunis erit a nocumēto: q2 post dies seu ꝓcessu tēporis isti mali cibi gñabunt in eo malos hūores ex q̄bus fient ꝑniciose egritudines vt ex melācholicis cācri ⁊ lepre. Ex phlegmaticis apoplexie ⁊ paralyses. Ex cholericis causones ⁊ herpetes. Huic ꝯsonat qđ i ꝓuerbio dici solꝫ. Nō gaudeāt malis cibis vtētes q̄m si in p̄nti nocumentū nō sentiāt: futuꝝ tñ ꝑiculū non euadēt. Et hoc ꝯsiliū inseruit hic p̄n. ne credat aliq̄s consuetudines i malis semꝑ obseruādas: imo meli⁹ est ⁊ securi⁹ paulati ab eis ad laudabiles ⁊ bonas ꝯsuetudines se trāsferre: licet predictū sit sta(tim ꝙ vsus est obseruādus.

¶ In quinta ꝑticula dicit ꝙ se de cacochimo corꝑi conceditur abunde sumere de aliquo bono cibo maxie cum fuerit adeo debilis ꝙ pharmaciā sustinere nō pōt ꝑ quā purgētur eius mali hūores. Per hūc em̄ cibū cōfortata virtus interdū malos expellit hūores ⁊ cibo sūpto laudabiles gñat Sed ꝯtra. nō pura corꝑa q̄ntuncūq̄ȝ magis nutries tanto magis ledes vt ait hypo. āpho. scđa. Et ga. in cōmento ait. Cibi subeūtes corpora nō prius mūdificata a malis hūoribus corrūpunt̄: quoꝝ q̄ntitas necesse est vt augmētetur ⁊ q̄litas non mutetur. Hoc plurimū patiūtur quoꝝ stomach⁹ malis redūdat hūoribus. Iteꝫ debilis nō pōt multuꝫ sustinere cibū ⁊ bñ digerere. nō igitur debꝫ aliquā rem bonā largiter comedere. Dic primo ꝙ si virtus cacochimi tolerare possit purgationē maloꝝ hūorum tuti⁹ est ⁊ melius eos festine purgare q̄ replere cibis vt nunc allegatū est ex hypo. ⁊ gali. Dic scđo ꝙ si debilitas cacochimi fuerit in ꝟtute digestiua nō est dandus large cibus ꝓpter rōnem dictā. Dic tertio ꝙ corpori cacochimo debili ⁊ inepto purgationi ꝓpter etatem pueritie vel infantie vel ꝓpter ipregnationem cibus pōt dari abūde nō quidem similis: imo cōtrarius cacochimie quatinus ꝑ euꝫ cōfortetur virtus ⁊ humores peccātes rectificent̄. ⁊ plus potest large datus dūmodo digeri possit q̄ sub pauca q̄ntitate: quia plus ꝯfortat ⁊ magis resistit sue corruptioni et fortius reprimit malaꝫ (q̄litatem cacochimie.

¶ In sexta ꝑticula inuit q̄ttuor propositiones. Prima est ꝙ corpus rarum faciliter resolubile cibo humido qui cito digeritur nutrienduꝫ est. Humido quidem vt sua humiditate resoluta reparet et resolutioni resistat tam ab extrinseco q̄ȝ intrinseco calore. Cito digestibi vero quatinus velociter repet quod resolutum est sicut velociter resoluitur humidū in tali corpore. Et quia etiā cibus cito digestibis cōiter rarus est et ita similior in substantia nutriendo corpori. Sed ga. libro de virtute cibarioꝝ capi. primo ꝯtrariū huius affirmat dicens. Et q̄ñ corpus rarum fuerit oportet ꝙ corpus nutriatur cibis multis grossis siccis ⁊ viscosis propter multitudinē eius qđ dissoluitur de corpore. Et hoc regimen est conueniens de necessitate nisi sit in aliquo membrorum corporis lesio vel dolor. Dic primo ꝙ in regimine conseruatiuo rarum corpus nutriēdū est cibis humidis cito digestibilibus ꝓpter causas dictas. et id voluit hic prin. Dic scđo ꝙ in regimine reductiuo vel preseruatiuo a lapsu nimio in raritatē ⁊ resolutioneꝫ īmoderatā corpus rarum nutriendū est cibis multis grossis siccis ⁊ viscosis vt ꝑtes corporis succed ites loco resolutarū densiores fiāt ⁊ pl⁹ resistentes resolutioni ⁊ ꝯtemperātes raritatem corporis maxime si corpus in raritate multum lapsū fuerit. et id ga. intendit in verbis nunc allegatis. Scđa ꝓpositio est corꝑa rara melius q̄ densa tolerare possunt nutrientia grossa et diuersa: quia non sunt ad oppilationes disposita sicut densa corpora: sed latarum viarum et apertorum pororum. Et quod plus timetur ex grossis cibis est oppilatio et morbi qui ex ea fiunt. Sed contra. corpora densa sunt robustiora ⁊ calor est in eis magis fortis et magis vnitus. Cuius rei signum est ꝙ habentes stomachū spissum melius digerūt habentibus ipsum tenueꝫ et rarum. Proptera dixit hypo. amphorismorum scđa. In omnibus egritudinibus ea que circa vmbilicum et pectinem spissitudinē habere melius est nimis vero tenue et tabefactum malum. Et galien⁹ in cōmento ait. Sub hypocondria locos nō oportet esse dolorosos: sꝫ molles equales et teneros: qui aliquando grossi aliquando subtiles sunt. Grossi tamen sunt meliores: tabefacti ⁊ tenues mali sunt et malū significant. Significant enim defectionem locorum coꝝ ⁊ cibum in stomacho nō bene digestum nec sanguinem in epate bene creatuꝫ. Dic primo ꝙ densa corpora ceteris paribus habēt digestiuam fortiorem ⁊ calorem innatuꝫ. Nam virtus vnita fortior est seipsa dispersa et calor fixus in denso corpore fortius agit q̄ fixus in raro sicut ferrum candens fortius comburit ardente stipula. Dic secundo ꝙ rara corpora melius tolerant grossos et diuersos cibos quos digerere possunt densis corporibus propter causam dictam. Facilius enim superfluitates talium ciborum labuntur ab eis propter latitudinem viarum et pororum maiorem in eis. Tertia propositio est. corpora rara plus elongata sunt corporibus densis a nocumentis ab intrinsecovenientibus. Quia bene transpirabilia sunt ⁊ ab eis liberius prodeunt fumi et vapores et humores eorum minus conculcantur facilius penetrant libere euentantur et superflua queq̄ȝ per meatus proprios promptius effluuut. Quarta propositio est. corpora rara facilius ledūtur corporibus densis a causis deforis corpori occurrentibus vt a ventis validis magnis caumatibus et intenso frigore et corrupto aere. Penetrantur enim faciliter ab his propter apertionem suorum pororum et viarum nimiam. Simile iudicium fac de corporibus mollibus ⁊ duris vt de raris ⁊ densis. Iuxta illud galieni libro de optima constructōne corporis capitulo octauo. Confestim autem ⁊ quod est durius temperato corpus difficile passibile est ab omnibus que extrorsum quod vero mollius eis que introrsuꝫ: ita autem ⁊ quod quideꝫ densius eis que extrorsum quod vero rarius eis que introrsum. ¶ Attende tamen ꝙ raritas corporis est salubrior in abunde nutritis et nocibilior cum tenui dieta. Iuxta illud ga ibi. Raritas corꝑis in transpirationeꝫ quib⁹ plus (fertur sanatiuior est: quib⁹ vero minus egrotatiuior.

¶ In septima ꝑticula dicit ꝙ ille sepe phlebotomād⁹ est qui viuit in ocio ⁊ carnib⁹ abunde consueuit vti. Quia ex esu carnium multarum multus generatur in eo sanguis. Et propter ocium pauca fit ab eo resolutio. manet ergo sanguis et multiplicatur in venis ipsius ita vt non possit a natura regi sed tandem suffocat aut phlegmones efficit aut sinocham generat Ad cuius euacuationem nullum securius promptius et facilius reme(diū inuenit̄ q̄ȝ phlebotomia.

¶ In octaua dicit ꝙ homines frigide complexionis debent bibere langueris et triferas et alias medicicinas que mundificare consueuerunt stomachum et intestina ⁊ venas eis propinquas. ¶ Attende primo ꝙ langueris sunt electuaria stomacho conuenientia que fiunt de citoniis vel pomis vel prunis vt dycitoniten poma condita dyaprunis. ¶ Attende secundo ꝙ trifere sunt confectiones quarum bases sunt myrabolani. Et earum virtus seu proprietas est manutenere hominem in iuuentute et sanitate et retardare ca

nicicm ⁊ senectutem ⁊ confortare omnes sensus ⁊ rationem. Et due earum descriptiones scilicet magne et parue tradūtur a principe tractatu tertio sum̄me prime quinti canonis: ⁊ a mesue parte scd̄a prime distinctionis summe prime sui antidotarij. ¶ Attende tertio ꝙ medicine alie que mundificant stomachum et intestina cum venis sibi propinq̄s sunt hiere ex aloe et dyacyminū ⁊ dyanisum ⁊ dyatrion pipe on ⁊ stomaticon ⁊ similia.

b Et nihil quidez deteri' est q̄z. ⁊c. In hac parte octaua primo agit princeps de malitia coniunctionis diuersorum nutrientium ⁊ diuturnitatis mense. Secundo de bonitate et malitia nutrientis sapidi ibi [Oportet preterea te scire ꝙ nutriens]

ius complexio ad frigiditatem declinat lāgueris bibere debet et trife ras et ex eis que stomachū et intestina et venas que sunt iuxta ea mūdificare consueuerunt. Et nihil [b] quidem deterius est q̄ꝙ diuersa nutrientia simul adiungere. Et post hoc in comedendo tempus prolongare.

¶ In prima particula dicit ꝙ pessimuz est coniungere simul diuersos cibos vt carnes pisces vel pullos et porcum in eadem refectione et post ea prolongare tempus in comedendo. q2 primus cibus iam incepit digeri cum aduenit vltim': ⁊ sic partes cibi dissimiles fiunt in digerendo sic ꝙ preassumpte digeste sunt prius q̄ꝙ postremo sumpte sue digestiōis medium attigerint: vnde fit ꝙ quedā corrumpunt alias. ¶ Sed instabit aliquis mēbra hominis sunt multum diuersa in complexione ⁊ natura quedam melācholica sicut ossa quedam phlegmatica sicut cerebrū ⁊ nucha quedaz sanguinea sicut carniformia: cōueniens ergo est ꝙ eorum cibus non sit simplex sed multiplex ⁊ multum etherogeneus. Itē sapidius et delectabilius sumūtur plures cibi q̄ꝙ vnus vt docet experimentum: sed quod melius sapit: melius nutrit vt statim dicet. Item cō plexio stomachi qua digerit cibos est plurimū etherogenea alia in fundo alia in medio alia in supremo quare penes eius diuersitatē cibus variandus est. Item videmus bruta que natura aguntur ⁊ dirigūtur ab intelligentia infallibili sicut oues et boues equos ⁊ mulos herbas diuersas calidas cum frigidas humidas cum siccis tenues cū grossis frequēter comedere. cur igitur homo non itidē aget. Item sepe indigem' superius stringi ⁊ inferius laxari: quādo videlicet constipati' sumus et cibus receptus natat in stomacho quo casu debemus in principio mense lenitiua sumere ⁊ in fine stiptica. Item festine comedere sine bōa masticatione graue preiudiciū stomacho affert. non enī supplere potest cū dentibus careat masticationis defectum: ergo expedit prolongare tempus in comedendo quatinus optime masticetur cibus. Item nemo hodie comedit carnes sine pane cibos sine sale ⁊ paucissimi comedunt cibos suos solidos sine potagijs. ¶ Attende hic primo pro solutione ꝙ diuersorum nutrientium. Quedā distant plurimū ab inuicem in subtilitate ⁊ grossitie facilitate digestionis et difficultate sicut pulli pdices alaude distant a porcinis ⁊ bouinis carnibus. Alia sunt inuicem propinqua cum quadam gradatione sicut perdix capo fascianus. ¶ Attende secūdo ꝙ nutrientia diuersa simul adiūgi possunt dupliciter. Uno modo via simplicis et pure cibationis. Alio modo via medicine vel alterum vel ambo. ¶ Attende tertio ꝙ prolongatio temporis in comedendo dupliciter fieri potest scilicet vel moderate gratia masticationis bone et transglutionis non quidem voracis sed paulatiue vel immoderate duabus vel tribus horis pausando inter bolos ⁊ confabulando. Iuxta hec dic primo ꝙ adiungere diuersa nutrientia plurimum ab inuicē distantia via pure cibationis detestabile est ⁊ nociuū corpori. q2 oportet cibos in stomacho receptos ad vnam substātiam homogeneam reduci que est chilus: et in epate chilum ad aliam homogeneneam que est sanguis et in venis capillaribus sanguinez ad humiditatem homogeneaz innoīataz. natura igitur in diuersis cibis plurimū laborat in hac reductione neq3 bene plene dominari potest diuersis cibis ⁊ perfecte eos regere et est ac si mitteres in eandā ollaz pisces pullos et carnes bouinas ac simul coqueres. Nunq̄d pisces prius dissoluti essent ⁊ pulli similit' q̄ꝙ bos bene coctus. Dic secundo ꝙ nutrientia diuersa pauce et gradate diuersitatis satis apte possunt simul commisceri: quia satis leuiter simul digeruntur. et fiunt ex eis chilus et sanguis satis vniformes: licet melius sit ⁊ nature leuius vnico laudabili contentari ferculo: maxime vna carnis vel piscis specie. Et hoc enim redditur digestio melior breuior et facilior sanguis magis purus et spiritus splendidior ⁊ vita sobria que nutrix est sanitatis: quia cōmuniter minus comedimus de eodē

ferculo q̄ꝙ de diuersis. eo ꝙ appetit' renouatur et q̄si reuiuiscit q̄n pene satur est ex vnico ferculo sibi presentatis alijs ferculis vt experientia docet. Dic tertio ꝙ nutrientia plurimū distātia ab inuicem simul admisceri possunt via medicine cuz cibatione vel alterū vel ambo vt in constipatis et nimium laxis sepe cōmiscem' in cadē mensa lenitiua fercula cū puris cibis vel stipticis p ferendo lenitiua in cōstipatis et stiptica in laxis. Idem etiam faciunt alii qui compescentes prius suos appetitus cibis pauce nu

Cum enim postremum nutriens aduenit primum iam incipit digeri: nutrientis ergo partes in digerendo non similantur. ¶ Oportet preterea te scire ꝙ nutriens melius est qd melius sapit propterea ꝙ stomach' et virtus retentiua vehementer ipsi applicantur cū bone fuerit substātie

tritionis q̃z carnes comedant sicut italici ne sanguis in eis nimium multiplicatus carbunculos antraces et febres sanguineas male putredinis generet sicut fit in gallicis et teutonicis in italia morantibus et se occidentibus esu superfluo carnium potu vini ⁊ venereis: vnde iam prouerbialiter dicitur ꝙ italia est sepultura gallicorum. Dic quarto ꝙ prolongatio in comedendo moderate facta fere vna hora gratia bone masticationis et transglutionis est laudabilis et plurimum conferens ad conseruationem sanitatis. quia perfecta cibi masticatio cum morosa transglutione sine ingluuie est veluti media digestio. Sed mala masticatio vel digestionem cibi impedit vel vehementer retardat. Cui' rei signum est ꝙ sepe in egestis apparēt pecie cibi male masticati. Sed ingluuiosa transglutio plurimum acrem immiscet cibo et inde est ꝙ ingluuiose comedentes citius et ex minori saturātur partim cibo partim aere pleni qui separans inter stomachū et cibum digestionez cibi impedit. Dic quinto ꝙ prolongatio in comedendo cum interlocutionibus ⁊ pausis duabus vel tribus horis est plurimum nociua: quia cōmuniter plus comeditur ⁊ bibitur digestio interturbatur superposito vltimo cibo primo qui iam diu digeri incepit tempus perditur in voluptatibus et animus grauatur q̄si sepultus vino cibo et somno vel somnolētia et fit vita hominis more sardinapali vita porcorum. ¶ Ad primuz obiectum dic ꝙ massa sanguinis sufficienter diuersa est in suis partibus ad alendum quodlibet membrum. Ad secundum dic ꝙ licz cibi diuersi delectabilius vnico sumantur et quo ad hoc melius digerantur multa tamen prestant ipedimenta neq3 simpliciter melius digeruntur. propter causas tactas in primo dicto. Ad tertium dic q̄ꝙ digestio fit vt plurimum in fundo neq3 stomachus est implendus cibo et maior est differentia ciborum vehementer diuersorum q̃z partium stomachi ab inuicem.

Ad quartū dic ꝙ bruta non sunt ita delicate nature neq3 temperate complexionis sicut homo. ideo melius sustinent diuersitatem herbarum ⁊ nihilominus vnam preferunt multis si separate sint et ex ea satis habeant. Hacq3 contentantur sobrie ea vtentes. Or si irrationalia in cibis et potibus mensuram seruant q̃z turpe est homini ratione functo modum negligere. Ad quintum dic q̄ꝙ probat tertium dictum. Ad sextum dic ꝙ probat quartum. Ad septimum dic ꝙ quia sine pane et sale plurimi ciborum non sapiunt vtilis est horum comestio cum carnibus piscibus ouis et alijs. ⁊ dum prohibetur adiunctio ciborum multorum diuersorum de carnibus piscibus fructibus aut herbis intelligi debet et qui potagia preferunt alijs in eadem mensa gratia lenitionis. vt plurimum faciunt vel vt minus de alijs comedant et famez cum eis frangant.

¶ In secunda particula dat tres regulas. Prima est illud ex nutrientibus est melius quod ē sapidius seu delectabilius gustui duabus conditionibus obseruatis. Prima est ꝙ hoc nutriēs sit bōe sbe scz non corrupte nec vehemēter disposite ad corruptionē sed familiare nutriendo corpori. Scd̄a est ꝙ oia mēbra principalia nutriendi corporis sint adinuicē ꝯuenientia in sua proportione debita et sana. His conditionibus concurrentib' qd melius sapit melius nutrit: q2 stomachus suis virtutib' retentiua et digestiua vehemēter sibi applicatur. quo fit vt optie digerat ipm cū omne agens naturale fortius agat in ꝓpinquū q̃z in distans.

Hanc regulam prememinit hypocras amphorismoꝝ secunda dicens. Parum deterior cibus et potus detestabilior quidem melioribus magis delectabilis est appetendus: id est appetenti dandus. Et galienus in commento ait. Omnis cibus sapidus in quo quisq̄ delectatur cum accipitur a stomacho complexus retinetur ⁊ cum magna delectatione digeritur plusq̄ quilibz alius. qui si sit abominabilis fugit. vnde vomitus fastidium inflatio ⁊ rugitus generantur. Et primo de virtute cibariorum capitulo primo ait. Et quando sunt duo cibi equales in bonitate ⁊ est voluntas appetitus decliuis ad vnum eorum ex his magis debemus dare rem appetitaz pre alia. quia conuenientior est nature sue ⁊ habilior seu facilior ad digerenduz. Et quando sunt duo cibi quoꝝ vnus est altero melior ⁊ appetitus in eis est declinans ad peiorem eligim⁹ eum super meliorem dum tamen non timeamus ex eo nocumentum maius q̄ ex eo eueniat iuuamentum ꝓpter delectabilem sumere stomacho ex quo melius digerit ipsuz. hec galienus. Et hypocras iterum secundo regimenti acutorum ait. Mala nanq̄ dicta cibi vel potus que ꝑm simile id est consuetum sit securior est in omni tempore sanitatez tueri q̄ ea que melior est si in ea subita mutatio fiat. Et iterum ibi paulopost. Cibos solitos etsi illaudabiles sint leuius ferunt ⁊ potus similiter insolitos autez egrius etsi non sint mali ⁊ potus similiter. ¶ Attende ꝙ non solum cibi delectabiliores ⁊ magis sapidi sunt alijs preferendi sed etiam medicine dummodo virtutem habeant ad illud quod ex eis queritur. Juxta illud galieni quarto de regimine sanitatis capitulo duodecimo. Una communis debet esse intentio facere pharmacū delectabilissimum inquantum possumus dummodo ad eius vtilitatem virtus custodiatur. Non enī hec dissoluenda est gratia delectationis. Secunda regula est. si complexiones membrorum nutriendi corporis non fuerint sane sed membra fuerint in suis complexionibus contraria preter naturam sicut epar calidū ⁊ stomachus frigidus non erit istud considerandum id est intendendum ꝙ ex cibis delectabilior ⁊ q̄ melius sapit offeratur: sed qui magis prodest corrigendis lapsibus ⁊ maxime lapsui periculosiori. Contra quam regulam multi gallicorum ⁊ teutonicorum quibus ex crapula venter est frigidus ⁊ epar calidum natura frequenter errant appetentes ⁊ accipientes pro calefactione stomachi calida acuta sicut fortes species ⁊ salsas ex eis allia cepe porros ⁊ fortia vina. nectar et ypocratem ⁊ sinapium ⁊ sale condita quibus delectatur. ⁊ etiam calesit eorum stomachus sed ipsorum epar ex his supercalefit ⁊ sanguis vritur: vnde disponuntur ad lepram ⁊ maniā ⁊ hydropisim de calida causa. ⁊ quia eoꝝ epar in substantia sua quasi nullius est sensibilitatis surrepunt hi morbi latenter ⁊ insperate. Tertia regula est. cibi delectabiles ⁊ saporosi vehemēter grossi vt tarte rastones ⁊ alia azima foderata caseo. frumentaria murene anguille cum suis salsis id malicie habent ⁊ impedimenti ꝙ possibile est id est facile homini vt ex eis multuz comedat propter sapiditatem suaz. quapropter nō bn̄ digeri possunt ⁊ vias oppilāt ⁊ corpus aggrauant grossis ⁊ viscosis humoribus venas ⁊ mēbra replentes. Nemo ergo cōfidat ꝓpt sapiditatem ꝙ hi abūde sūpti bn̄ nutriāt. imo lāguorib⁹ ⁊ chronicis morbis vtētes adaptāt i Ex vicibus ⁊c̄. In hac parte nona primo docet quotiens in die sanis comedere conuenit. Secundo in hoc obseruare consuetudinem. ibi [Ueruntamen in hoc] Tertio quotiens debilis cōedere debet. ibi [Sed qui digerēdi] Quarto quid accidit solito comedere semel in die dum redibit ad bis comedendum: ⁊ quid si nocte illa non comederit. ibi [Et qui semel] Quinto specialiter accidentia contingere solita nō ↄsueto cenare si cenauerit ibi [Et si cenauerit] Sexto cōtīgē solita ↄsuet cenare si nō cenauerit ibi. [Et si non cenauerit] ¶ In prima ꝑticula dicit ꝙ comestio melior ex saciantibus comestionibus quo ad vices comedēdi est vt hō semel vna die cōedat ⁊ altera die bis: puta mane semel ⁊ semel vespere. Et capitulo tertio tractatus primi secunde particule cantice canticorum ait. Debet autem ad minus comedere semel inter diem ⁊ noctē ⁊ ad plus bis: medium autem inter hec est si comedatur ter in duobus diebus. Et auerroys in commento illius cantici ait. Magis quidem tēperatus modus comedendi est vt quis comedat ter in duobus diebus. Et hoc qm̄ opinati sunt ꝙ actus digestiue perficitur ī tribus digestionibus. in sedecim horis. Et constat ꝙ laudabilior modus reficiendi est cuz reficitur quis iaz perfecta digestione cibi preassūpti. Et sexto colliget capitlo septimo ait. Noui medici sentiunt q̄ conuenientia in tempore comedendi temperatis complexionib⁹ est vt tribus vicibus duobus celebretur diebus: ⁊ similiter exercitium ⁊ balneum debent fieri tribus vicibus duobus diebus. Et isti videntur mihi magis veritati appropinquare: ⁊ etiam mirabilis auenzoar huic assentire videtur. hec auerroys. ¶ Sed instabit aliquis primo quia cōtinue resoluimur et cibus datur ad prohibendum resolutionem et reparationem resolutorum quantum possibile est. ergo cōtinue cibis egemus ⁊ per consequens comestione continua. sicut flumen ad manutenentiam eius indiget continuo influxu aque. Item de decem millibus hominum non est vnus qui seruet hanc regulam: vt ter in duobus diebus comedat. ⁊ non est verisimile genus hominum vniuersuz a vera regula sic deuiare. Item ter in duobus diebus comedere modo hic tacto a principe videlicet vna die semel ⁊ altera die bis scz mane ⁊ vespe est de die in diem vsum seu consuetudinem permutare. Itez infantibus quia crescunt oportet ad minus bis vel ter in die cibum ministrare: ⁊ similiter senibus a senio. quia calor horum est sicut lucerna ad extinguenduz parata que modico ⁊ frequenti oleo indiget. Item princeps in hac littera saciantem comestionem approbare videtur quam superius reprobauit parte quarta capituli istius paragrapho illo. Ex cibo etiā nullus est ita replendus vt non sit ibi locus superfluus. Item in estate bis ad minus in die comedendum est propter resolutionis fortitudinez: quod faciunt religiosi vite austere ⁊ arcte sicut celestini ⁊ cartusienses. Juxta illud galieni primo amphorismorum commento illius canonis. Et quibus semel aut bis in estate cibus multotiēs erit dandus ⁊ parū. Multotiens quia indiget propter sepissimam dissolutionem. Parū propter virtutis defectionē. Simili ratione pluries in die comedendū est in regionibus calidis ⁊ cōplexionibus cholericis ⁊ artificijs laboriosis. maxime circa ignē vt fabrilibus. ¶ Pro solutione istarū obiectionū attende primo ꝙ comestio saciens dupliciter dicitur. Uno modo de comestione sufficienti pro vna refectione in qua tantū cibi sumitur ⁊ non plus quantū stomach⁹ ⁊ epar vna vice bene ⁊ ꝑfecte digerere possunt. Et dr̄ hec comestio saciās vt prandiū vel cena cōꝑatiōe ad iāctaculū vel recenaculū vbi pauci boli accipiunt: ⁊ semel bibit ad refocillationez nature ⁊ ↄfortationē spirituū in hyeme ↄ̄ pruinas ⁊ frig⁹: in estate vero ↄ̄ calores. Alio mō de comestiōe satisfaciēte penit⁹ appetitui ꝓ vna hora nulla desiderij ꝑte reseruata: de qua lr̄a ꝑ̄sens nō intelligit ita vt approbet velut laudabilis: sz de pore. ¶ Attēde scd̄o ꝙ si comestiones q̄ ter fieri debēt in duobus diebus fuerint equales ⁊ saciantes conuenientius est vt fiant de sedecim horis in sedecim horas vt auerroys innuit in verbis preallegat ex libro cantice q̄ vno die bis ⁊ altero semel vt dicit hic princeps quia cibus vnus post aliū non est accipiendus donec ꝑfecta sit digestio prioris que magis presumitur in sedecim horis facta fuisse q̄ bis eadez die. ¶ Attende tertio ꝙ regula comedendi ter in duobus diebus non est generalis omni homini neq̄ omni tp̄i neq̄ omni regioni: sed specialr̄ homini tēꝑato in etate iuuentutis vel prime senectutis in climate tēꝑato ⁊ in vere vel in hyeme nō occupato seclarib⁹ negocijs exercitāti se mediocribus exercitijs sic solito refici. Propterea dixit hypo. āpho. ꝑma. Et quib⁹ semel aut bis aut ampli⁹ aut min⁹ aut ꝑm partē dandū vero aliq̄d tp̄i ⁊ regioni etati ⁊ ↄsuetudini. ¶ Attēde q̄rto ꝙ in vicib⁹ comestionū rl̄a rasis. 4. almāꝛ. aptissima videt: scz vt cholerici bis in die comedant: phlegmatici semel: tēꝑati ⁊ sanguinei ter in duob⁹ dieb⁹. sic enī seruant ab īmoderat repletiōe ⁊ ianitōe. ¶ Ad ꝑmū obiectū dic ꝙ licz cib⁹ actu cibans vltima digestione digestus ↄtinue sit necessarius ꝓpter reꝑationē ꝑtiū resolutarū: nō tn̄ cib⁹ q̄ ab extra sumit. q: bona q̄titas eius vna vice sumpta sufficit ꝓ mltis horis. Ad scd̄m dic ꝙ fere oēs sum⁹ filij cō

⁊ fuerint oīa principalia membra ꝑm cōparationem sibi adinuicem cōuenientia ⁊ sana. ⁊ ista quidem est cōditio. Qd̄ si complexiones sane non fuerint ⁊ membra in suis complexionibus diuersificentur: fueritq̄ epar a stomacho diuersum ꝑm diuersitatem que sit supra naturalem non erit istud considerandum. Ex impedimentis vero nutrientis multotiens bene saporosi vehementer grossi est ꝙ possibile est vt homo ex eo multuz comedat. Ex vicibus preterea saciantis comestionis melior est vt homo vna die semel et altera die bis. mane et vespere comedat.

cupiscentie ⁊ crapule preferentes bonum vt nunc voluptuosum bono simpliciter delectabili: vel ex casu nature humane vt theologi asserūt: vl̄ passionibus innatis vt medici. Ad tertium dic ꝙ in dissimilitudine quo ad vices comedendi sm̄ diuersos dies potest introduci consuetudo sicut in similitudine. vel responde per secundū attēde. Ad quartum ⁊ sextum respō det satis tertium attende. Ad quintū primū respondet attende.

¶ Veruntamen in hoc vsus vehemēter est conseruandus. quoniam si ille qui bis in die comedere consueuit semel comedat debilitabitur ⁊ laxabitur eius virtus. ¶ Sed qui digerēdi debilitatem habet etiam bis comedere debet ⁊ raro comedat semel in die. ¶ Et qui semel in die comedere consueuit si ad bis comedendum redibit accidet ei debilitas ⁊ pigritia ⁊ laxitas. Et si sine comestione permāserit nocte illa debilitabitur. ¶ Et si cenauerit non digeretur. Et accidet ei ruct᷒ acidi ⁊ malicia anime: ⁊ nausea ⁊ oris amaritudo: ⁊ lenitas ventris propterea ꝙ stomacho immisit rem quam non consueuit. ⁊ accidet

¶ In secunda particula dicit princeps ꝙ in vicibus cō edendi consuetudo vehemēter obseruāda est quasi preponderans omnibus alijs que super his iudicant vel attestantur. Et hoc probat in toto residuo huius partis none tangēs inconuenientia que sequuntur ex mutatione consuetudinis in vicibus ⁊ horis cō estionum. Et primo dicit hic ꝙ si ille qui bis in die comedere consueuit solum semel comedat virtus eius debilitabitur ⁊ laxabitur. Et per virtutem potest intelligi corporeum robur vel virtus motiua voluntarie: vel virtus vitalis ⁊ naturalis que omnes laxantur diminutis calore ⁊ spiritibus ex penuria vel defectu consuete comestionis. Propterea dixit hypocras secundo regiminis acutorum. Qui semel vel bis in die comedere consueuerunt si a solito vsu in alium subito mutentur: nocumentum eis generat ⁊ defectionem. Et galienus libro de virtute cibariorum capitulo primo. Qui consueuit prandere ⁊ remouetur ab eo ⁊ est contentus cena magnificat nocumentum sibi. Et qui consueuit accipere cibum aliqua hora determinata ⁊ mutatur ad aliam preter istam horam declarabitur sibi hec nociua. ¶ In tertia particula dicit ꝙ homines debilis digestiue debent comedere bis in die ⁊ raro contentari semel in die comedere. Tales sunt melancholici naturales ⁊ senes a senio: ⁊ cholerici rare contexture maxime in stomacho ⁊ conualescentes qui ferre nequeunt vna vice tantum cibi quantuꝫ est eis necessarium pro die naturali. quapropter indigent bina vice pasci. Et licꝫ phlegmatici debiliter digerant de his tamen non intelligitur littera presens. quia plus alijs absq̧ nocumento ferunt ieiunium propter multitudinem suarum humiditatū circa quas innatus calor occupari solet horis ieiunij. Iuxta illud hypocratis secundo regiminis acutorum. Quorum autem phlegma est dominans eis maxime si ieiunant contra consuetudinem suaꝫ facilius ferunt ieiunium: quare semel in die comedere preter vsum facile sustinēt. Et galienus in commento ait. Causa autem tolerantie eius super queꝫ vincit phlegma ieiunij ⁊ susceptionis cibi semel iam ostensa est in eis q̄ premissa sunt in sermone meo. In eo super quem vincit cholera quod ē quia ieiunium facit os amarum vehemētius q̄ fuit. Humor aūt phlegmaticus quando digeritur in illo spacio conuertitur ⁊ mutatur ad sanguinem. ¶ Sed queret aliquis quare dicit hic princeps de habente digestiuam debilem. ⁊ raro comedat semel in die. videtur enim ꝙ quaq̧ die bis comedere debet: cum virtus eius vna vice non sufficiat tantum digerere quantum est eis necessarium pro vno die. Dic si vis ꝙ per hoc intendit eximere quosdam scilicet phlegmaticos. Vel dic q̄ homies digestiue debilis cum superfluxerint in comedendo vel senserint in ventre grauitatem aliquā conuenit eis vt die sequenti contententur vnica cō estione. ¶ In quarta particula dicit primo ꝙ si consuetus semel comedere in die si se reducat ad bis comedendum superueniēt ei debilitas ⁊ pigritia ⁊ laxitas. vt si non consueuerit prandere sed comedere solū vespertina hora: tunc si prandeat aggrauatus cibo debilitabitur ⁊ piger fiet in toto corpore: ⁊ laxabuntur iūcture ⁊ chorde eius. Iuxta illud hypocratis secundo regiminis acutorum. Quibus autem non est consuetudo prandere ⁊ prandent: mox deficiunt corpora eoꝝ ⁊ aggrauantur ⁊ torpent atq̧ mollescunt. ¶ Attende ꝙ plus solito comedere non inducit debilitatem virtutis proprie ⁊ per se sicut minus solito comedere: sed per accidens: quia non minuit causas fortitudinis virtutis scilicet sanguinem calorem ⁊ spiritum. sed aggrauat virtutē superfluo ponderē cibi. Iuxta illud galieni super illo verbo hypocratis nūc allegato. Et non accidunt eis accidentia ista nisi quando fit cibus super virtutē eoꝝ in loco ponderis. quod est quia debilitas virtutis in eis non est ex eis que proprie sunt ei: sicut quod de cōsuetudine eius ē vt accidat apō p[...] uationē cibo[...]

ei aliquod accidentiuꝫ que accidunt ei cuius nutriens non bene fuit digestum que nunc scies ex accidētibus. ¶ Etsi nō cenauerit accidet ei dolor oris stomachi ⁊ mordicatio: ⁊ videbitur sibi ꝙ omnia eius interiora et intestina sint suspensa propter vacuitateꝫ stomachi ⁊ ꝓpterea ꝙ in seipso colligit̄ ⁊ ꝯtrahit̄. Et minget vrinam ardentē: ⁊ egeret rem ardenteꝫ. Et ē cū in extremitatib᷒ accidit frig᷒ ꝓpterea ꝙ cholera rubea stomachum influit. Et hoc quidē est magis in cholericas habentib᷒ cōplexiones. ⁊ fit in eis q̄ habent in stomacho cholerā rubeā ⁊ nō in toto corꝑe. ⁊ corrūpet̄ somn᷒ ⁊ de latere in lat᷒ reuoluetur.

Secūdo dicit hic prin. ꝙ si ille qui prandere consuetus est vl̄ redijt ad bis cōedendū contra consuetudineꝫ nocte illa non comederit sicut consueuit debilitabitur ex mutatione cōsuetudinis ⁊ diminutione comestionis hora sua. ¶ In quinta particula tangit septē accidentia que super ueniūt nō solito cenare q̄n cenat. Primū ē ꝙ cib᷒ quē recipit i cena nō bn̄ digerit̄: q: sup̄ ei stōach᷒ nō ꝯstrigit̄ nec delectabil̄r āplexat̄ ipm sꝫ ab eo refugit velut ab insueto. Secūdū est eructuatio acetosa. Iux̄ illō hypo. 2. regi. acu. Et si cenāt cū illo. s. prādio eructuāt acide. Sup̄ quo vbi gal. i cōmēto ait. Q: si cenauerit cū illo eructuāt eructuatiōe acetosa. Et nos q̄dē scim᷒ ꝙ eructuatio acetosa fit ex frigore stomachi: ⁊ fit mltotiēs ex phlegmate qō aggregat̄ i eo ex mltitudine boꝝ. ⁊ q̄nq̧ fit ex cibis tēpat̄ i q̄titate sua ⁊ vtutes eoꝝ sīt frigide. Tertiū ē malicia seu sbuersio aīe ⁊ ē īsepabil̄ nausea vl̄ cas᷒ appetit᷒. Iux̄ illō pn. tertij. 13. trac. 5. c. 8. Et sbuersio aīe dr̄ nausea īsepabil̄. ⁊ q̄nq̧ dr̄ destructio appetit᷒. cui᷒ cā ē grauamē stōacho illatū ex cibi mltitudie ꝯ ꝯsuetudinē. Q̄rtū ē nausea ꝓpt̄ eādē causam. Quītū ē oris amaritudo. ⁊ istō accidēs cholericis euenit. vel his q̄ꝝ stōach᷒ cholera ꝓfundit̄ dū cholera ecdēs sua lenitate mltitudini cibi petit os stōachi. Istō tn̄ accidēs mag̃ ꝓpriū ē ⁊ sepi᷒ euenit his q̄ nō cenāt. Sextū ē lenitas seu lubricitas vētris. Iux̄ illud hypo. 2. regi. acu. Alij sūt q̄ nāe mollicīē patiunt̄ ꝓpterea q̄ stomach᷒ eoꝝ ꝯ cursum nāe sue agg̃uat̄. cui videlꝫ ianitio fuerit assueta. Nō enī bis īpleri ⁊ bis digerere possunt. Septimū ē aliqō accidētiū eueniētiū ei cui᷒ cib᷒ nō fuit digest᷒ bn̄ scꝫ āgustia ⁊ inq̄tudo ⁊ reuolutio de latere in lat᷒ ⁊ corruptio somni ꝓpt̄ effumatione cibi indigesti ad caput q̄ nūc scies ex accidentib᷒ videlꝫ particula seq̄nti. q: hec etiā cenāti accidūt vt ibi dicet̄. ¶ In sexta cōmemorat octo accidētia q̄ ꝯtigere solēt solito cenare q̄n nō cenat. Primū est dolor oris stōachi ꝓpt̄ cholerā vel hūores putridos q̄ trahunt̄ ad ipm tp̄e famis. Secūdū ē mordicatio dicti orificij vel stomachi toti᷒ vel intestinoꝝ ꝓpt̄ cholerā q̄ ex ieiunio acuit̄ ⁊ illuc effuudit̄. Tertiū ē ꝙ oīa mēbra ei᷒ īteriora ⁊ ītestina vident̄ q̄si sibi esse suspēsa. q: ꝓpt̄ vacuitatē in se colligunt̄ ⁊ ꝯhunt̄. Quartū eo emissio ardent̄ vrine ꝓpt̄ cholerā sibi īmixtā q̄ ex ieiunio acuitur ⁊ multiplicat̄ ⁊ ꝑtim cū vrina euacuat̄. Quītū est egestio rei ardent̄ vt fecū cholericarū vel adustarū ex ꝑmixtione cholere vel supfluitate decoctionis tp̄e ieiunij. Sextū est frig᷒ q̄nq̧ cōtīgēs in extremitatib᷒ ꝓpt̄ effusionē cholere ad stomachū. ⁊ id cholericis euenire solꝫ ⁊ his quoꝝ stomach᷒ cholera replet̄ ⁊ nō totū corpus. sicut fit in tipis tertiane interpolate ꝙ extrema frigent ꝓpt̄ reuocationē caloris ad interiora. Septimū est corruptio somni ꝓpt̄ effumationē cholere ⁊ putridoꝝ humoꝝ attractoꝝ ad os stomachi tp̄e famis. Octauū ē reuolutio i lecto de latere i lat᷒ ꝓpt̄ eādē cāꝫ. ¶ Attēde ꝙ hypo. 2. regimīti acu. plīma hoꝝ euenire asserit his qui prandiū preter solitū relinquunt dicens. Sil̄r autē qui bis in die comedere consueuerunt sed post prandiū dimiserīt corpora eorum in se deficiunt: atq̧ ab opere omni exeunt. id est cessant. Et precordia dolent: adeo vt eorum viscera sibi esse

suspensa videantur: vrina cholerica viridisq; coloris id est citrini. stercus incensum. Quidam autem oris habent amaritudinem. oculos obductos id est submersos: timpora formicātia id est salientia: frigidos sentiunt articulos. Plurimi quidem qui prandium omiserunt cenā nequeunt explere. Qui si cenāt stomachus eorum grauatur. Somnuz vero molestiorem q̃ si pransi fuerint ducunt. hec hypocras. Et nō intelligas ꝙ omnia accidentia contingere ex vnica dimissione cene vel prandij contra consuetudinē: sed ex dimissionibus plurimis cōtinuatis vel sepe iteratis.

Corpora [k] preterea habentibus in quibus cholera rubea magis adunatur est necesse separatim comedere ⁊ vt tam velociter sit quatinus sit anteq̃ balneētur. ¶ Alia vero ab eis exercitari debent ⁊ etiaz balneari. deinde cibari. sed comestio balneationem nō p̄cedat. Qđ si alicui necessarium fuerit comedere ante exercitiū solum panem tali sumere debet mēsura vt digeri possit anteq̃ suum incipiat motum. ¶ Et quemadmodum oportet motum qui est ante comesti

k Corpora preterea habentibus ⁊c. In hac parte decima primo agit de ordine comestionis ad balneum in cholericis. Secundo de ordine exercitij ⁊ balnei ad esum in alijs ibi [Alia vero] Tertio de modo motus ante cibos ⁊ post. ibi [Et quemadmoduz] Quarto de signis ⁊ cura corruptionis appetitus ibi [Corrupto preterea] Quinto de hora ⁊ vicibus comestionis hominum pinguiuz. ibi [Qui autem ex hominibus] ¶ In prima particula dicit ꝙ necesse est illos separatim id est modo proprio ab alijs distincto vel pluries in die comedere in quibus cholera rubea magis adunatur id est abundātius aggregatur: ⁊ tam cito comedere debēt ꝙ sue cōmestiones suis exercitijs p̄ferant. ¶ Attēde p̄mo ꝙ comestio cholericorum ante balneationem ideo fit vt eorum cholera nō ebulliat versus os stomachi dolorem faciens vel sincopim inducens ex acutissimo sensu particule illius. Et propterea comestio talis balneum precedens debet esse modica. Juxta illud principis capitulo quinto doctrine presentis. Et si timet ne cholera ebulliat rubea si hoc fecerit ⁊ se ieiunus balneauerit ante balneationem rem debet sumere subtilem quam comedat. Et qui calide existit complexionis cholera abundans rubea hoc ei necessariū est. Ex eis autez quibus isti cibantur melius est panis in succo fructuū infusus aut in aqua rosacea. hec princeps. ¶ Attende secūdo ꝙ homines vehementer calidi paucis vel nullis indigēt exercitijs sed sufficiunt eis cibus balneum ⁊ fricatio cum oleo suauis. Juxta illud galieni sexto de reginine sanitatis capitulo quarto. Quidam autem ⁊ eoruz qui vehementer calidi sunt complexione nequaq̃ indigēt exercitijs: sed sufficit eis oblatio id est cibus ⁊ balneum fricatis oleo mollibus fricationibus. Aere enim id est acutum ⁊ calidum mordax quod transpiratur in eis non vaporosum neq; delectabile sed mordax humor: ⁊ his que post cibū letantur balneis. Et quidam eorum incredibile qualiter impinguati sunt in tali dieta. hec ille. ¶ In secunda particula dicit primo ꝙ alij a cholericis debent prius exercitari vt superfluitates tertie et quarte digestionum purgentur ⁊ calor naturalis viuificetur ⁊ pori aptentur receptioni nutrimenti: deinde balneari vt reliquie superfluitatum ab exercitio derelicte purgentur et puluis ⁊ sordes cuti adherentes balneo abstergantur postea cibari vt resolutio nimia substantialis humiditatis membrorum prohibeatur: ⁊ partes deperdite cibo reparentur. Sed comestio non debet precedere balneum. quia si precederet cibus indigest⁹ calore balnei traheretur ad membra. Secundo dicit ꝙ si fuerit necessarium alicui sumere cibum ante exercitium vel quia debilis est vel quia fortiter ⁊ diu est exercitādus vel quia in loco aut tempore vehementer calido: panem solum comedat tali mensura ꝙ digeri possit priusq̃ incipiat exercitari. Aliter traheretur indigestus ad membra causaturus in eis oppilationes. ¶ In tertia particula dicit ꝙ sicut exercitiū ante comestionez debet esse forte quatinus afferat vtilitates nunc dictas: ita debet esse post cōmestionem debile molle suaue: quatinus conferat descensui cibi

¶ In quarta dicit p̄mo ꝙ cibi subtiles magis conueniunt sanitati seruande ⁊ eā magis conseruant sed min᷒ iuuant virtutē corporis id est robur eius ⁊ fortitudinē mēbroꝝ presertim motiuorū. Et cibi grossi cōtrariū faciunt. Ratio primi est: quia subtiles facilius feruntur ⁊ digeruntur leuius ꝗ̄ grossi: ⁊ sunt minus superflui non oppilatiui ⁊ liberius transeunt per venas strictas similes capillis. Et secūdi cause sunt his cōtrarie scʒ ꝙ grossi sunt difficilioris digestiōis grauiores stomacho magis superflui sepe oppilantes difficilis transit᷒ per vias strictas. Et causa potissima custodie sanitatis est ꝙ vie ciboꝝ ⁊ superfluitatū maneant aperte quatin᷒ libere penetret cibus ad mēbroꝝ nutritionē ⁊ superfluitates sine impedimēto transeant ad expulsionū vias. Sʒ causa quare grossi fortificant ⁊ subtiles nō sic est: quia grossi vertuntur in ptes corporis cōpactas stabiles ⁊ firmas. subtiles autem fiunt rare corporis partes subtiles tenere cito resolubiles: ⁊ iterū sanguis ⁊ spirit᷒ ex grossis geniti sunt plus corpulēti ⁊ magis resistunt resolutioni. Et ista sunt intelligenda quando vterqꝫ grossus ⁊ subtilis bene digeritur: quia nec subtilis sanitatem seruat nec grossus fortificat nisi digeratur. Secundo dicit ꝙ nutrientia grossa fortis humoris ⁊ stabilis nutritionis sunt illi necessaria qui confortatione id est corroboratiōe corporis indiget sicut illi quē preparare volum᷒ fortibus exercitijs ⁊ sunt contrariū vehementis famis: id est magis sedant rabiosaʒ famē ꝗ̄ cibi subtiles. quia diutius in stomacho permanent ⁊ forti᷒ resistunt resolutioni que est causa rabide famis. Sed famelic᷒ ex his quaqꝫ vice modicū non multū comedat vt ea meli᷒ digerere valeat iā ex fame debilitat᷒. Iuxta illud galieni libro de virtute cibarioꝝ. capitulo tertio. Oportʒ illū qui comedit cibos grossos propter necessitatē dominij appetit᷒ in eis vt paucos ex eis accipiat non incōmixtos id est non solos sed cū subtilibus neqꝫ assuescat eis. Et paulo ante eodē capitulo docet quando ⁊ quib᷒ grossi conueniunt dicens. Cibaria grossa cū inueniūt corp᷒ calidū multi laboris ante cibū ⁊ multi somni post cibuʒ digeruntur ⁊ nutriunt corp᷒ nutrimento plurimo adherente: ⁊ confortant confortatione plurima. Et meli᷒ est ꝙ sumantur hec cibaria in hyeme propt̄ aggregationē caloris in interiorib᷒ corporis ⁊ lōgitudinem somni. hec ille. ¶ In quinta dicit primo ꝙ homīes qui se fortiter exercitant ⁊ multū laborant grossos cibos pl᷒ tolerant ꝗ̄ ociosi: et forsitan iuuantur in digerendo eos a forti somno: quia cōmuniter somni laboratoꝝ sunt multū profundi. Naʒ natura satagēs fatigationi laborū succurrere ⁊ spirit᷒ abunde quos labor resoluit somno repare ꝓrogat hūc quātū potest q̄daʒ inducta necessitate. Dicit tamē forsitan: quia aliqui laboratoꝝ sicci cerebri male dormiunt. Eiusdē sententie meminit galienus primo de alimentis capitulo secundo. Quoniā aūt inquit in his qui multū laborant somni profundiores fiūt: ⁊ hoc multū ipis ad digestionem confert propter hoc min᷒ a prauis edulijs leduntur. Si autem cogas ipsos vigilare pluribus consequenter noctib᷒ mox egrotabunt. Illi quidē igitur hoc vnū solū bonū habent ad digestioneʒ maloꝝ ciboꝝ. Secūdo dicit ꝙ accidit hominibus multi exercitij ⁊ plurimi laboris ꝙ epata sua rapiunt ex cibo aliquid a stomacho priusqꝫ fuerit ibidē digest᷒: quia multū sudant ⁊ plurima quantitas tam substātifici ꝗ̄ nutrimentalis humidi ab his resoluitur. vnde fit ꝙ mēbra plurimum inanita sugūt a venis: vene ab epate: epar a stomacho res indigestas. Iuxta illud galieni capitulo nūc allegato. Carnes enim vacue eripiunt ex ventre non solū semidigestū: sed etiā penit᷒ indigestū aliquādo humorē quādo post cibos laborāt. Tum ꝓpter necessitatē reparationis resolutorū. Tum ex forti calore per motū acquisito vehementer trahente. Tertio dicit ꝙ raptus vehemens indigesti cibi per epata laboratoruʒ disponit eos ad morbos perniciosos vt paralyses hydropises arteticas apoplexias spasmos in fine vite vel in principio senij quod est initiuʒ finis vite maxime quia confidunt in fortitudine sue digestiue quam consequi solent ex suis somnis ꝓfundis. sed hec fortitudo digestiue cessat ⁊ deficit eis qn̄ vigilie sepe eis accidūt. quod cōmuniter euenit in etate senij vel senectutis propter desiccationē naturalis humiditatis suoꝝ cerebroꝝ. Et propter abundantiā humoris nitrosi in corporibus senū cuius vapores excitant vigilias ⁊ impediunt somnū. De istis dicit galienus capitulo predicto. Et propter hoc scʒ propter attractionē cibi indigesti egritudinib᷒ grauissimis posteri᷒ isti egrotant ⁊ ante senectutem moriuntur.

propterea qđ multuʒ sudant ⁊ ex eorum corporibus multa resoluitur q̄ꝫtitas ꝗ̄ ipsorū epata ex nutriente rapiūt illud quod nondū fuit digestū ⁊ preparat eos ad egritudīes perniciosas ī fine vite aut ī ei᷒ p̄ncipio ⁊ ꝓpe qꝛ sūt ī sua ꝯfidētes digestiua: qđ ex sua hn̄t dormitōe qđ destruitur cū eis freq̄ntes accidūt vigilie ꝓprie cū senescūt. Fruct᷒ r p̄terea recētes nō sunt boni nisi laboriosis exercitatis cholera rubea abundantibus ⁊ in estate. Et eos ante cōestionē cōedāt.

r Fructus preterea recentes ⁊c̄. In hac parte decimaseptima primo agit de recentibus fructib᷒ quib᷒ ⁊ quando cōpetunt: ⁊ de suis effectib᷒. Secundo de effectu nutrientiū generantiū aquositates ⁊ viscosos humores ⁊ cholericos ibi | Nutrientia vero | ¶ In prima particula dat nouem regulas circa vsum fructuū ⁊ effect᷒ suos ⁊ repressionem sue malicie. Prima est. fruct᷒ recentes non conueniunt nisi laboriosis hominibus: ⁊ exercitatis ⁊ abundantib᷒ in cholera rubea ⁊ tempore estiuo. Et intelligitur hec regula de fructib᷒ frigidis ⁊ humidis: vt cerasis prunis persicis. De quibus secundo de alimentis capitulo secundo dicit galienus. Sunt autem omnia hec mali chimi. Et solummodo vtiqꝫ quis ipsis in profectum vtitur fatigatus ex prolixioribus itineribus ⁊ suffocatione vehementi. Tunc enim prosunt mitigantia quidem ariditateʒ corporis infrigidantia auteʒ mediocriter quando quis ipsa frigida assumit. Humectare quidem igitur semper habent: infrigidare auteʒ non habebūt calida dispositis vt dictum est. Non enim tm̄ frigida proprijs complexionib᷒ sunt vt etsi calida offerantur infrigident ventreʒ. Indigent igitur superadiecta frigiditate contrariante caliditati earum que sunt fm̄ ventrem ⁊ epar partium. hec galienus. Secunda est. fructus recentes comedendi sunt ante cibos alios. Et hanc intellige de fructibus accipiendis gratia refrigerij ⁊ humectatōis ⁊ de lenitiuis vētris: ⁊ de fructib᷒ stipticis cū sumunt̄ gratia restringendi ventrem: vt piris ⁊ citonijs. Nā premissi cibi sua stipticitate ventrē stringunt ⁊ postpositi eis deprimūt alios ad inferiora conferentes ad digestionem ⁊ secessum facilem: licet sint stiptici. Causa vero quare refrigeratiui ⁊ humectatiui preferuntur cibis est vt appetitum comedendi exciten t: choleram reprimant: sanguinem temperent: ⁊ ne corrumpantur si vel postponantur vel immisceantur alijs ferculis tardioris digestionis. Et vt efficacius predicta operentur expedit vt interuallo aliquo ante cibos alios accipiantur: ⁊ modicū vini subrubei aut albi fortiter limphati superbibatur vt leuius transeant sue roride partes ad epar ⁊ venas ⁊ feruorem temperent cholere et sanguinis. Et licet regulariter ⁊ vt in pluribus dicti fructus precomedi debeant: quandoqꝫ tamen post alios cibos accipiuntur: vt salsuginem horum vel acumen mitigent: vel feruorem pectoris aut cerebri temperent in dispositis ad maniam vel ad frenesim vel ad cauma pectoralium sicut notatum est parte tertia capituli presentis paragrapho illo. Uerū tamen quandoqꝫ necesse est aliquem cibum aut rem similem cibo super alium mittere cibum qui sit ei sicut medicina. verbi gratia. sicut illi qui nutrientia acuta comedūt aut salsa: deinde post tempus in quo nondū

completa fuit digestio consequenter eis adiungunt res humectantes. ⁊ Tertia regula gratia exẽpli noiat hos fruct⁹ de quibus dicte regule intelliguntur. Primus est chrysomila. Secũdus mora. Tertius melones Quartus persica. Quĩtus pruna. De chrysomilis quidem dicit galienus secundo de alimentis capitulo vigesimo. In persicorũ genere ⁊ hec sunt differentiã quãdam habẽtia ad melius. Nec enĩ similiter corrumpuntur fm ventrem neq; acetosantur. videnẗ autem multis delectabiliora: ⁊ propẗ hoc meliora stomacho. Et in aggregatorio serapionis capitulo de eis scribitur ꝙ laxant choleram ⁊ generant humores grossos. Et iterum ibi auctoritate rasis. Quidam patiebatur fumositates ab aliquo humore existente in stomacho suo ⁊ dedi sibi in cibis de chrysomilis recentibus: ⁊ sedatus est fumus ille. quare post hoc vsus est in fusione eorum assidue. Et ego nõ credo ꝙ reperiatur cibus aliquis frigidior stomacho ⁊ magis lucratiuus stomachi q̃ ipsa ⁊ sunt meliora stomacho q̃ persica: ⁊ auferunt fastidiũ cibi. Et qui vult ea comedere sine nocumento sumat post illa anisum ⁊ masticem de vnoquoq; ʒ.i. vel ʒ.ii. ⁊ bibat postea vinum purum bonum: aut vinum dulce coctum vel mel. De moris autem scribit serapion in aggregatore auctoritate galieni. ꝙ maturi mori sapor est dulcis stipticus ⁊ virtus eius tertia est que mollit ventrem ⁊ succus eius cõfert multum in medicinis oris: ⁊ rob eius iuuat in multis in quibus est necessaria stipticitas pauca. Sed immaturorum sapor est stipticus acetosus. Et virtus eorum secunda est que retinet. Et virtus tertia est virtus que retinet ventrẽ. Et quando desiccantur retinent ventrem retentione forti: ⁊ conferunt vlceribus intestinorum ⁊ fluxui in omnibus egritudinibus que fiunt a fluxibus humorum ⁊ admiscentur postq̃ teruntur cũ cibis sicut sumach. Et qui vult ex eis sumere in potu potest cum aqua aut cũ vino. Et mora quando inueniũt stomachuz purum ⁊ comeduntur ante cibum egrediuntur a stomacho cito ⁊ properare faciunt exitum aliorum ciborum. Quando vero comeduntur post cibum ⁊ in stomacho sunt humores: cito accelerant ad corruptionem. ⁊ corruptio eorum est multum nociua. Et quando mora non corrũpuntur in stomacho sine dubio hũectãt ⁊ non infrigidant nisi quando comeduntur sola. Et quod euenit ex cõestione eorum corpori est nutrimentum paucum sicut ex cibo melonum nisi q: mora nõ sunt ita nociua stomacho nec ita prouocatiua vomitus sicut melones. hec ille. Et de moris est regula cõmunis: ꝙ sola inter fructus comedi debent ante plenam maturitatem scilicet media inter rubea ⁊ nigra. Et dum comeduntur integre matura generant febres putridas antraces ⁊ carbunculos ⁊ multiplicari solent tempore pestilentie. De melonibus autem scribit serapion auctoritate galieni capitulo de eis. Melonis maturi substantia est subtilis: ⁊ non perfecte maturi substantia est grossa. Et virt⁹ prima est virt⁹ que infrigidat ⁊ hũectat in tertio gradu. Et secunda virtus est que incidit ⁊ abstergit. ⁊ tertia virtus est que prouocat vrinam ⁊ mundificat cutem: ⁊ proprie semen eius quando desiccatur ⁊ teritur ⁊ cribratur ⁊ administraẗ in lauaturis corporis. Et galienus secundo alimentorum capitulo quarto melones pepones vocat ⁊ de ipsis ait. Tota quidem igitur natura ipsorum est frigidior cum humiditate copiosa. Abstersiuum autem aliquid habent propter quod ⁊ mouent vrinas ⁊ secedunt subtus id ẽ ventrẽ laxant magis cucurbitis ⁊ melopeponibus id est longis melonibus. Q: autem abstergunt potes addiscere refricando sordidam cutez propter quod ⁊ si morpheam quis habeat siue lentigines in facie: vel alphos id est maculas superficiales abstergunt ⁊ hos. Eo autem q̃d velut caro ipsorum semen abstergit magis quare ad arenosos renes congruit. Paruum aũt operatur chimum in corpore ⁊ magis quando non bene digeritur: tunc autem ⁊ cholicos facere consueuit. Etenim ante corrumpi ad vomitũ idoneus est ampliusq; comestus nisi aliquis super ipsuz aliquod euchimorum eduliorum comederit mouebit omnino ad vomitum. Sed de persicis ait galienus secundo de alimentis capitulo decimonono. ꝙ ⁊ horum succus ⁊ q̃d velut caro facile corruptibilis est ⁊ omni quidẽ prau⁹. Quare non oportet sicut quedam post aliud alimentum offerre. corrumpuntur enim supernatantia. Meminisse autem oportet huius quod est cõmune in omnibus quecũq; cacochima humidaq; ⁊ lubrica ⁊ facile subl're potentia propter hoc oportet comedere ipsa priora aliis. Sic enĩ ipsa celeriter subeunt ⁊ illis viam faciunt. vltima autẽ sumpta simul corrumpũt ⁊ alia. Sed serapion in aggregatore capitulo de cucho auctoritate dyascoridis ait. Matura ex persicis sũt bona stomacho et molliunt ventrem. immatura vero stringunt. et quando desiccantur stringunt fortius. Et decoctio siccorum quando se licet bibitur p bibet fluxum hũiditatuz ad stomachum ⁊ vẽtrẽ. Et quã do sicca trita puluerisantur super locũ vnde fluit sãguis abscindunt eũ. De prunis vero dicit galien⁹ capitulo trigesimo secundi alimentorum. Alimentũ quidẽ igiẗ paucissimũ ex fructu isto corpus accipit. Utilis aũt est humectare ⁊ infrigidare mediocriter ventrem volentibus. Subducunt autem ipsum ⁊ hec propter humiditatem ⁊ viscositatem sicut ⁊ alia quedam predictorum. Inest autem ipsis exiccatis esse vtiles sicut ficubus. Et opinionẽ habent multi optima aliorũ esse que apud syriam in damasco nascũtur. Secũda autem post hec que apud yberiam hyspaniam nominatam. Optima autem ipsoruz sunt quecumq; mediocriter stipticantia magnaq; sunt ⁊ lata. Que autem parua ⁊ dura ⁊ pontica praua ad edulium sunt ⁊ ad ventris subductionem. Decocta autem in mellicrato habente plus mellis sufficienter laxant. Et si sola quis comedat ipsa ⁊ multo magis si supersorbeat mellicratum. Palam autẽ ꝙ confert subductioni ventris post oblationem ipsorum superbibere dulce vinum ⁊ interrumpere aliquod tempus ⁊ non mox prandere post ipsa: sed ⁊ hoc commune oĩum quicunq; laxant ventrẽ in memoria habeatur.

Et ipsi quidez sunt sicut chrysomila ⁊ mora ⁊ melones ⁊ persica ⁊ pruna Quod si aliis regantur rebus ⁊ non istis erit melius. quoniam omĩs res que sanguinem aquositate implet q̃ ĩ corpore ebullit sicut succ⁹ fructuum extra: licet ea hora iuuamentum prestet: tamen ipsum ad putrefactionez parat. Et similiter illd quod sanguinem humore ĩplet crudo: licet quandoq; conferat sicut cucumeres ⁊ alcheted. Et ꝓpter hoc qui his nutriẽtibus multum vtuntur febribus fiunt apti licet prius infrigidẽt. Et tu quidem scire debes ꝙ humori aquoso plerumq; accidit vt fiat pus. ⁊ hoc

Quarta regula est. melius est ad conseruationẽ sanitatis regi cibis aliis vt carnibus electis ⁊ non dictis fructibus. Cuius ratio est: quia omne quod implet sanguinem aquositate ebulliente in corpore sicut mustum ⁊ alij succi fructuũ bulliunt exterius in vase preparant sanguinem ad putrefactionem licet pro hora qua sumitur iuuamentum prestet humectationis ⁊ refrigerij vel lenitiõis. Hac de causa princeps febricitantibus prohibuit fructus quarti prima tractatu secundo capitulo septimo dicens. Et omnes fructus nocent febricitanti cum ebullitione sua ⁊ corruptione sua in stomacho. Inest autem hec ebullitionis proprietas succis fructuum tam interius in humano corpore q̃ exterius in vegete ex calore solis derelicto in eis cum maturabantur. Relinquantur ergo pro securiori recentium fructuum vsus: ⁊ maxime remollitorum quos vulgus bletos vocat. Sũt enim semiputridi ⁊ immaturorum ⁊ vermes habentium ⁊ tempore suspecto de pestilẽtia. Et cum comeditur de melioribus aliquid sit illud modicum ⁊ de vno tm̃ in vna refectione. Quinta regula est. sicut illud quod replet sanguinez aquositate preparat ipsum ad putrefactionem: sic q̃d implet ipsuz humore crudo phlegmate scilicet viscoso indigesto sicut cucumeres alcheted id est citruli: disponunt ipsum ad putrefactionem. Replens quidẽ aquositate sanguinem preparat putrefactioni propter ebullitionem contingere solitam illi aquositati. Sed replens humore crudo seu phlegmate viscoso preparat sanguinem ad putrefactionẽ oppilando sibi vias ⁊ prohibendo cum ab euentatione qua indiget. Oppilatio vero potissima causa est febrium putridinis. Sexta regula est. illi fiunt apti febribus qui multum vtuntur his nutrientibus scilicet implentibus sanguinem aquositate vel humore crudo. quia ꝓparant sanguinez ad putrefactionẽ. Putrefactio vero est causa quasi immediata ⁊ coniuncta putride febris: licet a principio conferant infrigidando ⁊ humectando. Septima regula est. humor aquosus relictus ĩ venis ... dum fit sanies. Et istud fit cum non resoluitur sed remanet ... nis: vbi si non putrefiat conuertitur in hypostasim que cum ... na exit. ⁊ si putrefiat putredine forti effumante ad cor tunc generat febrem. sed si putrefiat putredine modica nõ effumãte ... cor in saniem vertitur. Nam natura faciens de possibilib⁹ quod melius est temptat primo ex eo facere alimentum dealbando ipsum. quod si non possit in hypostasim albam ipsum conuertit

Et si id non possit facit inde saniem quam cum vrina expellit. Iuxta illud principis primi secunda doctrina tertia summa secunda capitulo tertio. Et est cum sanus euacuatus qui exercitium reliquit mingit vrinam sic pus ⁊ virus tenue quo ipsius purgatur corpus ⁊ eius aufertur laxitas quam exercitij dimissione consecutus est

erit cum non resoluetur ⁊ in venis remanserit. Et cum isti exercitijs vti ceperint anteꝙ huiusmodi aggregentur aquositates: ⁊ ilico cum fructus comederint etiam exercitentur resoluentur aquositates iste ⁊ minuetur impedimentũ quod per eas habent. Oportet preterea vt qui fructus cõedit post ipsos incedat: deinde super eos comedat aliquid ad hoc vt labantur. ¶ Nutriẽtia vero que aquositatem generant ⁊ humorem crudũ ⁊ choleraz generant febres propterea ꝙ ea quẽ ex ipsis sunt aquosa faciunt sanguinem putrefieri. et que ex eis sũt viscosa ⁊ grossa propterea ꝙ foramina claudunt: ⁊ ex eis cholerica ideo ꝙ corpus calefaciunt ⁊ propter sanguinis acuitatez que per ea generatur. Olera[s] vero cholerica quandoꝙ multum conferunt in hyeme quemadmodum que ex eis sunt insipida quandoꝙ multuz conferũt in estate. ¶ Nõ si alicui necessarium fuerit nutriẽtia comedere mala paucis vicibus ⁊ non frequentibus eis vtatur ⁊ cum eis misceat quod sit eis contrarium. ¶ Et cui quidez res dulcis nocumentum prebet acetosa bibat sicut acetum ⁊ granata ⁊ sirupuz acetosum factum ex vino acri ⁊ cytonijs et his similia: et vsum habeat euacuandi. ¶ Et cui acetosum nocuerit post ipsum mel sumat aut vinum antiquum: et hoc quidem faciat ante maturationem et digestionem.

Octaua regula est. Cum post vsum fructuum replentiuz sanguinẽ aquositatibus vsi eis ceperit exercitijs vti ꝑ usꝙ i venis aggregate fuerit ⁊ multiplicate dicte aquositates ⁊ etiaz statim post eoruz esum se exercitauerint resoluentur aquositates hmõi ꝑ exercitiuz ⁊ diminuentur incommoda que ex eis ventura erant. Quorũ primuz est dispositio sanguinis ad putrefactionem. Secũdum prohibitio cõuenientis inuiscationis ⁊ adherentie nutrimenti ad membra. Et tertium conuersio dictarum aquositatum ad saniem qua cõtenta in venis inficiuntur ⁊ vrine vie quãdoꝙ assiduo suo transitu per eas excoriantur: cum sanies ex se sit acuta mordax et vlceratiua. Nona est. statim post fructus comestos est deambulandum. deinde super eos aliquid edendum: vt partim per motum partim per cibum superassumptum labantur inferius ⁊ cito digesti transeant ad membra refrigerij causa vel humectationis. ¶ Attende ꝙ duplex exercitiuz post fructus conuenit. Unũ suaue deambulatiuum statim post eorum assumptionem vt leuius descendant ad fundum stomachi. Aliud fortius ilico post suam secundam digestionem vt aquositates ex eis genite statim resoluantur priusꝙ in venis accumulentur. ¶ In secũda dicit ꝙ tria sunt genera nutrientium generantium febres. Primum est nutriens quod sanguinẽ implet aquositate sicut dicti fructus. Secundum est illud quod generat humorem crudum viscosum. vt caseus recens: porcus: anguille: citrulli: cucumeres. Tertium est nutriens multiplicans choleraz: vt allia: cepe: porri. Primũ quidẽ febrẽ generat: quia ebullitiõe sue aquositatis sanguinẽ perducit ad putrefactionem. Secundũ vero propterea ꝙ humor grossus viscosus ab eo genitus oppilat poros ⁊ venulas strictas quare retinentur fumi caprinosi nec humores bene possunt euentari. Sed tertium ideo generat febrem quia corpus ⁊ cor supercalefacit calore extraneo ⁊ sanguinem acuit atꝙ cholerisat efficiens ipsum pronum inflammari.

s Olera vero cholerica ⁊c. In hac parte decimaoctaua primo agit de vtilitate olerum tam cholericorum ꝙ insipidorũ. Secundo de remedijs contra malos cibos cum necesse est eis vti. ibi [Nõ si alicui] Tertio de remedijs contra nocumenta dulcium. ibi [Et cui quidem] Quarto de remedijs contra nocumenta acetosoruz ibi [Et cui acetosum] Quinto de remedijs contra nocumẽta vnctuosorum ⁊ aliorum saporum ibi [Et similiter vnctuosi] Sexto de modo regẽdi repletos malis humoribus subtilibus ibi [Cuz vero alicuius] Septimo de regimine corporis facile resolubilis. ibi [Et illũ cui'] ¶ In ꝑma ꝑticł'a dicit primo ꝙ olera cholerica sicut allia cepe porri petrosilinum nasturtium quandoꝙ plurimum in hyeme conferunt. Primo quidem quia armant corpora contra frigus. Secundo quia resistunt malicijs aquarum ⁊ pruinarum que tunc inualescunt propter solis impotentiam ad purificandum aerem ⁊ aquas. Tertio quia resistunt multiplicationi phlegmatis ⁊ frigori ipsius quod communiter in hyeme abundat ⁊ incidunt viscosos humores. Quarto quia aperiunt oppilationes quas suo frigore sepe inducit hyems. Secũdo dicit ꝙ sicut olera cholerica quandoꝙ conferunt multum in hyme sic insipida olera: sicut spinargia lactuce violarie portulace multũ prosunt i estate: quia cõtra estus corpora nostra armant: choleram reprimunt: sanguinem temperant: resolutionibus plurimis que tunc fiũt obstant: neꝙ putredini sunt ita dispositi vt fruct' recẽtes. ¶ In secunda dat duo remedia generalia cõtra malos cibos cuz coactus fuerit aliꝙs vti eis vel quia non habet bonos aut satis de bonis vł quia erubescit alijs comedentibus malos expectare bonos relicꝭ malis: vel quia notari timet de singularitate ⁊ leccacitate: cũ non cõtentatur aliorum cibis. vel per intemperantiam cogitur friandula ligua ipsius malos preferre bonis vel assumere malos relictis bonis. Primum remedium est raro nõ frequenter malis cibis vti. Nam qui raro malis vtitur maxime cum delectatione natura corrigit eorum maliciam neꝙ perdurat: sed qui frequenter malis cibis vescitur acquirit ab eis habitum malicie ⁊ inde alteratur natura eius iteratis vicibus sicut gutta cauat lapidem. Secundum est ꝙ admisceat eis suum contrarium. vt si peccent in caliditate commisceat frigida. Si in frigiditate calida. Si in oppilatione aperitiua. Adde tertium ꝙ paruz ex eis quaꝙ vice sumat. Iuxta prouerbium. Modicum non nocet nisi modicum vt natura potentior fiat ad corrigendum maliciam eorum. ¶ In tertia dicit primo ꝙ ille cui dulcia nocent bibat aut comedat aliquid acetosum vt bibat acetum vel comedat grana granatorum acriuz vel syrupum bibat acetosum factum ex vino acetoso ⁊ citonijs ⁊ similia his: sicut succum vue acerbe vel succum berberis. ¶ Attende ꝙ ex vsu dulcium tria nocumenta timentur in his qui ad ea proni sunt. Primũ est fastidiũ ꝓpterea ꝙ dulcia suis caliditate ⁊ hũiditate leniũt ⁊ applanant orificium stomachi inducentes illic dispositionem contrariam inanitioni ⁊ corrugationi partis illius que sunt causa famis. Secunduz est velocitas inflammationis eorum ⁊ conuersionis in choleram. Tertium est oppilatio epatis. Contra hec tria valent acetosa: quia appetituz sua acetositate prouocãt ⁊ sua frigiditate inflammationem prohibent ⁊ subtilitate sue substantie oppilationes aperiunt. Secundo consulit vt ille cui dulce nocumentum prebet vsum habeat euacuandi post continuationem dulcium. vt per euacuationem fastidium tollatur ⁊ cholericus humor ex dulci genitus euacuetur ⁊ epar oppilatum aperiatur. Et ad hec opera sublime pharmacum est reubarbarum cum endiuia ⁊ spica ⁊ pauco vino albo. ¶ In quarta particula dicit ꝙ ille cui nocent acetosa postea sumat mel aut vinum antiquum ante digestionem: aut maturationem acetosoruz. ¶ Attende primo ꝙ nocumenta aceti ⁊ acetosorum prouenire solita in dispositis ad hec sunt. Primum quidem infrigidatio ⁊ desiccatio quibus nocet plurimum naturalibus melancholicis. Secundum exasperatio gutturis. Tertium punctio orificij stomachi si vehemens fuerit acetositas eius. Quartuz constrictio pectoraliuz ⁊ excitatio tussis. Quintum nocere generaliter omnibus membris neruosis ⁊ iuncturalibus sua veloci penetratione qua ducunt eis superfluitates ⁊ perueniunt ad ea cum suis nocentibus infrigidatione ⁊ exiccatione. Et his fere omnibus obuiant mel ⁊ vinum vetus precipue dulce quia guttur leniunt: os stomachi mulcent: pectus dilatant: tussim non commouent ⁊ compescunt: ⁊ sua caliditate membra neruosa ⁊ iuncturalia confortant. ¶ Attende secundo ꝙ ad obuiandum nocumentis acetosorum iubet princeps post hec ꝙ mel assumatur aut vinuz antiquuz priusꝙ compleatur digestio acetosorum in partibus aptis nutritioni vł maturatio in superfluitatibus eorum: quia plurima suorum nocumentorum proueniunt ab eis ante complementum sue digestiõis in stomacho sicut exasperatio gutturis infrigidatio ⁊ exiccatio stomachi: constri

ctio pectoraliū: prouocatio tussis: mordicatio oris stomachi. ¶ In quinta particula dicit primo ꝙ nocumenta vnctuosorum vt butyri axungie medullarum ossium cerebrorum ⁊ oleorum corriguntur quattuor modis. Primo per pontica desuper accepta: sicut sūt castanee ⁊ grana myrti ⁊ silique de syria: id est grana xilocaracte de regione syrie. ⁊ anabad: id est mespila vel fruct' similis eis. ⁊ zarore id est sorbe. ⁊ est fructus similis piro in figura. De quo dicunt quidam ꝙ non est sorba: sed similis sorbe. Secundo per amara vt sunt absinthiū amigdale amare nuclei prunorum ⁊ persicorum. enula muraba: id est radix enule campane condita. Tertio per salsa sicut sunt salis species ⁊ pisces ⁊ carnes in salmuria diu custoditi: vel sale plurimo prius conspersi: ⁊ caugamach id est cibaria simplicia ⁊ cōposita que comeduntur post cibū sicut cappares ⁊ oliue. Sic eniz exponitur in synonymis auicenne. ⁊ in marginali glosa littere presentis. Et sub nomine caugamach cadunt etiam acuta que post cibuz comeduntur vt composta quadragesimalis: anisum conditum: cynamomum conditum: ⁊ similia. Quarto per acuta. vt per allia ⁊ cepas zinziber ⁊ piper: gariofilos ⁊ sinapium. ¶ Attende ꝙ nocumenta vnctuosorum sunt fedare appetitum: inducere nauseam aut fastidiuz: aut natare in stomacho ⁊ esse causa natationis aliorum ciboruz tarde descendere cito inflammari. Istis incommodis primo obstant pontica. quia sua ponticitate deprimūt inferius cibos vnctuosos ⁊ orificium stomachi relaxatuz per eos rugant ⁊ inaniunt per viam expressionis ⁊ sua frigiditate ⁊ terrestreitate prohibēt eos inflammari. Amara vero vehementer abstergunt crassiciem vnctuosorum a superficie stomachi. Salsa ⁊ acuta incidunt ⁊ vias reserant vnctuosis cibis ⁊ reprimunt horum vnctuositatem: sicut clare apparet dum lingue offeruntur vnctuosa mixta salsis. Tunc enim tollitur abominatio vnctuositatis ⁊ sapor eorum fit gratus gustui. Secūdo dicit ⁊ econuerso id est sicut sapor vnctuosus emendatur pontico ⁊ amaro salso ⁊ acuto: sic ponticum amarum salsum ⁊ acutum emendari solent vnctuoso cibo. quia cibus vnctuosus reprimit austeritatem pontici ⁊ fortitudinem sue contractionis ⁊ expressionis ⁊ vehementiam abstersionis ⁊ exasperationis amari ⁊ fortitudinem abstersionis ⁊ ablutionis ⁊ desiccationis salsi: et superabundantiam acuminis ⁊ resolutionis ⁊ incisionis acutorum. ¶ In sexta particula resumit vnum quod equiualenter premisit paragrapho illo septime partis capituli presentis. Et sepe etiam conceditur ei in cuius corpore mali habentur humores vt rem bonam largiter comedat ⁊ proprie cum non patitur ventrē sibi solui propterea ꝙ est debilis. Resumit inquā vt addat quibus humoribus corpus repletuz copiosam exigit ⁊ sustinet refectionem. Et dicit. refice copiose cibis laudabilibus corpus repletuz malis humoribus subtilibus ⁊ cholericis. Cuius ratio tacta est super paragrapho predicto. ¶ In septima particula dicit primo ꝙ homo de facili resolubilis est nutriend' nutriente humido facilis digestionis. Humido quidem ad reparationez vberem resolutorum ⁊ facilis digestionis: quia rarum corpus est debile ⁊ debilis digestiue impos digerere grossa difficilia. Vel quod verius est quia nutrientia subtilia facilis digestionis sunt conformiora raris corporibus. Et intellige sub hominibus raris pueros ⁊ molles delicatos teneros medij caloris: ⁊ cholericos vehementer extenuatos. Secūdo declarat auctoritate galieni quid est hoc humiduz nutriens quo isti debent refici dicens. Or humidum nutriens scdm galienum est id quod est separatum seu elongatuz ab omni excellenti sapore: ita ꝙ nec est dulce magne dulcedinis neqꝫ acetosum neqꝫ amarum neqꝫ acutū neqꝫ ponticum neqꝫ salsum: sed quasi insipidū vel dulcedinis remisse. Nam qualitas excellens plus attinet medicine ꝙ̄ nutribili humido. Tertio dicit ꝙ homo rarus melius tolerat nutriens grossum ꝙ̄ solidus compactus. Et hoc tertium dictum cum primo dicto particule presentis fuit pri' tactum paragrapho illo particule septime capituli istius. Cum vero alicuius corpus rarum fuerit ⁊ ad resoluendum facile nutriendus erit ex nutriente humido quod cito digeratur. licet rara corpora magis tolerare possint nutrientia grossa ⁊ diuersa. Sed hic ea repetit vt addat secundum dictum declarans auctoritate galieni quid est hoc nutriens humidum.

¶ Et similiter vnctuosi nocumentuz pontico emendatur: sicut sunt castanee ⁊ grana myrti ⁊ silique de syria. et anabat et zarore ⁊ amaro sic enula muraba ⁊ salso ⁊ acuto sicut caugamach ⁊ allijs ⁊ cepis ⁊ econuerso ¶ Cum vero alicuius corpus malis fuerit repletum humoribus cuz subtilitate ipsum nutrientibus laudabilibus copiose ipsum refice. ¶ Et illū cuius corpus ad resoluendum facile fuerit nutri humido quod velociter digeritur. Galien' inquit humidum nutriens est quod ab omnibus qualitatibus est separatuz: ⁊ est quasi insipidum. quoniam neqꝫ est dulce neqꝫ acetosum neqꝫ amarum neqꝫ acutum neqꝫ ponticum neqꝫ salsuz. Nutrientia [a] quoqꝫ sicca assidue comedere fortitudinem cadere facit ⁊ colorem corrumpit ⁊ naturam siccat. Et ex vnctuoso fit ociositas et aufertur desideriū. Et ex frigido fit ociositas ⁊ subtilitas. ⁊ ex acetoso fit senium. ⁊ silr ex acuto ⁊ ex salso fit stomacho nocumētū ⁊ salsum etiā ipedit oculū

a Nutrientia quoqꝫ sicca ⁊c. In hac parte decimanona primo agit de nocumentis assidue comestionis siccorum ⁊ vnctuosoruz et frigidorum et acetosorum acutorum ⁊ salsorum. Secūdo de cibis tarde aut velociter descendentibus. ibi [Nutriens quoqꝫ] Tertio de necessitate phlebotomie laboriosorū grosse dictatorū post subtile regimen ⁊ iratorum. ibi. [Laboriosi preterea] Quarto de nocumēto dulciū ibi [Scias preterea] ¶ In prima particula dicit primo ꝙ assidua cōestio ciborum siccorum primo facit cadere fortitudinē virtutū vel robur corporis maxime virtutū naturalis ⁊ vitalis. quia vegetatio ⁊ vita in calido ⁊ humido cōsistunt. quibus debilitatis per assiduationem siccorum impossibile est non debilitari virtutem animataz que ab eis recipit sanguinem calorem ⁊ spiritus vitales ac naturales. Secundo corrumpit calorem corporis eis naturalem: quia floridus calor viuificus cutis vel superficiei corporis procedit ex affluentia sanguinis exterius ⁊ leuitate cutis quas minuit aut tollit assiduatio siccorum. ¶ Attende ꝙ cibaria sicca ⁊ his quibus competūt sic describūtur a galieno libro de virtute cibariorum. Cibaria sicca conueniūt ei in cuius corpore tempore ⁊ regione ⁊ loco dominatur humiditas. Quorum sunt lentes caules sanich id est hordeum nouum tostum ante maturitatem. cicera ⁊ omne quod assatur ⁊ quod frigitur. ⁊ omne illud in quo est plurimum vini almuri aceti ⁊ sinapij ⁊ caro omis animalis antiqui. Secūdo dicit ꝙ ex nutriente vnctuoso sicut pinguedine ⁊ oleo fit ociositas id est pigricies corporis ⁊ laxitas motuum. quia per assiduationem vnctuosoruz relaxantur ⁊ remolliuntur nerui chorde ⁊ ligamenta. Et per tale nutriens aufertur desiderium: quia ⁊ natat in stomacho ⁊ natare facit que cū eo ibi sunt. ¶ Attende ꝙ princeps capitulo tertio tractat' primi secundi canonis sic describit opera vnctuosi. Et operationes vnctuositatis sunt lenificatio ⁊ lubrificatio ⁊ decoctio parua. Tertio dicit ꝙ ex cibis frigidis fit ociositas id est pigricies ⁊ tarditas ad motum ⁊ subtilitas id est multiplicatio aquose humiditatis per viam indigestionis. Sicut eni motuū perfectio ⁊ agilitas a calore procedit: sic torpor et segnicies a frigiditate. Et sicut digestio que calore iuuatur inspissando procedit: sic indigestio que fit a frigore sepe sibi sociat subtilē aquositatē. ¶ Attende ꝙ galien' libro de virtute cibariorū capitulo. 16. cibaria frigida concedit calidis dicēs. Cibaria frigida debent ministrari ei qui calidi est corporis in tempore regione ⁊ loco calidis. Deinde tangit hec dicens. Quorum est hordeū ⁊ omne quod de eo fit miliū paniciuz bateca id est melo cucurbita: citruli pruna persica ⁊ cetera. Quarto dicit ꝙ ex acetoso fit seniū id est assidua comestio aceti ⁊ acetosorum facit accelerare seniū ⁊ mortē. quia suis frigiditate ⁊ siccitate diminuūt radicale hūidū ⁊ calorē innatū que sunt principia vite: ⁊ introducūt paulatim propriā senij cōplexionē. Et de operib' acetosorum dicit princeps secūdo huius tractatu primo. c. 3. Operationes acetositatis sunt infrigidatio ⁊ incisio. Quinto dicit. ⁊ ex acuto silr id est sicut ex assidua cōestione acetosorum fit seniū: sic ex assidua comestione ciborum acutorum quia cibi acuti sicut piperata alliata ⁊ species coquine vehementer calide violētia sue caliditatis calorē innatū superflue resoluūt ⁊ humidū substantificū tā suo calore ꝙ̄ sua siccitate excessiue cōsumūt. licet ergo acuta primo occursu calefaciant tandē tn̄ infrigidant ⁊ siccāt. Sexto dicit ꝙ assidua comestio salsorum nocet stomacho ⁊ oculis. Stomacho quidē superfluitate sue abstersionis ⁊ desiccationis ⁊ punctionib' quas infert orificio ei'. Oculis vero ra-

Amplius cum vnctuosum nutriens ⁊ conueniens comeditur post malū nutriens corrumpet ipsum. ¶ Nutriens quoqꝫ viscosuꝫ est tardius ad descendendum: ⁊ similiter citrulli cum suis corticibus velocius descendunt ꝙ̃ excorticati. ⁊ similiter panis cum suo furfure velocius descendit ꝙ̃ cribellatus. ¶ Laboriosi preterea regimen cum subtiliatur ⁊ post rem comedit grossam sicut risuꝫ cū lacte post famem acuit sanguinem ⁊ fit vt ipse ebulliat vnde minutionis prouenit necessitas: licet parum sit ex quo fu-

poribus ⁊ fumis acutis nitrosis quibus minuuntur humiditates eoꝝ ⁊ tunice siccantur ⁊ corrugantur. vnde perdunt peruietatem visioni vtilē ⁊ veluti necessariā. Et de operationibus salsoꝝ dicit princeps secundo huius capitulo tertio. Operationes salsedinis sunt abstersio ⁊ ablutio ⁊ exiccatio: ⁊ ꝓhibet putrefactionē. Septimo dicit ꝙ cib' vnctuos' ex se laudabilis ⁊ conueniens quando comeditur post malū nutriens corrumpunt ipsuꝫ. q꞉ ⁊ natat in stomacho ⁊ malū premissuꝫ quodāmodo subleuat quo fit vt vterqꝫ male digeraꝛ ¶ Sꝫ contra. dictuꝫ est parte decia octaua capituli presentis nocumentū vnctuosi emendari pontico amaro salso ⁊ acuto ⁊ econuerso. ergo cū his nutriētibus que sunt mala: quia distēꝑata cōueniunt vnctuosa quatinus corrigant sue qualitatis excessum.

Dic primo ꝙ per malū nutriens potest hic intelligi nutriens paratū putrefactioni: sicut lac malū: oua ⁊ pisces non bene recētes. Dic secundo ꝙ si sub nomine mali nutrientis comprehendantur ponticū amarū salsum ⁊ acutū: adhuc verificatur ꝙ vnctuosum super aliquod hoꝝ ilico receptū corrumpit ipsum propter rationē dictā: sed preassumptū vel decenter ei admixtū cum moderamine corrigit ipsum propter contrarietatē eius cū pontico amaro salso vel acuto tā in qualitatibus ꝙ̃ in operib'. ¶ In secunda dicit primo ꝙ nutriens viscosum vt carnes porcine case' anguille tardius descendit in stomacho ⁊ a stomacho ꝙ̃ nō viscosum. Cuius ratio est duplex. Una est tarditas ⁊ difficultas digestionis eius: quia sua viscositate fortiter resistit diuisioni ei' a calore digestiuo. Altera est: quia sua viscositate adheret lateribus vasis continentis. ⁊ sicut nutriens viscosum est tardi descensus a stomacho: sic chilus eius tarde penetratiōis ad epar ⁊ humor eius tarde penetrationis ad membra. Secundo dicit ꝙ citrulli cū suis corticibus comesti sunt velocioris descensus ꝙ̃ excorticati. Cuius ratio est: quia in corticibus citrulloꝝ ē quedā vis abstersiua cooperans ad descensum facilē ⁊ penetrationeꝫ. Cuius rei signū est: ꝙ si cū corticibus citrulloꝝ fricueris maculas cutis eaꝝ feditas minuetur. Tertio dicit ꝙ panis comestus cum furfure suo velocius descendit ꝙ̃ cribellatus: id est confectus ex tenui farina a suo furfure per cribrū mūdata. Huius rationē reddit galienus primo de alimentis capitulo secundo dicens. Et si quis frumentis molitis sequestrauerit subtilissimā farinaꝫ ⁊ ex reliquo fecerit panes qui nominantur furfurei: paucitatē nutritionis ipsoꝝ experietur. Superfluū aūt facient in ventre multū ⁊ ꝓpter h̄ secedunt de facili. simul autē ⁊ quia abstersiua virtute participat furfur: merito segregatio ipsoꝝ fit velox intestinis ꝓuocatis ad egestionē. ¶ In tertia dicit primo ꝙ quando homo laboriosus fortis exercitij subtiliat in primis suū regimen ita vt sepe famescat: postea comedit suꝑ famē eius grossum nutriēs vt rizū cū lacte: generatur inde sanguis acutus ⁊ ebulliens in se ꝓpter caloris acumen tam a fame ꝙ̃ a labore. Et huic est necessaria minutio sanguinis dato ꝙ ex proximo fuerit phlebotomat'. quia quando sanguis ebulliens acutus in corpore incipit multiplicari nisi minuatur ⁊ euentetur cito febrē generat. Secundo dicit ꝙ sicut laboriosus grosse dietatus post subtile regimen indiget phlebotomia: sic homo iratus. quia ira est ebullitio sanguinis circa cor leuissime perducens ad febrē. nisi aliquid inflāmati sanguinis minutiōe detrahatur. ¶ In quarta dicit ꝙ natura rapit auide dulces cibos a stomacho ad epar priusꝙ̃ digeratur. quod in eis est vtile chilificationi ⁊ anteꝙ̃ maturetur eoꝝ superfluitas propter delectationē ei' maximā in cōnaturalitate dulciū. ⁊ ideo dulce nutriens corrūpit sanguinē: quia replet ip̄m

it minutus ⁊ similiter iram habens. ¶ Scire preterea debes ꝙ dulce nutriens rapit natura anteꝙ̃ maturescat ⁊ digeratur ⁊ corrumpit sanguinem

Nutrientium[b] quoqꝫ iudicia quandoqꝫ fiunt ex parte compositiōis ipsorum. Experimentatores nanqꝫ indi ⁊ alij dixerunt ꝙ lac cum rebus acetosis edenduꝫ non est: neqꝫ pisces cum lacte. quoniam inde ad egritudines peruenitur permanētes sicut lepra. neqꝫ comedi debet mest cuꝫ raphanis neqꝫ carnibus volatiliuꝫ: neqꝫ sanich post rizum cū lacte. neqꝫ in

aquositate indigesta ex qua redditur aptus ebullitioni ⁊ putrefactiōi. ¶ Attende ꝑmo ꝙ opera dulcis sic meminit ꝑnceps secūdo hui' caplo tertio. Operationes aūt dulcis sunt digestio ⁊ lenificatio ⁊ multiplicatio nutrimenti. ⁊ natura diligit ipsum ⁊ virtus attractiua attrahit ipsum. ¶ Attende secūdo ꝙ dū dicitur hic ꝙ dulce nutriēs corrūpit sanguinē intelligiꝛ id de dulci in summo: q̄lia sunt congelatū vue ꝑnature ⁊ mel: ⁊ vinum quod vulgo muscadellū dicitur. Nam dulces cibi moderate dulcedinis ceteris sunt aptiores ad generationē boni sanguinis. [b] Nutrientiū quoqꝫ. In hac parte vigesima ꝑmo agit de iudicijs nutrientiū ex parte cōpositionis vel coassumptionis vni' cuꝫ altero ⁊ modoꝝ preparationū suarum. Secundo de duob' modis nocumētoꝝ diuersoꝝ ciboꝝ ⁊ q̄liter veteres circa hoc se habuerꝛ. ibi [Cibaria quoqꝫ] Tertio de meliori hora comedendi in estate. ibi [Et in estate] Quarto de nocumento tolerātie famis. ibi [Famē quoqꝫ] ¶ In ꝑma particula dicit ꝑmo ꝙ iudicia nutriētiū q̄nqꝫ trahunꝛ ex parte cōpositionis vel ꝑparationis ipoꝝ. Et circa hoc dat sex regulas. Prima ē. lac non est comedenduꝫ cū rebus acetosis sicut experimentatores indie et alij experientijs edocti certificant. Et id nobis sensibiliter apparet. Nā modicū aceti lacti intromissum velociter dissoluit ⁊ coagulat ipsuꝫ

Secunda regula est. pisces non debent comedi cū lacte: quia generantur inde mansiue egritudines scꝫ habituate ⁊ insanabiles sicut lepra. q꞉ se inuicem corrumpunt. ita vt ad quartā digestioneꝫ peruenientes non sint imunes ab omni corruptiōe. sed paulatim alterent colorem ⁊ s̄bam cutis ⁊ mēbroꝝ. Et hac de cā multiplicanꝛ leprosi in partib' flandrie zelandie ⁊ hollādie coopātib' ad id salsis ⁊ acutis balneis ⁊ stuphis post comestionē: quibus sepe vtuntur. Tertia regula est. mest id est lac acetosum coagulatū non est comedendū cū raphanis. Neqꝫ mest est comedendū cū carnibus volatiliū. Ratio primi est. quia lac acetosum coagulatū est grossum oppilatiuū difficilis digestionis: tardi descensus. sꝫ raphani virtus est calida subtiliatiua aperitiua ꝑūgitiua. Iuxta illud galieni secūdo de alimentis capitulo. 67. Radix vero est eoꝝ que comeduntur quotidie vt obsoꝝ: id est salsamentū magis ꝙ̃ alimētū subtiliatiue virtutis ens ⁊ ip̄a videlicꝫ cū hoc ꝙ calefacit manifeste. preualet eni pūgitiua qualitas in ipsa. Si igitur raphani cum lacte acetoso coagulato edanꝛ faciēt ip̄m descēdere ante sui digestionē: ⁊ penetrare in vias capillares q̄b' sua viscositate adherebit ⁊ vehemenꝛ oppilabit eas ita vt vix possit oppilatio solui vnde forte sequetur ictericia vel hydropisis. Est ⁊ aliud in raphano malū scilicet ꝙ in eo est substantia q̄ est velox ad putrefaciendū vt dicit ꝑnceps secūdo can̄. c. de eo. ¶ Sed instabit aliquis q꞉ de raphano cōiter diciꝛ ꝙ nō digeritur sed digerere facit. cuꝫ igitur mest sit valde difficilis digestionis raphan' ei ꝑmixt' subtiliādo ⁊ incidendo ip̄m cooperabiꝛ ad digestionē eius. Item mos est apud plurimos comedere raphanos post cibos grossos vt digestio eoꝝ inde iuuetur. ¶ Ad primū dic ꝙ lꝫ raphani cū mest comesti subtiliēt aliqualiter ⁊ incidant ip̄m: nō tn̄ sufficienter ⁊ preter hoc ingerunt mala superi' tacta. Ad secundū dic ꝙ mos ille reprobaꝛ a gal. 2. de alimētis. c. 68. dicente. Admirari aūt est ⁊ medicoꝝ ⁊ ydeotarū illos qui post cenā crudas comedunt ipsas bone digestionis gratia. Ipsi quidē eni aiunt habuisse sufficienꝛ hui' experientiā. Qui aūt imitati sunt ipsos oēs lesi sunt. Sed rō quare mest nō est edendū cū carnibus volatilium est: quia carnes volatiliū sua subtilitate ꝑrius digeste sunt ꝙ̃ mest incipiat digeri. Aut igitur penetrabunt ⁊ tunc ducēt aliquid ex mest indigestū: aut ꝓhibebuntur penetrare per obstaculuꝫ mest: ⁊ tunc corrumpentur ⁊ corrumpent mest.

Quarta est ꝙ sanich id est hordeatū non est cōedendū post rizū coctū cū lacte. Cui' rō est: q꞉ rizū in lacte coctū est grossuꝫ oppilatiuū difficilis digestionis. Hordeatū vero subtile lubricū cito digestibile. Qd̄ cuꝫ ita sit hordeatū multo citi' rizo digestū ꝓhibeꝛ trāsire per rizū cū lacte: quare corrūpitur ⁊ corrūpit ipsum. ¶ Attende primo ꝙ sanich generali nomine dicitur de quolibet grano panico ⁊ fructu comestibili fracto ⁊ ma

ex aqua plurima. Iuxta id inuenies in pluribus locis can. istius ⁊ aliorum librorum medicine sanich tritici sanich hordei: sanich rizi: sanich milij: sanich pomorum: sanich pirorum. Sed sanich secundum almansorem caplo de fluxu ventris fit quando hordeū fractū operitur aqua ⁊ bullit vsq ad spissitudinē aque: deinde colatur. ⁊ quod descendit est sanich. Et istud est hordeatū seu hordeum mundatū. quod valde laudatur in acutis passionibus. ianuen. vero sup illo vbo sanich ait. Vez vt accepi a peritissimis orientalibus sanich vocatur cū accipitur hordeū nouū anteq̄ plena maturitate induretur ⁊ ponitur in vase encoveτ terreo ⁊ super ignez leuiter torrefit: deinde tusum ventilatur donec totus cortex abscedat: deinde frangitur in frusta sicut id quod far dicim⁹. ¶ Attēde secūdo ꝙ cōmuniter vbi in libris translatis ab arabico sanich scribitur: in translatis a greco loco eius scribitur polenta: que etiam grece alphita dicitur.

pulmento ponatur oleuz aut res vnctuosa que ī eneo stetit vase. neq cōedatur assatura que fuit assata sup prunas resin. ¶ Cibaria quoq diuersa a duabus impediunt partibus. vna earum est propter diuersitatem eorum in digerendo. ⁊ quoniaz quod ex eis est digestum ei admiscetur quod non est digestum. Et secunda quoniam aliquis plus potest ex eis cōedere q̄ ex vno cibario. In tēpore quoq antiquo qui exercitabantur iā fugerunt ab hoc. Contenti enī erant soli⁹ carnis comestione in mane ⁊ solius panis in cena. ¶ Et ī esta

Quinta est ꝙ oleū vel alia res vnctuosa sicut axungia vel butyrū que stetit in eneo vase non ponatur in pulmento nec īmisceatur cibis gratia frixure vel aliter. Hui⁹ rationē reddit pnceps secundo hui⁹ caplo de ere dicens. Oportet quidē vt caueatur vsus dimittēdi illud in quo est salsedo aut amaritudo aut pinguedo: sicut sunt olea ⁊ carnes aut acetositas aut dulcedo in vasis eris ⁊ bibēdi ex eis. Ipsa eniz scz vasa eris trāsmittunt proculdubio zinzariā: id est diffundunt in ea que continent ex dictis eruginē eris. ⁊ zinzar id est erugo eris est venenū. Sexta est. assature non sunt comedende neq ex carnibus neq ex piscibus que fuerūt assate super prunas resin: id est pētadactili seu cathapucie maioris que ⁊ kerua dicitur. Et est arbor in magnitudine fic⁹ parue habens folia similia folijs dulli: id est platani. vt ait serapion caplo de ea. Hec arbor ē de genere medicinarū laxatiuarū venenosarū: cuius prune diffundunt aliquid sue venenositatis in carnes aut pisces qui super eos assantur. ¶ In secūda dicit primo ꝙ diuersitas ciborū in eadē mensa vt plurimi carniū differentiū multū vel plurium pisciū vel plurium fructuū nocet duob⁹ modis. Vno quidē propter diuersitatē masse cibalis ex qua duo surgunt. Primū est difficultas maior in digestione ipsi⁹. Secunduz est digestio quarundā partiū eius longe ante alias vnde sese mutuo impediunt. Alio modo quia cōiter plus comedūt homines ex diuersis cibarijs q̄ ex vno. reuiuiscit enī quodāmō appetit⁹ nouis sibi presentatis ferculis. Secundo dicit ꝙ tēpore antiquo homines exercitijs dediti ita attente fugerunt a diuersitate cibariorum q̄ contentabantur comestione solius carnis in mane scz hora prandij. ⁊ comestione solius panis in cena. Sed mos inoleuit istis tēporibus cū singlis ferculis comedere panem: nec sapere videtur cibus sine pane. immo quisq cib⁹ cū pane censetur velut vnū ferculū. ⁊ in his maxime consuetudo attendenda est ⁊ obseruanda. ¶ In tertia dicit ꝙ hora melior comedendi tēpore estiuo est hora magis recens seu min⁹ calida. videlicz anteq̄ super nostrū hemisphe riū sol multū eleuetur. Tali nāq hora magis viget appetit⁹ virt⁹ digestiua validior est nondū resoluta calore solis. Et per cibū tunc sumptū aptius occurritur calorib⁹ venturis supposito ꝙ temp⁹ hesterne comestionis sic fuerit ordinatū ꝙ hora diei recentiori digestio cibi hesterni completa fuerit ⁊ iā instet temp⁹ noue cibationis. ¶ In quarta dicit ꝙ tolerare famē quandoq replet stomachū malis purib⁹ id est saniosis humoribus vel putridis aut aliter corruptis: quia stomach⁹ denegato sibi cibo ab extra trahit a mēbris que cibo egentia sicut stōach⁹ non sinūt abire bonos humores sed malas putridas superfluitates. Idē memoratū est parte secunda presentis capituli sub istis verbis. Tolerare famem stomachū putridis replet humorib⁹. Et hic repetitur vt altius mēti herecat. Et additur quandoq ppterea ꝙ sepe tolerantia famis phlegmatic cis prodest: ⁊ causa huius supra tacta est.

Amplius scire debes ⁊c.

In hac parte vigesimaprima primo agit de alcubeb. Secundo de furabes. ibi [Et furabes] Tertio de prohibitione vuarū ⁊ permissione granorū granatorum post capita assata. ibi [Ex hominibus] Quarto de tanz et

pullo eius. ibi [Scire quoq debes] Quinto de meliori modo assationis gallinarū. ibi [Ex gallinis] Sexto de iurib⁹ pulli ⁊ galline. ibi [Et etiā scire debes] Septimo de hedo. ibi [Hed⁹ preterea] Octauo de agno. ibi [Et agn⁹] Nono de zebrabegi. ibi [Zebrabegi quoq] Decimo de allues. ibi [Allues quoq] Undecimo

te quidē melior comedendi hora existit que est frigidior. ¶ Famem quoq tolerare stomachum quādoq malis replet puribus. Amplius scire debes ꝙ alcubeb cū digerit multi existit nutrimenti: sed tarde descēdit ⁊ in monoculo moram facit. ¶ Et furabez est nutriens bonum. cunq in ipa fuerit cepe ventositates expellet ⁊ cū cepe non fuerit ī ipa cōmouebit ventositates. ¶ Ex hominibus preterea sunt qui putant vuas post capita assata vtiles existere: sed non est quemadmodum existimant: immo vehementer sunt male: et silr nabit.

comparatione nocumenti panis ad nocumentū carnis. ibi [Ampli⁹ scire debes.] ¶ In prima particula dicit ꝙ alcubeb ē multe nutritionis dum bene digerit. sed descensus ipsius est tardus et protrahit morā in intestino monoculo. Et est alcubeb nomen arabicū significans carnem super prunas assam. Et est cib⁹ plurimū vsitat⁹ in his bassis regiōib⁹ apud caupones ⁊ tabernarios ad quos affluentes mane leccatores vt desideriuz bibendi excitent laminas tenues porcine carnis dictas carboneas prunis superponūt: quas non bene coctas cū pane comedūt ⁊ vino sepeliūt. Et tarde descendūt. tū quia grosse. tum quia viscose. tum qr difficiles digeri. Et quia morātur in monoculo scz in primo grossorum intestinorum: quod ⁊ sacc⁹ dr̄ manicatis: bus: non cōpetunt constipatis neq dispositis ad cholicā. Vnde dicit rasis quarto almāsoris. Caro super prunas assata multū nutrit: corp⁹ nāq corroborat atq velociter nutrit. Hec etiā eis qui multū sanguinis fluxū perpessi sunt confert. Tarde tamen digeritur atq vix vnq̄ tota omnino digeritur. Que neq post aliū sumenda est cibū neq cū ea ali⁹ sumi debet cib⁹: sed sola omnino est sumenda. Et donec digesta sit nullus ali⁹ sumatur cib⁹. Potus autē post comestionē pot⁹ sumendus non est nisi in parua quantitate maxima tamen cogente necessitate. ¶ In secunda dicit primo ꝙ furabes est cib⁹ boni nutrimenti. ⁊ dicit aliter taphea. ⁊ est ius carniū aut pisciū conditū sine zuccaro ⁊ alio dulcore anetor: salem missis cū oleo pauco. quod a galieno quarto de regimine sanitatis caplo. 15. ius albū dicitur. Secundo dicit ꝙ si isti brodio cepe fuerit īmixtū educet ventositates. si non: cōmouebit ⁊ suscitabit eas. Et scdo hui⁹ caplo de cepe ait. Et zicubiza cū cepe min⁹ est inflatiuū eo qd est sine cepe. Et per zicubiza itelligit furabes. Cuius ratio est quia cepe lenit ventrē ⁊ comestū expellit nocumentū ventositatis venenorum vt ait pnceps dicto caplo. ¶ Sz contra. cepe generat ventositates vt ait serapion in aggregatore capitulo de cepe auctoritatib⁹ galieni ⁊ dyascoridis. ergo mixtum furabes reddet ipm magis multiplicatiuū ventositatū. Dic primo ꝙ cepe coctū in furabes est min⁹ ventosum multo q̄ sit crudū. Dic secundo ꝙ licet cepe etiā in furabes generet ventositates aliquas ipas tn̄ laxando educit. ¶ In tertia primo dicit aliquos putasse ꝙ vue comeste post capita assata vt vituli aut hedi sunt bone vtiles: sed nō est ita. īmo vehementer nocent. quia capita animaliū scz cerebrū ⁊ carnes circūuicine ei assata ⁊ comesta sunt phlegmatica ⁊ viscosa difficilis digestionis ⁊ tardi descensus. Et vue supercomeste cito digeruntur ⁊ nequeūtes transire ppter capita precomesta supernatant alijs ⁊ corrūpuntur ⁊ corrumpunt alia ⁊ effumant ad caput suscitantes dolorem capitis ⁊ inquietudinem. Et si aliquando fuerint inuente contulisse per accidens fuit scilicet dum sibi viam inuenientes inter parietes stomachi ⁊ capita comesta lubricabant inferius cum capitibus ⁊ per fluxum ventris alleuiabantur stomachus ⁊ viscera. Secundo dicit ꝙ nabit similiter est malum post capita assata sicut vue. Et est nabit potus qui fit ex dactilis vel ficubus vel ex alijs ab vuis. Talis autem pot⁹ sua vnctuositate natat in stomacho ⁊ natare facit capita comesta quibus superbibitur: ⁊ sua dulcedine oppilat epar sicut ⁊ chilus ex capitibus genitus: ⁊ sic addit in maliciam.

Sed comedenda sunt talia qlia sunt grana mali granati absq; suis ossib' ¶ Scire quoq; debes ꝙ tanz est sicca ⁊ constringit ventrem. sed pullus est humidus ⁊ ventrē soluens. ¶ Ex gallinis vero assatis melior est que ī ventre hedi aut agni assatur. quoniā eius cōseruatur hūiditas. ¶ Et etiā scire debes ꝙ ius pulli vehementer temperat humores: ⁊ plus etiam q̄ ius gallinarum. sed tamen ius gallinarum est magis nutriēs. ¶ Hedus preterea cuz fuerit frigidus erit melior propterea ꝙ eius quiescit vapor ¶ Et agnus cum est calidus est melior: propterea ꝙ ipsius malus odor

Tertio dicit ꝙ post capita assata comedenda sunt siue sugenda grana granatorum acetosorum sine transglutione suorum ossium seu lapillorum: quia cerebra comesta cum carnibus mollibus que sunt iuxta ea faciunt nauseaz ⁊ delent appetitum. ⁊ succus granorum granatorum acrium tollit vtrumq; horum os stomachi roborat fumos a capite ꝓhibet ⁊ cooperat ad descensum cibi. Preterea iest ei mirabil' proprietas in prohibendo corruptiones ciborum ⁊ humorꝝ in stomacho. ¶ Sed cōtra. iste succus est substātie subtilis facilis digestiōis. digeret ergo prius q̄ capita ⁊ cuz trāsire nō possit corrumpet et corrūpet alia. Dic ꝙ h non sumitur via cibi sed in pauca quantitate via medicine ⁊ cuz expleuerit iuuamenta sua vel faciliter resoluetur vel immiscebitur alijs absq; corruptione propter ineptitudinem eius ad eam ¶ In quarta particula dicit primo ꝙ tanz est sicce complexiōis comparatione ad hominem qui pro cibo ea vtitur et constringit ventrez. Et est tanz auis in palato habens dentes scilicet anser aut auca. ⁊ est de genere auium aquaticaꝝ cuius carnes grosse superfluice sunt difficilis digestionis declinātes ad melancholiam. Secundo dicit ꝙ pullus tanz scilicet anserulus est humide complexionis ⁊ soluens ventrem: ⁊ hec humiditas ⁊ solutiua vis insunt ei ex humiditate cōnaturali adolescētie seu prime etati. sicut enim boue vitulus ⁊ hirco hedus humidiores sunt ⁊ labiliores: sic anseruli aucis. hoc excepto ꝙ anseruli quadam maiori viscositate participant propter naturam sue aquacitatis. ¶ In quinta particula dicit ꝙ meliores ex gallinis assatis sunt he que assantur in ventre hedi aut in ventre agni: quia per hunc modum prohibentur a desiccatione superflua ignis: ⁊ conseruatur in eis sua naturalis humiditas. Sed attendere oportet ꝙ venter agni vel hedi sit optime mūdatus. Et id maxime fieri cōuenit in macris gallinis non habentibus pinguedinem ⁊ humiditatem sufficientes protegere eas a penetratione violenta ⁊ arefactione ignei caloris. Et sub gallinis intellige si vis femellas ꝑdicum ⁊ fasçanorum que sunt galline deserti. ¶ In sexta particula dicit primo ꝙ ius pulli id est colaticium vel aqua decoctionis eius vehemēter temperat humores sic ꝙ calefacit infrigidatos: ⁊ infrigidat calefactos: ⁊ ex se generat temperatum sanguinem bonum clarum mundum. Secundo dicit ꝙ ius pulli pl' temperat humores q̄ ius galline: quia minus habet de inflammabili pinguedine. ⁊ calor pullorum est minus acutus propter humiditatem etatis hebetantem eum. Et ideo ius pulli magis conceditur in acutis febribus q̄ ius galline. Tertio dic̄ ꝙ ius gallinarum est nutritiuius q̄ sit ius pulli: quia est carnosius spissius ⁊ pinguius sicut docet experimentum. ¶ In septima particula dicit ꝙ hedine carnes sunt meliores esui frigide q̄ calide: propterea ꝙ in frigidis iam vapor quiescit ⁊ resolutus est. ¶ Attende ꝙ hoc totum genus animalis abundat in fumis aut vaporibus fetidis. ⁊ id maxime manifestatur in hirco ⁊ sanguine eius. postea in capra. minus vero in hedo. Et talis vapor se plus manifestat in carnibus horum quando calide sunt ⁊ pori aperti ¶ In octaua particula dicit ꝙ carnes agni sunt meliores esui calide q̄ frigide: quia calor ignis relictus in eis tollit ⁊ resoluit odorem malum proprie substantie similem pinguedini refrigerate repertum in eis ex abundantia humiditatis ⁊ vnctuositatis sanguinis. Et talis odor non inuenitur in substantia carniuz hedi que sicce sunt de se: sed in humiditatibus fluentibus earum. propterea calor detegit fetorem harum. frigus vero tollit vel occultat. ⁊ econuerso fit in mutoninis seu agninis carnibus. ¶ In nona particula dicit ꝙ in zebrabegi non debet misceri crocus quando datur supercalefactis vel febricitantibus. augmentaret enim discrasiam ipsorum. Sz non calefactis cum croco dandum est: quia crocus cordialis est ⁊ hominem hilarem reddit Sed sub pauca q̄ntitate debet immitti cibis vel per se assumi: quia multum ex eo est venenuz. Iuxta illud principis secundo huius capitulo de eo. dicit ꝙ tres aurei de ipso interficiunt letificādo. Et ē aure' pond'. ʒ. i. ⁊ ß. Et est zebrabegi caro cocta cū aqua cui postea admiscentur acetum ⁊ crocus. Et est frigida q̄ sanguinem ⁊ choleram reꝑmit rubeaz. Atq; calidū habentib' epar necnon his qui in epate oppilationem atq; ictericiam ⁊ febres patiuntur confert. phlebotomatis quoq; auxilium prestat. His vero qui catarticum hauserunt vel qui in neruis lesionem patiuntur. siue qui corpora habentes macra ⁊ debilia necesse habēt ea corroborare atq; impinguare nocumentum tribuit. desiccat enim ⁊ subtiliat. Carnium vero ⁊ sanguinis habentibus multitudinem atq; his quibus sanguis ⁊ cholere rubee multitudo nocet cōgruit: ventrē stringit: teste rasi quarto almansoris capitulo de virtutibus carniū ex artificio. ¶ In decima particula dicit ꝙ allues sunt male propter oppilationes quas faciunt: ⁊ sitim quam inducunt. licet ex zuccaro fiant sicut pheludes id est penidie que conficiuntur ex zuccaro cocto multum elaborato cum flore amidi donec sit ꝓtēsuz ad instar chorde tracto eo ex clauo parieti affixo Tunc quidem inciditur cuz forcipibus per pecias paruas similes glandibus: ⁊ sic reseruatur ⁊ pecie tales penidie dicuntur. que multum valēt in asꝑitate gutturis ⁊ tussi ⁊ pleuresi ⁊ peripneumonia maturātes materias pectoralium ⁊ facilitantes sputum. Sed allues sunt confectiones ex pasta azima ⁊ zuccaro aut melle sicut nebule oblate crispule que ex pasta sua azima vias oppilant: ⁊ ex facili conuersione earum ad choleram propter suam nimiam dulcedinem sitim efficiunt. ¶ In vndecima particula dicit primo ꝙ nocumentuz ex pane prouenicns quando non digeritur est plurimum. vnde dici solet. Omis repletio mala: panis autem pessima. quia stomacho diu iniacet grauans ipsum plurimuz: ⁊ opprimit pectoralia. Or si descenderit tādē de stomacho non bene digest' oppilabit epar ⁊ meseraicas. Secundo dicit ꝙ nocumentum ex carne prouenicns cū non digeritur est multo minus nocumento panis: quia carnes plus proportionantur humano corpori ⁊ minus premunt pectoralia. Et si transeant indigeste ad epar vel meseraicas minus stabiles ⁊ magis curabiles oppilationes inducent q̄ panis trahētibus membris auidius succum carnis propter similitudinem q̄ succum panis.

resoluitur. ¶ zebrabegi quoq; cū calefactis datur nō oportet vt sit in eo crocus: sed cum non calefactis in eo esse debet crocus. ¶ Allues quoq; licet ex zuccaro fiant sic̄ pheludez: male tamen sunt propterea ꝙ oppilationes faciunt ⁊ sitim. ¶ Amplius scire debes ꝙ impedimētum panis cū non digeritur est multum. Sed carnis impedimentum cum non digeritur est minus hoc.

¶ De regimine aque ⁊ vini. Ca. VIII

c Omplexionibus tē-peratis aqua conuenientior est que in frigiditatis fortitu

¶ De regimine aque ⁊ vini. Capitulum VIII

c Omplexionibus temperatis ⁊c̄. In hoc capitulo primo agit d̄ regimine aque. Secundo de regimine vini. ibi [Vinum vero album] Prima pars est presens textus.

a In prima parte agit de aqua que conuenit complexionibus temperatis. Secundo tangit opinionem quamdam circa mixtionem aquarum remittens nos ad priora super electione ⁊ correctiōe aquarum. ibi [Empericorum autez.] Tertio de nocumento aque bibite quando non conuenit. ⁊ de modo succurrendi necessitati eius ⁊ occurrēdi suis nocumentis. ibi [Scias autem ꝙ bibere] Quarto de remedijs contra mendosam sitim ⁊ malo quod sequitur obediendo ei. ibi [Et siti quidē mēdosa] Quinto de effectibus aque ſm qualitates eius primas actiuas. ibi [Multam quoq; aquaz] ¶ In prima particula dicit primo ꝙ aqua plus conueniens tēꝑate complexioni est que temperata est in fortitudine frigiditatis id est non frigida vehementer vt nix: nec veluti tepida sed sensibilis frigiditatis: et illa cuius infrigidatio facta est cum niue non aque immixta: sed adhibita deforis per medium vasis. maxime

si mala est huiusmodi nix: vel quia fit ex vaporibus corruptis. vel quia cecidit supra malas plantas vel in locis infectis. Secundo dicit ꝙ in niue etiaꝫ bona talis est dispositio vel proprietas ꝙ aqua resoluta ex ea nocet neruis ⁊ membris anhelitus ⁊ omnibus interiorib⁹: nec sustinet aliquis intristanter sine nocumento talis aque potum nisi vehementer sanguineus fuerit. Et si cui alteri vtentium nunc nō nocuerit ī processu tpis nocebit plurimū. De talibus aquis dicit galienus libello de aquis capitulo quinto. Quecunqꝫ vero sunt a glacie et niue dissolute male sunt. Nam quando congelantur exprimitur ab eis id quod ē subtilissimuꝫ: ⁊ sunt dure ⁊ in frigiditate excedentes. Dura autem aqua et frigida neqꝫ ad digestionem neqꝫ ad vrinationeꝫ ē idonea. mala vero est pectori ⁊ laterib⁹ ⁊ spasmos suscitat: ⁊ tetanos et ruptiones in storace ⁊ sputiones sanguineas ⁊ empimata ⁊ permanet ſm ventrem multo tempore gurgulationes ibi operans. ¶ In secunda particula dicit primo aliquos empericorum dixisse ꝙ aqua putei non est permiscenda aque fluminis in eadem refectione. Neqꝫ vna alteri superbibenda donec altera earum descenderit a stomacho scilicet. nec videtur hoc empericum penitus carere ratione: quia sicut diuersitas ciborum est stomacho grauis conturbans ipsum: sic diuersitas aquarum de quibus altera velociter descendit altera tarde. ¶ Attende ꝙ emperici dicuntur qui relictis causis ⁊ essentijs morborum signis ⁊ curis intendunt vel per proprias experientias vel per experientiam suorum predecessorum vel argumento a simili. Iuxta illud galieni libro de introductione medicoruꝫ capitulo tertio. Emperica vero secta que ad concursus sinthomatum. id est accidentium incidentium in egrotantibus aspicit. Et attendens ad sinthomata conferentem curam obseruat: neqꝫ passioneꝫ scit neqꝫ causas inquirit: sed est contenta eorum que in sinthomatibus ſm experientiaꝫ afferuntur. vsu vtitur autem ⁊ hystoria preexpertorum ⁊ simili transitione ab experto ad inexpertum. hec galien⁹ ibi. Deinde subdit principales intentiones emperice secte dicens. Caracterisant igitur id est insigniunt vel constituunt ⁊ empericam heresim. hec galienus. Primū quidem ad concursus aspicere sinthomatuꝫ. ⁊ neqꝫ ad passionem neqꝫ ad causam. Secundum vero in concursibus obseruatio eoruꝫ que ꝑ experientiā congruunt. Tertium hystoria preexpertorum. Quartum autem similis transitio. vt si quis concedat alicui speltam quam non expertus est propter similitudinem eius cum frumento per experientiam sibi cognito. Secundo dicit hic princeps iam se prius demonstrasse electioneꝫ ⁊ correctionē aquarum scilicet primi secunda doctrina secunda summa prima capitulo decimosexto. Tertio dicit ꝙ si aliqua mala aqua cum aceto permisceatur rectificatur inde: quia frequentius aqua potabilis vel est mala propter grossiciem ⁊ tarditatem descensus eius a stomacho: vel quia disposita ē ad putrefactionem. Acetum vero subtiliat plurimum ⁊ a putredine vehementer preseruat. ¶ In tertia particula primo tangit quinqꝫ casus in quibus potus aque est vehementer impediens ⁊ nociuus. Primus est in homine ieiuno. tunc eniꝫ libere penetrat aqua bibita nullo impedita retinaculo vsqꝫ ad intima membrorum principalium mortificans suuꝫ calorem innatum. Secundus est in exercitato forti exercitio ⁊ similiter statim post coitum. Nam tunc pori corporis sunt multum aperti: quare penetrat aqua in profundo membrorum. Tertius est post balneationē maxime quando fit hec balneatio ventre vacuo. tunc enim vie sunt vehementer aperte. quare ledens penetrat aqua vt dictum est. De tali potu aque dicit princeps q̄rti sexta summa secūda capitulo vltimo. Ex potu illius in ieiuno ⁊ post balneum ⁊ coitum timetur corruptio complexionis ⁊ hydropisis. Quartus est bibere aquam frigidam obediendo siti nocturne mendose. Nam per eius potum prohibetur resolutio ⁊ digestio humoris salsi vel vini fortis vel alterius acuti facientis sitim. ⁊ cito post potum reuertitur sitis ita fortis vt ante. Quintus est potus aque dum natura studet in digerendo cibum. et hoc si precesserit sacietas aque sufficiens ad bonam cibi permixtioneꝫ. tunc enim digestionem inchoatā impedit, sicut si in olla plena carnium bullientium aquaꝫ frigidam superfunderes. ⁊ calorem innatum q̊ digestio fit plurimum debilitat. Secundo dicit ꝙ si multa fuerit necessitas mitigandi sitim: puta quia nimis vexat ⁊ inquietat oportebit vt tēperetur in aere frigido: id est mitigetur sitis per infrigidationem aeris qui inspirandus est: ⁊ per frequentes ablutiones oris cum aqua frigida. vt siti pacificata superueniat somnus digerens materiam que est sitis causa. Tertio dicit ꝙ si ad mitigationem sitis non sufficiāt infrigidatio aeris inspirandi ⁊ ablutio oris cum aqua frigida bibat sitibundus aquam frigidam cum vase stricti orificij sicut est fiala vel aquaria gracilis rostri. quatenus aqua prolixiori decursu supra orificium stomachi fortius sitim mitiget ⁊ de ea minus sumatur ne digerendorum digestionem penitus impediat. Quarto dat exceptionē a primo casu quo prohibebatur aque potus in ieiuno dicens ꝙ ebrio quandoqꝫ proficit nec leditur ipse si ieiunus bibat ⁊ copula hanc litteram sic cum priore. Scias autem ꝙ bibere aquam cum aliquis est ieiunus vehemēter est impediens: licet hoc quandoqꝫ ebrio conferat ⁊ non impediatur a potu aque ieiunus. Cuius ratio est: quia ieiunus ebrius non est omnino ieiunus neqꝫ in stomacho vacuus: sed adhuc ibi habet reliquias aliquas hesterne crapule quarum nitrositas aqua mitigatur ⁊ stomachus per aquam ab illis abluitur: ⁊ repressis vaporibus et fumis preparatur stomachus ad receptionem noui nutrientis. Quinto dicit ꝙ si q̇s ieiunus abstinere non possit ab aque potu: maxime post exercitiū. quia vehemēter inquietatur quasi sincopisans ex rabie sitis bibat prius vinū aqua calida limphatū: post hoc superbibat satis aque frigide. ¶ Attēde ꝙ p̄n. q̄rti 6ª. que ē de venenis numerat inter venena aquā frigidā in ieiuno bibitā: ⁊ etiā vinū purū in ieiuno bibitū. Aquā quidē frigidā: q꞉ q̄nqꝫ cōplexionē corrumpit ⁊ hydropisim inducit. Vinū vero purū: quia sepe facit accidere prefocationē ⁊ dolores ⁊ inflāmationē. ⁊ proprie post exercitiū ⁊ laborē sicut ait ibi p̄n. vt igitur vtrūqꝫ ꝓhibeatur ab impressione sue venenositatꝭ suadet hic p̄n. ꝙ ꝑmisceantur vt sese cōtēperent ⁊ sit aqua calida ne vinū ⁊ aqua penetrātes subito corrūpāt calorem suis frigorib⁹ actualib⁹ ¶ In quarta dicit primo ꝙ si ipeditus mēdosa siti suꝑ hāc dormierit ⁊ nō bibēs cā tolerauerit sedabit ꝑ hoc sitis mēdosa ei⁹. Propterea dixit hypo. aph̄o. q̄nta. Quibuscūqꝫ ē desideriū noctu bibere valde sitientib⁹ si super hoc dormierint bonū est. Causa aūt hic reddit꞉ q꞉ natura per somnū reuocantē calorē ad interiora resoluit materiā faciētē sitim ꝓcipue dū ꝯiūctio fit int̄ tolerātiā sitꝭ ⁊ sōnū sic ꝙ tolerātia sitꝭ sōnū nō ꝓbibeat sꝫ sit hūc secū ꝯpatiat. Et hui⁹ signū ē ꝙ stati post somnū

dine temperata existit. ⁊ cuius infrigidatio cum niue deforis fit: ⁊ precipue si nix mala fuerit. Et in niue etiā bona huiusmodi extat dispositio. quoniam quod ex ea resoluitur neruis ⁊ membris anhelitus nocumentum facit ⁊ omnibus interioribus ⁊ neqꝫ tolerat eaꝫ nisi vehementer sanguineus. Quod si non ilico nocumentum alicui fecerit ſm longitudinem dierum faciet cum in annis processerit. ¶ Empericorum autem quidam dixerunt ꝙ inter aquam putei ⁊ fluminis non est facienda coniūctio nisi dum vna earum descenderit. Et aq̄ quidem electionem iam demonstrauimus ⁊ similiter emendationē eius que ex ea mala est. sed tamē si aceto admisceatur rectificat̄. ¶ Scias autem ꝙ bibere aquam cuꝫ aliquis est ieiunus ⁊ post exercitium et balneationem ⁊ proprie ventre vacuo: ⁊ similiter siti mēdose nocturne obedire quemadmodum crapulatis accidit ⁊ ebrijs: ⁊ cum natura ī digerēdo nutriēs studet sacietate aq̄ iā sufficiēter precedente vehementer est impediens. Et si multa quidem fuerit necessitas oportebit vt in aere frigido tēperetur ⁊ collutione oris cū aqua frigida. Deinde si hoc non suffecerit cuꝫ vase bibat stricti orificij licet hoc quandoqꝫ ebrio conferat ⁊ nō impediatur a potu aque ieiun⁹. Quod si q̇s ieiunus abstinere non poterit quin aquam bibat ⁊ proprie post exercitium: bibat pri⁹ vinū cū aqua calida tēperatū. ¶ Et siti quidē mendosa ipeditus scire debꝫ ꝙ dormire ⁊ sitim tolerare ipaꝫ sedat. Natura eni tūc materiā sitim faciētē resoluit: ⁊ ꝓprie cū inter tolerantiā ⁊ somnū cōiunctio

reperitur sitis euanuisse. Secundo dicit ꝙ cuꝫ invexatis siti mē dosa nocturna natura digestiua id est calor naturalis digestiuus extinguetur propter potuꝫ aque frigide et propter obedire appe titui eius mēdosa sitis non ideo cessabit: sed cito redibit ꝓpter ea ꝙ hūor qui est cā ipsius salsus aut acut⁹ suscitabit cādilapsa in ferius aq̄ frigi da bibita. Ex potu igitur a que digestio ī pedictur ⁊ sitꝭ non extinguetur. Tertio dicit ꝙ habēs si tim mendosaꝫ si pro sedatiōe ipsius biberit aquaꝫ frigidā nō debet eā sumere ingurgitando seu trās gluttiendo cuꝫ magnis haustibus sꝫ sugē do paulatim ⁊ quasi lābendo

fit. Cumqꝫ natura digestiua extinguetur propter potum et obedientiam eius redibit sitis mendosa propterea ꝙ humor sitim faciens eleuat eam. Oportet preterea ne sitim habens mendosam aquā ingurgitādo sumat īmo sugēdo. ¶ Multam quoqꝫ aquam frigidam bibere est maluꝫ Qđ si vehementer necessariuꝫ fuerit sit post sufficientem comestionem. Amplius aqua tepida nauseaꝫ facit. et que magis calefacta est q̄ͥ ista cuꝫ frequenter bibitur infirmat stomachum sed cuꝫ raro bibitur stomachū

¶ Sed instabit aliquis ꝙ aqua frigida sugendo sumpta videt potius incendere ardorem et augere sitim q̄ͥ eam mitigare: sicut fabri fortius incendunt ignem superaspersione aque frigide: q̄ͣ modica aqua non sufficit vincere suum contrarium: immo quadem antiparistasi fortificat. Dic ꝙ si humor extinguēdus aqua vt cholera aut salsum phlegma cōgregatus esset in fundo stomachi ad quem statiꝫ labitur aqua frigida bibita magis expediret ingurgitare eam cuꝫ magno haustu q̄ͥ sugendo sumere. Sed causa cōiuncta mēdose sitis est infiltrata circa os stomachi vbi aqua plurima figi non potest: quare melius est vt lento transitu continue irriget orificium stomachi mitigando sitim non extinguendo digestiuum calorem nec incrudando cibum vel humorē in stomacho contentum.

¶ In quinta dicit primo ꝙ generalr malum est sanis bibere multam aquā frigidaꝫ. quia extinguit innatum calorem ⁊ pectus offendit ⁊ stomachum deijcit et mēbris omnibus neruosis obest. Secundo dicit ꝙ si necessitas vehemēs induxerit ad bibendum simul aquam frigidam multā sicut sitis aliter implacabilis et veluti furiosa: tunc bibenda erit post comestionem sufficientem vt permixta cibo non libere labatur sꝫ corrigatur ⁊ contemperetur ipsius malitia. Tertio dicit ꝙ aqua tepida bibita nauseam inducit: quia stomachum remollit et laxat. Omne nanq̄ͥ tepidum est remollitiuuꝫ ⁊ relaxatiuum ex propria natura. Quarto dicit ꝙ aqua calidior tepida frequenter in potu sumpta stomachum infirmat: sed raro sumpta lauat hunc ⁊ ventrem laxat. quia sepe sumpta stomachum remollit et appetitum fedat ⁊ calorē dispgit: sed raro sumpta reperit hūores stomacho adherētes quos lauādo educit ⁊ inām fecū q̄ ē intestinis remolliens ⁊ viā dilatās suis caliditate et humiditate iferi⁹ iducit.

b Vinū vero album. In hac parte scđa q̄ est de regimine vini. primo agit de colore substātia sapore etate hora potus ordine et quātitate vini. Scđo de iuuamētis vini ⁊ tolerātia ipius ⁊ remedio ꝯtra multitudinem sui potus ibi [Vinuꝫ preterea] Tertio de nocumētis vini ⁊ remedijs ꝯtra ea ⁊ diuersitate suoruꝫ effectuuꝫ penes eorum etatē et de vinis abluto ⁊ mixto ⁊ prohibitione vini in ieiuno ⁊ post motū forteꝫ ibi [Quod si ex cibo] Quarto de nocumentis frequētis ebrietatis ⁊ de cholerisatione vini in stomachis quorūdam ⁊ acetositate eius in alijs et ꝙ semel vel bis quolibet mense inebriari ꝺm quosdam conuenit et quibus etatibus aut regionibus plus aut minus cōuenit vinū ibi [Frequēs quoqꝫ ebrietas] Quito de obseruandis ab illo q̄ vult vino ipleri sine graui nocumento ibi [Qui aūt vino] Sexto de causis velocitatꝭ inebriationis ⁊ remedijs ꝯtra eam ibi [Ebrietatis aūt velocitas] Septimo de modis ꝓcuratiōis ebrietatis velocis et ebrietatis fortis in volentibus ibi [Et si quis cito]

¶ In prima particula que est presens textus primo agit de vino albo subtili ⁊ sibi ꝓportionali. Scđo de grosso dulci ibi [Vinum vero] Tertio de veteri rubeo ibi [Vetus aūt] Quarto de hora potus vini ibi [Et vinū q̄dē] Quito ꝙ nulla hora potus vini ꝯpetit post malū cibū ibi [Sup cibū vo] Sexto de ordīe vinoꝝ ibi [Et a puis] Septīo de mēsura pot⁹ sup cibo bibendi ibi [Super cibum tñ]

In pria pte dic̄ prio ꝙ vinū albū subtile plusq̄ͥ alia vina ꝯuenit calefactis siue a nā sicut cholericis ⁊ sanguineis nālibus siue ab accidēti sicut calefactis ex ira vł mora ī sole vł exercitio. Cui⁹ rōes duas assignat. Prima ē ꝙ nō facit capitis dolorē q2 nō ē vaporosū ⁊ fumosū sic alia. Scđa ē ꝙ fortasse hūctabit ⁊ alleuiabit dolorē capitꝭ ꝓuenietē ex ardore stōachi q2 sua subtiliatōne ⁊ apitōe ⁊ veloci penetratiōe cholericos hūores ꝑ vrinaꝫ vel sudorē vł secessuꝫ educet ⁊ sic ꝑ accidēs īfrigidabit ⁊ hūectabit auferēdo cāꝫ caliditatꝭ ⁊ siccitatꝭ et doloris capitis. ¶ Attēde ꝙ ꝑ vinū albuꝫ subtile intelligit aq̊sum qđ aque silē est ī substātia ⁊ colore. De quo dicit galien⁹. Vinū aquosū nomināt hoīes illud qđ assilatur ꝺm coloreꝫ ⁊ ꝯsistentiā aq̄. dyaphanū eñ est ⁊ luciduꝫ ⁊ puꝝ ⁊ cōsistētia subtile apparet ⁊ tibi gustāti videbit nullū saporē hr̄e fortē. Et cū miscetur cū aqua nō tolerat aque multe mixtioneꝫ. vñ ⁊ ab antiq̄s paucifeꝝ vocatū ē. Dino vo instipticādo h̄ vinū nō excedit sed est oiphariā exolutā hñs stipticitatē ꝟtute etiaꝫ silē ē aq̄ neqꝫ caput debile tāgens neqꝫ neruos debiles neqꝫ calefaciēs māifeste. Idoneū autē est hoc vinū ad eductionē q̄ ex pulmone virtutē roborās ⁊ hūores hūectās ⁊ incidēs moderate. Hoc auteꝫ et febricitātibus impiculosius datur alijs vinis: ⁊ etiaꝫ malicias aque et vini effugit. multotiens autem et capitis dolores sedat propter fluentes in ventre humores: hec galie. Scđo dicit hic prin. ꝙ loco vini albi subtilꝭ si nō habeatꝭ sumi pōt vinū qđ clarificatꝭ tortellis aut pane p̄cipue cū fuerit fctm̄ ꝑ duas horas añq̄ͥ potetur. Et sic hoc mō. Decoquuntꝭ passule in aq̄ fontis clara mūda limpida: deinde colatur et ī hanc intromittūtur tortelle vel panis attrahentes sibi quod hanc aquam perturbat. ⁊ ita redditur hec aqua subtilis ⁊ clara vt vinum album subtile aquosum.

lauat et ventrem resoluit. Vinum[b] vero albū ⁊ subtile calefactis est melius non enim capitis efficit dolorē sed fortasse humectabit et dolorem capitis alleuiabit qui ex stomachi ardore prouenit. Et loco quideꝫ ipsius ponitur illud quod tortellis aut pane clarificatur ⁊ ꝓprie cum factū fuerit duabus horis anteq̄ͥ bibatur. Vinū vo grossum quod ē dulce est meli⁹ illi qui pinguis vult eē ⁊ fortis Ab oppilationib⁹ tñ ei⁹ sibi caueat. Vetus autem rubeum melius est cōplexionē hñti frigidā ⁊ phlegmatico

In secunda dicit primo ꝙ vinum grossuꝫ dulce est melius alijs vinis his qui querunt impiguationem et fortificationem corporis. quia plus nutrit et eius nutrimentum est solidum grossum fortiter restistens resolutioni. Iuxta illud galieni tertio alimentorū. Et quidem igitur grossa vina sunt magis nutritiua subtilibus et natura ipsorum insinuat et experientia testatur. digeruntur autem ꝺm ventrem ⁊ distribuuntur magis que dulcia austeris tanq̄ꝫ vtiqꝫ ⁊ calidiora ꝺm ꝟtutem entia. Scđo dicit ꝙ volens vti vino grosso dulci cauere debet ne per vsum eius oppilationes incurrat sumendo scilicet vel cum eo vel post illud aliqua aperitiua sicut aquā cicerum cicorce vel endiuie. ¶ Attende ꝙ nullum vinum intense dulcedinis inuenitur vnq̄ꝫ subtile aut lucidum: sed omne tale est calefaciens grossum ita tardi exitus et tātum oppilans epar et splenem q̄ꝫtum habet de grossitie. Iuxta illud galieni libello de venis capitulo secundo. Dulce vero vinuꝫ nec subtile certitudinaliter nec lucidum inuenies vnq̄ꝫ. Calefacit autem omne vinum dulce et grossuꝫ ē consistentia. Quantum autem participat grossitie tantum est tardi transitus. Vnde non solum non deobstruit aliquam obstructarum particularum sed etiam adijciet obstructioni. Et propterea nociuum fit epati patienti et maxime quando adhuc phlegminat: immoderatius vero nocumentum operabitur quando a grossis humoribus obstructū fuerit hoc viscus vel quando propter imbecillitatē patitur sicut in epaticis passionibus deinceps vero epati nocetur splen a dulcibus vinis: non tamen pulmo quando in brāchijs habet grossum humorem: hec galienus.

In tertia dicit ꝙ vinum rubeum antiquū est melius alijs vinis hominibus frigide complexionis et phlegmaticis. Et intelligit de rubeo remisse rubedinis subtilis substantie quale est in gallijs vinum belne. Tale nanqꝫ corrigit lapsum sue frigiditatis et aperit oppilationes euenire solitas frigidis phlematicis et digerit phlegmata cooperans ad conuersionem eorum in sanguinem et digeritur faciliter et cito penetrat et eis prebet alimentum mundum et spiritus plurimos et suas vetustas addit in caliditatem eius. Teste serapione

in aggregatorio capitulo de vite auctoritate galieni dicēte. Vinū est in scdo gradu caliditatis ⁊ vetus ex eo ē in tertio ⁊ mustū est in prio gradu
In quarta dicit ꝙ bibere super quecūqꝫ cibū siue grossus fuerit siue subtilis siue calidus siue frigidus siue bonus siue malus priusꝙ̃ fuerit digestus est malum. Cuius cām superius declarauit in parte.13. capituli precedentis pagrapho illo. Vinū quoqꝫ post cibū ē ex reb' magis impediētib' qm̄ digeritur velocit ⁊ penetrat ⁊ facit penetrarē cibū cū nōdū sit digest' et facit hereditare oppilatiōnes ⁊ putrefactōez.
In quinta dicit ꝙ malum est bibere vinum super cibum generatiuuz mali hūoris qn̄ cōedit̄ et ante ip̄m et postꝙ̃ fuerit digestus. quia penetrare facit humorez malum ex hoc cibo genitum vsqꝫ ad extrema corporis ad q̄ forte penetrare non sufficeret sine vini auxilio ⁊ conductu.

Et vinum quidem post quodlibet omnium cibariorum bibere est maluz queādmodum huius causam iam integre declarauimus. Non ergo bibatur nisi postꝙ̃ ipsum fuerit digestum et descenderit. Super cibum vero mali chimi bibere vinum dum comeditur aut ante aut postꝙ̃ digeritur ē malum. quoniā facit malum chimuz in extrema corporis penetrare. Et a paruis quidem incipere melius est ꝙ̃ a magnis. Super cibum tamen duas briales aut tres bibere non nocet ei qui consueuit. et similiter sano post minutionem. ¶ Vinum preterea cholera abundantibus rubea cōfert propterea ꝙ choleram rubeam vrinam prouocando expellit. Et humidis propterea ꝙ hūiditates maturat. Et q̃tomagis ei' odor fuerit bonus et ipsum fuerit meli' et saporis melioris erit magis conferens. Vinū quoqꝫ est cibo bonus penetrator in toto corpore et incidit phlegma et resoluit ipsum et choleram rubeam in vrina et aliīs extrahit et cholerā nigram labi facit et facile exire et ei' flectit nocumentum propter contrarietatem et omnes resoluit lassitudinis modos sine multa caliditate extranea. Et ipsius quidem species in suo loco nominabimus.

Et intellige p cibum̄ mali chimi cibum qui multiplicat humorem alium a sanguine. Iuxta illud galieni libro de virtute cibariorum capitulo.13. Cibariorū mali chimi tres sunt species. Eorum sunt que se mutāt in phlegma: ⁊ quedā que se mutant in cholerā nigrā. ⁊ quedaz que se mutant in cholerā rubeam. Item intellige ꝙ vinuz super cibum mali chimi non est dandum via potus conductiui: sed quandoqꝫ conuenit via medicine vt post fructus et herbas frigidas ⁊ ad digerendum phlegmaticos humores ⁊ melāchollicos ⁊ ad eductionē cho (lericorum cum vrina.
In sexta dicit ꝙ meli' est incipere a paruis vinis in fortitudine ꝙ̃ a magnis si in eadem mensa diuersa vina bibantur. Quia quod resudat ex debili ad epar ante complementū digestionis nō sic incendit epar ⁊ sanguinē sicut quod resudat ex vino forti. Sz contrarium huius sepe practicatur in magnis cōuiuiīs vbi primuz ferculum vinum est maluaticū vel vvarnatia vel romania vl' vinum coctū vel muscadellū vel vinum ausonie vel anulatum vulgariter dictum galand cū tostis tenuib' panis albi assati. Itez maius nocumentorū vini nō est nisi in cerebro sicut ait prin. in hoc capi. q2 replet cerebrum fumis ⁊ vaporibus: sed certū est ꝙ vina fortia non in principio sed in fine sumpta liberius effumant ⁊ euaporant ad caput. Itez vina fortia dātur ad cōfortādū stomachū ⁊ virtutē digestiuā ipsius q̄ viget in fundo q2 carnosior. igitur debent prius administrari. Item os stomachi leditur a vino forti quia fedat appetitū ⁊ pungit os stomachi nocet ergo in fine mense. Dic primo ꝙ habentibus regionem membrorūz animatorum vt cerebri et oculorum raram ⁊ debilem vina fortia non competunt et si dentur debent potius dari circa principium aut medium ꝙ̃ circa finem ꝑpter rationez scdam pretactaz. Et plurimū errant qui in fine mense dāt his ypocratem vel nectar ex melle cum nebulis intinctis seu oblatis azimis ad modū viparum. Effumant enim hec ad cerebrum abunde et diutius ex tardo descensu panis azimi perfusi vino. Dic secundo ꝙ habentibus epar superflue calidū sicut frequēter ē in dispositis ad hydropisim de calida causa ⁊ ad morbos de melancholia adusta vt ad lepram cancrum fortia vina non congruūt. Et si dentur melius est vt circa finē mense dentur ꝙ̃ circa principium: q2 cibo imixta nec tam velociter nec tam abunde nec ita effreniter transeunt ad epar. Dic tertio ꝙ habentibus membra naturalia et animata sana tempore frigido tolerabile est preassumere in prandio vipā ab aliquo vinorum aromaticorum prenominatorūz maxime habentibus in stomacho phlegma ex complexione vel crapula congestum ad confortationem digestionis ⁊ subductionem ac maturationē phlegmatis. Dic quarto ꝙ abūdantibus i eructuationibus ⁊ ventositatibus circa orificium stomachi vel in aquositatibus effluentibus ad os imoderate cum saliua vel infrigidatis circa dictum orificium vel habentibus appetitum imoderatum ⁊ quasi caninum tolerabile est circa finem prandiī parum ypocratis vel nectaris sumere cū paucis nebulis seu oblatis intictis vt suo calore predicta corrigat. Dic quinto ꝙ perfecte sanis volentibus in eadem mensa diuersis vti vinis

melius est preferre debilia fortibus. Tuz quia delectabilius capiuntur ⁊ auidius ea venter amplexatur. Tum quia sic tunc minus ledunt epar in cuius custodia valde post cor attendendum est cū necessariīssime sunt operationes eius ⁊ ipsuz est facillime dissolubile a calido: quia non est nisi sanguis male coagulatus. Nocumentum vero quod cerebro inferūt fortia vina leuius poterit resolutis fumis ⁊ vaporib' ab his deuatis imo lapsus cerebri frigido et humido qn̄qꝫ corrigit̄ potu boni vini. Solutiones obiectorum trahūtur ex hic dictis.
In septima dat exceptiōez ab illa regula quam p̄misit. Et vinū quidē post quodlibet oium cibariorum bibere est malum: dicens. Non nocet ei q̄ consueuit bibere super cibum duas aut tres brialas vini. Necqꝫ etiam nocet sano post phlebotomiā bibere hanc vini mensuram. Super cibū quidem vt sit capacior digestionis vino remollitus et bene permixtus. Post phlebotomiam aūt vt confortet corpus ⁊ reparet sp̄s ex phlebotomia resolutos. ¶ Attende ꝙ briala est idem qd̄ cadus. cadus vero sm̄ papiā vas vinaciū est tres vncias continens.
¶ Vinū preterea. In hac particula scda primo agit de vtilitatibus vini in cholericis et humidis. Scdo in penetratiōe cibi ⁊ incisione phlegmatis ⁊ eductiōe cholere ⁊ facilitatione lapsus ⁊ repressiōe malitie melācholie ⁊ resolutione lassitudinū ibi [Vinuz quoqꝫ] Tertio de habitudine cibi ad cerebrū forte ⁊ ad cerebrum debile ibi [Ille autē cuius] Quarto de intolerātia vini in homie debilis pectoris ibi [Et ille quidē] Quito de remediīs in multo (potu vini ibi [Amplius qui]
In prima parte dicit primo ꝙ vinū bibituz proficit abundāt: h' in cholera rubea: q2 ꝓuocat vrinam ⁊ cū ea choleram rubeā educit. Et id intellige de vino subtili subrubeo vel albo quod vel debile sit ex sui natura vel fortiter limphetur. Alioquin multiplicaret choleram per conuersionem ipsius in eam ⁊ supcalefactionē epatis ab eo. Secūdo dicit ꝙ vinū bibituz proficit humidis puta phlegmaticis. q2 maturat humiditates eoꝝ. Nā suo calore ⁊ subtilitate substātie subtiliat incidit ⁊ digerit phlegma ⁊ hūiditates crudas aq̄sas vl' resoluit vel expulsioni coaptat apiens vias ⁊ naturā confortans ad expulsionē. Tertio dicit ꝙ q̃zto vinū fuerit meli' ⁊ meliorū saporis ⁊ odoris tanto magis hūidis confert ad maturationē suaꝝ hūiditatū et confortationem virtutis in expulsione earum.
In secunda tangit quinqꝫ iuuamenta vini. Primum est ꝙ est bonus cibo penetrator in toto corpore id est facilem efficit penetrationem cibi cui imiscetur ad omnia mēbra suis calore subtilitate et conuenientia in proprietate occulta. Scdm est ꝙ incidit phlegma ⁊ resoluit ip̄m modo pretacto. Tertiū est ꝙ educit cholerā rubeā in vrina ⁊ aliīs vt sudore ⁊ egestione ⁊ resolutōe insensibili. Quartū ē ꝙ facit melāncholiā q̄ grossa ē ⁊ tardi mot' facilit labi p cannales ꝓpos ab epate ad splenē ⁊ a splene ad os stōachi ⁊ tandē a corpe cū fecib' exire ⁊ flectit seu reprimit nocumētū melāncholie ꝓpt̄ ꝯrietatē in cōplexiōe ⁊ mō ib̄e ⁊ in effectib'. Nā melāncholia tristiciā tiorē pusillanimitatē ⁊ auariciā parit. vinū vero gaudiū audaciā magnanimitatē ⁊ liberalitatē. Qui^m ē ꝙ resoluit oēs modos seu sp̄es lassitudinis n̄ associatos mltā caliditate extranea vt lassitudinē vlcerosaz extēsiuā apostaz ⁊ arefactiuā. Et istas sp̄es ifra noiabit ⁊ declarabit ca.12. p̄ntis doctrine: q2 vinū resolutos sp̄ūs abūde repat virtutē cōfortat hūiditates relictas in musculis neruis chordis ⁊ iūctur' tollit aut minuit. Et si fuerit op' hūctatiōe vt in arefactiua velociter hūectat dūmodo limphetur.

Ille autem cuius cerebrum fuerit forte non cito inebriatur neqꝫ eius cerebrum malos vapores ascendentes suscipit neqꝫ ad ipsuz peruenit ex vino nisi eius cōueniēs calor. Et ipsius tantum clarificatur ingenium q̄ꝫtum ante alijs vicibus nō clarificaretur. Qui vero ab isto diuersus fuerit erit ei diuersuz. Et ille quidē qui in pectore debilitatem habuerit q̄ eius anhelitus in hyeme coangustatur vinum multum bibere non pōt. Amplius qui multum vinum bibere voluerit cōestione non repleatur ⁊ diuretica in suo epulo ponat. ¶ Quod si ex cibo aut vino repletio acciderit ipsū euomat et hydromel bibat ⁊ post ea ipsum etiaz euomat deinde os suum aceto et melle abluat ⁊ faciem aqua frigida. Et cui quidem vinū nocumentum fecerit per calefactionez in corpore et ignitum fuerit epar sit eius nutriens: verbigratia illud qđ fit cum succo vue acerbe et que eis similantur: ⁊ sint ea quibus post comestionem vtitur dum bibit talia qualia sunt granata et citri acetositas.

Et ille quem ex parte sui capitis impedierit minuat ex ipso: ⁊ quod est tēperatum et clarificatum bibat: et ea quibus post comestionē vtitur dum bibit sint talia qualia sunt cytonia.

Qđ in stomacho nocumentuz fecerit ⁊ ipsum calefecerit comedat semina myrti torrefacta ⁊ parum ex trociscis de cāfora sugat ⁊ illđ in quo ē stipticitas ⁊ acredo. Et ille q̇dē q̄ ī stomacho patit̄ dolorem ex frigiditate vtatur p' cōestionez duz bibit cipero et gariofilis et corticib' citri. Et tu quidez scias ꝙ vinum vetus est quasi medicina ⁊ pauci existit nutrimēti.

In tertia dicit primo ꝙ vir cerebri fortis nō facile icbriatur nec cerebrū ipsius cito suscipit malos vapores eleuatos ad ip̄m: ⁊ nō sibi ꝓuenit calor ex vino nisi ꝯueniens ⁊ moderatus. Et intellige ꝙ nō ꝓuenit ad id malus calor vini: ita vt figatur illic cum vapore aut fumo eius dolorem ingerens et ingenium perturbans: sed fortitudine cerebri; statiz dissoluitur aut resoluitur et expellitur per cōmissuras ⁊ poros cranei. Secundo dicit ꝙ ingenium hominis fort̄ cerebri tantuz ex vino clarificatur et acuit̄ q̄ꝫtum non clarificaretur et nō acueretur alijs vicibus quib' non biberet vinum. Iuxta h̄ prouerbiū. Vinum bonuz acuit ingenium. Cuius ratio ē. quia ex bono vino plusq̄ꝫ ex q̊cūqꝫ alio potu generantur ⁊ multiplicantur spirit' subtiles clari ⁊ peruij. Et inde est ꝙ theologi contemplari soliti circa altissima bona vina diligunt. Tertio dicit ꝙ illi q̄ diuersus fuerit ab isto diuersuz erit ei .i. illi hoi cui cerebrū debile fuerit ꝯ̄ria ꝯtingūt. s. cito iebriari a vino ⁊ cito recipe malos vapores ascēdētes ad cerebrū ipsi' ⁊ imoderate calefieri cerebrū calore vini ⁊ igeniuz ei' facile ex vino puro turbari: ꝓpt̄ea tales vel vti dn̄t vinis debilib' nā et aquosis vl' limphare fortiter vina fortia si vtātur eis: ita vt ꝑdant fumum vel vaporem malum quo nocent cerebro.

In quarta dicit ꝙ homo debilis pectoris debilitate coangustāte anhelitum eius in hyeme non potest bibere m̄ltū vinū. Tales sunt hoies stricti pectoris dispositi ad ptisim. quoꝝ stomachi si vino impleātur cōprimūt dyafragmata ⁊ coangustāt anhelitū. Et vinuz plurimū natās in eis effumat ad caput: cui' vapores frigore cerebri sursuz inspissati recidūt in pect' coaugentes eius coartationem vel suo acumine pulmonē vlcerantes.

In quinta dat duo documenta volentibus vti multo vino sine magno eius nocumento vel ipedimēto. Primū est ꝙ non se repleat multo cibo vt et vinum facilius labatur et stomachus sup digestione ipsius fortior fiat non vexatus simul duplici repletione. Secundū est vt misceat diuretica cū cibis eius sicut nasturtiū carui feniculum et aquam cicerum: vt per hec descensus vini acceleretur et euacuatio per vias vrine sine multa ipsius effumatione (ad caput.

¶ Qđ si ex cibo aut vino. In hac particula tertia primo agit de remedijs contra repletionem ex cibo aut vino. Secundo contra nocumentū calefactionis vini ibi [Et cui quidem] Tertio contra nocumentū ex debilitate capitis ibi [Et ille quem] Quarto contra nocumentū vini in stomacho ex calefactione ibi [Qđ si in stomacho] Quinto contra nocumentū in eo ex infrigidatione ibi [Et ille quidem] Sexto de conditionibus vinorum veteris et noui ibi [Et tu quidez scias ꝙ vinū] Septimo de conditionibus optimi vini ibi [Et scias etiam] Octauo de modo faciendi vinum ablutum ibi [Et bonum quidem] Nono de remedijs contra mordicationem vini ibi [Qđ si alicui] Decimo de velociori inebriatione ex vino limphato et causa eius ibi [Scias preterea] Undecimo de prohibitione vini in ieiuno et post balneum ⁊ post motū fortem et causa huius ibi [Amplius sapiens]

In prima parte dicit ꝙ si alicui contingat repletio ex cibo aut vino prouocet eius vomitum duz repletio recens est grauās ⁊ distendens, aut pungens stomachum per inpositionē digiti in ore vel penne intincte in oleo. Deinde ad abluendū stomachuz et iteruz excitādum vomitum bibat hydromel tepidum et post etiam euomat illud. Consequenter lauet os aceto et melle ad abstergendum reliquias cibi aut vini aut humorum euomitorum. Post lauet faciem aqua frigida pro viuificatione virtutis a vomitu lassate et prohibitione inflāmationis ex cōmotione vomitus et erectione appetitus quas lotio nunc dicta operatur. Iuxta illđ p̄n. primi secūda doctrina scđa summa scđa capitulo vltimo. Faciem vero madefacere et super ip̄az aquā rorare virtutem viuificat et est etiam cuz desiderio medicatur ⁊ erigit ipsum.

In secūda dat duo remedia contra calefactionem corporis ex vino ⁊ inflāmationem epatis ab eo. Primum est vt cib' illius in quo hec cōtingunt sit sicut illđ quod fit cū succo vue acerbe id est sit infrigidatus cuz agresta et sibi similib' vt succo pomorum arēgie vel succo limonum vel succo acetose. Ponat ergo de istis in aqua carnium vel pureta pisorum et comedat suas carnes ⁊ suos pisces cum predictis succis vt contraoperentur supercalefactioni vini. Scđm est vt ea quibus post cōestionem vtitur quando bibit vinum sint malagranata acetosa et acetositas citri: et similia sicut grana berberis vel rhāna. Per hec em̄ frangitur vini fumositas (⁊ multum reprimitur caliditas eius.

In tertia dat tria remedia contra nocumentū vini ex debilitate cerebri puta contra ebrietatez vel dolorez capitis. Primū ē vt hō debilis cerebri minuat ex vino scꝫ tā parum bibat ꝙ natura posset ip̄m digerere et fumositatē eius reprimere et cito ad iferiora deducere sine hoc ꝙ natet circa os stōachi effumās ad caput. Scđm est vt vinū qđ bibit sit limphatū ⁊ clarificatū vt ab aqua imixta sua reprimatur ledēs fumositas ⁊ nō ei ꝯmisceat̄ aliq̄d terrestre conturbās ip̄m vinuz qđ sit causa more eius in stomacho. Tertiū ē vt ea q̄bus post cōestionē ⁊ vini potū vtit̄ sint vt citonia vel dyacitonitē vl' auellane assate: q̄b' inest v̄tus reprimēdi fumos sursuz ascēdentes ⁊ ꝯpri

In quarta dat tria (mendi cibos iferi' ⁊ claudendi os stomachi.

remedia ꝯ̄ nocumentū supcalefactiōis stomachi ex vino. Primū ē vt ille cui istud cōtingit cōedat semina myrti torrefacta. Ipsa em̄ stomachum sua stipticitate corroborant et complexionez infrigidant. Secundum ē vt sugat modicū ex trociscis cāfore. Quorum multas descriptōes recitat p̄n. tractatu. 8. sūme p̄me q̇nti can̄. Et de eis dicit ꝙ cōferunt ad iflāmatiōez q̄ fit in stōacho ⁊ epate. Tertiū est vt sugat illđ in q̊ sūt stipticitas ⁊ acetositas vt capolos seu turiones vitiū grana granatoꝝ acetosoruz sumach vl' berberis quibus confortatur ⁊ frigefit stomachus.

In quinta dicit ꝙ ille cui' stōachus nocumētū frigoris patit̄ ex potu vini post comestionem dum bibit vtatur radicibus ciperi gariofilis et corticibus citri: qui suo calore reprimunt frigus illatum a vino. et sua aromaticitae stomachum confortant ⁊ digestionem coadiuuant. ¶ Attende ꝙ vinum in stomacho frigido leuiter acetosatur et tunc nocet plurimum suo frigore stomacho ⁊ neruis: quare prohibetur in paralyticis Iuxta illud principis tertij secunda capitulo quarto. Et scias ꝙ aqua melior est paralitico q̄ꝫ vinum. Vinum enim materias in neruis penetrare facit. Et plurimum quidem ipsius quandoqꝫ acescit in corporib' eoruz et fit acetum. Acetū vero ē ex rebus que neruis sunt nocibiliores

In sexta dicit primo ꝙ vinum vetus est quasi medicina id est magis inest ei virtus alteratiua corporis ad caliditatem et siccitatem q̄ꝫ virtus alterabilitatis a corpore per opus nutritionis: et est pauci nutrimenti quia est spoliatum a fece et viriditate quam prehabuit et pene igneum factum. Propter quod in aggregatore scribit serapion capitulo de

vite auctoritate ga. q̄ ē calidū ꝛ siccū in tertio gdu. Scdo dicit q̄ nouū vinū impedit epar. quia oppilat ipm propter imixtionē plurimā sue fecis ꝛ perducit ad dissinteriā epaticaz propter inflationem eius qua debilitat epar ꝛ propterea q̄ facit ventrē id ē inducit solutionē vētris abstergēdo viscera nitrositate sue fecꝭ ꝛ stimulādo ea ad expulsionē mltitudine vētositatis ꝛ lubricando cito iferi' pviam idigestibilitatis et grauamis stomachi q̄re se relaxat ꝛ portanariū oppressus aperit. De nouo vino dicit serapion i aggregatore capitulo d vite auctoritate dyascoridis. Sz nouū vinum gnat inflationem et est difficilis digestionis et inducit somnia mala et prouocat vrinā.

In septia dic̄ q̄ melī' ex vinis ē mediū interuect' ꝛ nouū clar̄ i substantia trahens ad rubediez bōi odoris dlectabilis saporis. s. eq̄lis seu mediī inf acutum et dulce.

Nouum vero vinum impedit epar et ad epaticaz perducit dysenteriā propter inflationem suam ꝛ propterea q̄ facit ventrem. Et scias etiā q̄ ex vinis illud est melius qd̄ inter vetustatem ꝛ nouitatē est equale et est clarum quod ad rubedinez trahit bonū habens odorē equalis saporis. Qd̄ neq̄ ē acre neq̄ dulce. Et bonū quidem vinum quod ablutuz vocant est quod ita fit. Tres vini sumuntur partes et aque vna et cōmiscentur et coquūtur quousq̄ quarta pars minuatur. Quod si alicui ex vini potatiōe mordicatio acciderit mala granata post ipm sugat et aquā frigidam ꝛ sirupum absinthij in mane. Et balneū ingrediatur postq̄ iā aliq̄d paruz comedit. Scias preterea q̄ mixtuz velocius iebriat quoniā aquositas velocius penetrat. Ampli' sapiens sibi prohibere debet ne ieiunus vinuz bibat aut anteq̄ membra in humectatis aqua reficiantur: aut post motuz fortem. quoniā hec duo magnum cerebro faciunt nocumentuz ꝛ neruis ꝛ ad spasmum perducunt ꝛ ad amentiā aut in egritudīe aut in tpe calido. Frequēs quoq̄ ebrietas ē res mala que epatis ꝛ cerebri cōplexionem corrumpit et neruos debilitat et ad neruorum egritudinem perducit et ad apoplexiaz ꝛ mortē subitaneam.

Vinū preterea multū in quorūdaz

nō ex toto acutū nec ex toto dulce. De quo serapiō scripsit capi. nūc dicto. Sed mediocre inter nouum ꝛ vetus est sine malitijs horum scilicet noui ꝛ veteris: quapropter oportet vt eligatur potus ei' pre alijs sanis et egris.

In octaua dicit q̄ vinū ablutum sic fit. Partes vini tres et pars vna aque simul cōmiscentur ꝛ bulliūtur vsq̄ ad consumptionē quarte partis totius cōmixti et id quod remanet dr̄ vinū ablutuz propter aque permixtionem que quasi lauit ipm ꝛ partē sue fortitudinis abstulit. Unde neq̄ epati suo calore nec cerebro sua euaporatiōe sic nocet vt purum. ¶ Attende q̄ plurima ex vinis francie quādo decoquuntur nisi noua fuerint cito conuertūtur ad acetositatem: sed vina hyspanie ꝛ arabie propter sui fortitudinem sustinent decoctionem sine acetosatione extra tempus nouitatis: ideo in francia non fiūt vina abluta sicut in arabia. Sed in aliquibus eius ptibus tempore mustorū fiunt vina cocta sine aque permixtione.

In nona dat quattuor remedia cōtra mordicationē ꝯtingentē ex potu vini siue circa orificiuz stomachi que sepius accidit siue alibi. Primū est sugere grana granatorum acetosorum quibus reprimitur acumen vini seu pūctura eius et stomachus corroboratur. Scdm̄ est sugere vel superbibere modicū aque frigide q̄ vinū reprimat ꝛ eius acumen frangat. Tertium est mane sumere paruz sirupi absinthij. De quo dicit mesue distinctione sexta antidotarij ipsius. q̄ confert ad casum appetitus et debilitatem stomachi ꝛ mollificationem viscerum. Quartum est ingressio balnei mane post modicam cōestionē vt per ipsum resoluātur fumi ꝛ vapores derelicti a vino ꝛ per comestionē modicam preuiam vt vnius boli panis in aqua rosacea intincti prohibeantur dolor ꝛ debilitas precordiorū ꝛ afflux' cholere versus os stomachi.

hoc mō purgationis. Phlebotomia aūt vniuersaliter ē medicina oīum passionū de plenitudine. purgatio cū solutiōe ⁊ vomitu si gnāliter attēdaꝛ vna eē videꝛ. Qꝛ si spāliter nō est vna: qꝛ cū quibusdā hoībus cholericos humores purgare ꝯueniat. alijs alios quilibet fm naturas morboꝝ diu assuetoꝝ diuersiformiꝰ sunt purgādi: hec ga. Addit aūt illic exēpla plīma ꝙ ꝓseruaꝛ ab eo ꝑ purgatiōes in tēpe veris a grauibꝰ morbis. Scđa regula ē. vomitꝰ in vere ꝓprie ꝓuocandꝰ est vt cholera quā frigꝰ hyemis latē fecit in vere commota vomitu purgetur. Et portio phlegmatis paulatim in stomacho hyeme ꝯgesta simul educaꝛ. Gal. tñ plus suadet vomitu vernali tpe purgationē ꝑ inferiora q̄rto āphorismoꝝ cōmento huiꝰ cañ. Purgare quidem estate supiora hyeme vō inferiora: dicēs. Cholera nāqꝫ in estate regnat q̄ qm̄ ignea ⁊ leuis ē semꝑ supiora petit. Purgeꝛ ergo ī estate ⁊ autūno ꝑ supiora ne forte ab hac dissipentur mēbra. Phlegma vō in hyeme abūdat qđ qm̄ graue est inferiora petit. purgeꝛ ergo hyeme ⁊ vere ne hoc supabundās distēperantiā faciat. Tertia est. in vere dimittēde sunt res multū calefacientes ⁊ humectātes ex carnibus ⁊ potibus sicut carnes ꝯdite cum spēbus et vina rubea dulcia vinosa. qꝛ cito faciunt exuberare sanguinem quē ver de se satis multiplicat. Quarta ē. nutriens est in vere subtiliandū: qꝛ tempus veris pre ceteris repletionale est propter hūiditates in hyeme genitas ⁊ cōculcatas que in vere erūpunt. Contra dicit hypo. āphorismoꝝ prima. Uentres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura ⁊ somni longissimi. In his igitur tpibus ⁊ oblatōes plures dande sunt. Etenim innatus est calor multꝰ: multo igitur indiget nutrimento. Signū sunt etates ⁊ athlete: nō ergo in vere regimen subtiliandū ē. Dic ꝙ si ver corpꝰ inuenit temꝑatum in humoribus cibus in eo dādus est fm mensuram caloris innati ⁊ resolutionē q̄ fit a corꝑe qꝛ ver conseruat corpus vt inuenit ⁊ de se sanissimū est ⁊ minime mortiferum. Juxta illđ ga. amphorismoꝝ tertia cōmento illius cañ. Uere siquidē manie. Uer eñ si corpꝰ eq̄liter tēperatum hūoribus inuenerit in eadē ꝑfectione custodit nec ex sui ꝑte aliq̄d mali infert. Autūnus estas hyems faciūt ecōuerso. Quodlibet eñ horū cum corpus īueniat mūdificatū: ex sui tñ parte generat morbū. Estas eñ choleram rubeā: hyems phlegma: autūnꝰ cholerā nigrā. Sꝫ qꝛ ver vt plurimū reperit corpꝰ repletū parti hūoribꝰ ex hyeme natꝫ ꝑtī ex crapula assidua hoīꝫ iniūgit hic ꝓri. subtile regimē tpe vernali. Quita ē. i vere vtēdū ē exercitō tēꝑato inť lōgū ⁊ breue velox ⁊ tardū forte ⁊ debile magnū ⁊ ꝑuū sit tñ maius tempore veris ꝙ tpe estatis ⁊ fiat corꝑe premūdificato. Juxta illud ga. cōmento nunc allegato. Uer idē facit in corpore qđ exercitia videntur facere que corporibus sunt sana: si tamē exerceantur plena phlegmate vel quolibet alio hūore generātur in eis epilētic ⁊ apoplectic ex eorum exercitatione. Aliquādo crepantur vene in pulmone vel febres nascuntur acute. Sexta ē. in vere nemo repleaꝛ cibis ad saturitatē: īmo suum diuidat cibum parum ex eo sumens vnaquaqꝫ vice longis interuallis. Juxta illđ ga āphorismoꝝ ꝑma ꝯmento illiꝰ cano. Et quibꝰ semel aut bis ⁊c. Medio vō vere ⁊ appropiquāte iā estate paꝝ cibi ⁊ lōgis īteruallis debemꝰ dare. Hoc eñ tps morbo de plenitudine assimilatur. qm̄ chimi in hyeme coagulati dissoluūtur effluētes ꝑ totū corpꝰ. Idē qđ diximꝰ ꝺ tpe in morbo faciēdū ē de plenitudine. paꝝ eñ cibi si vtus sit fortis longis damꝰ interuallis. hoc etiā in vere faciendū est. Septima est. bibantur in vere sirupi ꝺ rob id est succi fructuū per se inspissati extinguentes feruorem sanguinis ⁊ cholere sicut sirupi rosatus et violatus ⁊ de acetosa maxie oxizaccara. Rob vue acerbe vel de berberis vel de ribes vł de limonibus vel de acetositate citri precipue circa finē veris q̄ augeri icipit ⁊ inualescere in hūoribꝰ ebullitio. Octaua ē. abstineat hō tpe veris a rebus calidis que sanguinē ⁊ corpus supercalefaciunt ⁊ ab omībus amaris salsis ⁊ acutis. Nam cū sapores hi fundentur omnes sm substantia calida supercalefaciunt epar ⁊ sanguinem. Et ebullitionem hūorū quā ver efficiꝰ augēt q̄re ꝑducunt ad scabiē pruritū serpiginē leprā maxie in medio ⁊ fine veris. Plures ex his regulis ꝑnotauit rasis q̄rto almāsoris ca. de regimie corporis fm tpa dicēs. Opꝫ vt in vere minutiōe ⁊ ventris solutione ꝑueniēdo succuratur añq̄ calor irritetur. Et minꝰ vinum in ipo est bibendū ⁊ caro cōcedenda ⁊ oīa dulcia minꝰ sumēda. Et ꝙmaxime hoc obseruare debēt q̄bus egritudines ex repletōe accidere cōsueuerunt. Decet etiā vt nutriētibus subtilibus ⁊ infrigidantibꝰ in eo nutriātur. quibus in estate vti consueuerunt: hec ille.

b In estate vō. In hac pte scđa dat quattuor regulas regiminis hoīs tpe estiuo. Prima ē. diminuāꝛ estiuo tpe cibus potꝰ ⁊ exercitiū hoī ⁊ quiete vtaꝛ. Cibꝰ quidem: qꝛ tunc tpis digestiua virtus et calor inatꝰ sunt multū debiles sparsi ⁊ resoluti ꝑ caloris violentiā extrinseci. Potꝰ vō nō quilibet minuēdꝰ est. cū tūc resolutio maxia fiat: et desiccatio corꝑis ⁊ eleuatio caloris supꝑ hūiditaꝫ et plus sitiat hō q̄ꝫ alio tpe. Sed potꝰ vini tunc minuēdꝰ est ꝓcipue vini vinosi pari: qꝛ ⁊ faciliter inflāmabile est ⁊ calorē iā auctum estu violēto excādescere facit. Per potū quidē solent veteres itelligere vinū. Teste ga. amphoꝝ scđa ꝯmēto illiꝰ cañ. Potꝰ indigentiā soluit: dicente. Dicēdo potū intelligere ꝯsueuit vinū. Exercitiū aūt tūc minuendū est: qꝛ supcalefactionē resolutionē ⁊ exiccatiōē ab estate iducetas auget. Et ē quiescēdū i vmbra. s. qꝛ quies semꝑ ē īfrigidās ⁊ hūectat ꝓpter defectū resolutiōis vt ait ꝑn. ꝑmi scđa doctrina scđa summa ꝑma ca. 12. Scđa ē. estiuo tpe bibat hō potꝰ extinguētes sicut aquā hordei. syrupū rosatū oxizaccarā simplicē syrupū endiuie vł acetose. Per hos eñ cholera estate ebulliēs saꝛ repmiꝛ sāguis tēpatur mēbra ꝯfortātur ⁊ īfrigidāꝛ cū moderamine. Tertia ē. vomat hō tpe estiuo si possit. i. si facile fuerit sibi maxie si senserit os amaꝝ ⁊ siccū. Nā tūc tpis abūdat cholera q̄ ꝯueniēꝛ vomitu purgaꝛ. Propterea suasit hypo. āphoꝝ. 4. Purgare quidē estate supiora. Hyeme vō iferiora. Et ga. i ꝯmēto ait. Cholera nāqꝫ in estate regnat: que qm̄ ignea ⁊ leuis ē sꝑ supiora petit. purgeꝛ ergo estate ⁊ autūno ꝑ supiora. Quarta ē moreꝛ hō sꝑ tpe estiuo ī vmbra ⁊ in loco q̄ sit coopertꝰ aduersus radios solꝭ vt minꝰ tāgaꝛ siccēꝛ ⁊ resoluaꝛ a calore solꝭ. ¶ Attēde ꝑo ꝙ ras. 4 almāsoris ca. ꝑdicto paulo latiꝰ sic describit regimē tpe estiuo ꝯueniens hoī. Cū venerit estas motꝰ minuaꝛ ⁊ labor: soliqꝫ minꝰ obuiādū erit. et nutriētia calida ⁊ grossa relinquēda: vēter ēt nō semel cito repleri dꝫ: sꝫ multꝭ vicibꝰ cibꝰ diuersus ē sumēdꝰ. Et aq̄ frigida ē bibēda ⁊ ī ablutōe vtēda. Simila quoqꝫ. i. farina frumēti vł hordei cū aq̄ cocta et zuccaro ē potāda ⁊ syrupꝰ acetosus ⁊ iuleb ⁊ rob de fructibꝰ acetosis. In potu ꝑterea īmanem cipi dꝫ nix cū zuccaro. Res aūt frigide ⁊ cibi cū aceto ⁊ sumach cōpositi ⁊ tharces ⁊ hulē ⁊ res acetose commedi debent. A dulcibus aūt ⁊ vnctuosis ⁊ acutis ⁊ salsis abstinēdū est. Sed acetosis et insipidis ad tēperiē conseruandam vtendum est. Uino quoqꝫ tanta admiscenda est aqua vt quasi aqua sentiaꝛ. Uetus autē et forte dimittatur. hec ille. Et per tharcs ⁊ hulen intellige brodia acetosa. ¶ Attēde scđo ꝙ ꝓpter vehementiā resolutionis humiditatū tā substātialiū ꝙ nutrimētaliū corporis in estiuo tēpore grossior ⁊ maior cibꝰ exhibendus esset si virtus sufficeret ad digerendum talē ⁊ tantū: sed quia non sufficit vna vice multum digerere cibū paꝝ ⁊ sepe de eo dandū est. Juxta illud gal. amphorismoꝝ ꝑma cōmento illius cano. Et quibus semel aut bis. In estate cibꝰ multotiēs erit dādus ⁊ parū. Multotiens qꝛ indiget propter scipissimā dissolutionē. Paruū ꝓpter virtutis defectionem.

c In autūno autem. In hac pte tertia dat regimē homini ꝑ tempore autūni sub vndecim regulis. Pria est. conseruatio sanitatis corporis faciēda ē in autūno cū regimie meliori et attentiori cura q̄ꝫ in quocūqꝫ alio tēpore maxime in autūno diuersi aeris in calore forti dierū suorū ⁊ frigore forti suarū noctium. qꝛ tempus autūni ceteris egritudinalius est ⁊ magꝭ mortiferū. Juxta illud hypo. āphorismoꝝ tertia. In autūno acutissime egritudines fiūt ⁊ maxime mortifere. Et ga. in ꝯmēto ait. Autūnꝰ acutoꝝ morborū est gñatiuꝰ et pestilētior alijs tpibus. Et statim subiūgit cām huiꝰ dicēs. Autūnꝰ in multꝭ illaudabilis est rebꝰ. Primo qꝛ aliquñ cadē die fit frigus aliquñ fit estus. Scđo qꝛ cū sit post estatē iuenit in multis corꝑibus chimos incēsos ⁊ in quibusdā vtutē defectā. Nec tñ hoc ēt solū: sꝫ añq̄ꝫ chimi veniāt ad cutē mouētur et dissoluātur. Sed iste veniēs ꝓpter frigiditatē suā in interioribus corꝑis cos

recludit: hec ille. Scđa ē. in autūno desiccātia q̄cq̃ relinquēda sūt qꝛ prior estas corpa siccauit plꝰ opportuno quoꝝ siccitatē nō corrigit autūnꝰ: sed potius auget sicus extrīs. Sicca ergo oblata nocerēt plurimū. Tertia ē. abstinendū est a coitu tempe autūni ꝛ ab aque frigide plurime potu ꝛ ab effusione aq̄ frigide sup caput.

Et omia siccantia sunt dimittēda. Et cauendum est a coitu ꝛ a potu multe aque frigide ꝛ ipsius fusione sup caput. Necq̃ in loco frigido dormiat in quo eius cutis horripilet neq̃ repletus dormiat. Et caueat sibi a calore estiuo ꝛ frigiditate matutinorū: ꝛ suū custodiat caput ne frigiditati obuiet. A fructibꝰ quoq̃ q̄ sunt in tempore illo sibi caueat ne ex illis multum comedat: neq̃ balneet nisi cū tepida. Cūq̃ dies cum nocte fuerit equalis euacuetur ne supfluitates in hyeme cōstringant licȝ in multis corporibꝰ sit melius ne in autūno aliq̄d faciāt: vnde humores ferueāt: ꝛ moueant imo melius est eis vt ipsi q̄eti permaneant. Quidā etiam vetuerūt ne vomitus in autūno fiat: quoniaȝ ad febres pducit. Vinū p̄terea vehementer debet eē aquatuȝ ꝛ nō sit supflue. Scias quoq̃ ꝙ in multis pluuijs in ipo ꝯsistit sepatio ꝛ securatio ab ipiꝰ malitia. In hyeme vero multum

A coitu q̄deȝ maxime excessiuo qꝛ corpꝰ siccat vires dbilitat spiritus resoluit caloreȝ minuit senium accelerat. Teste ga. 6. de regimine sanitatis capi. quīto dicēte. Contrarijssimi vero sic eis cōplexioni bus sunt venerei actꝰ. A potu vo aq̄ multe frigide. q̄a penetrat cito ad intima corpis iā rarificata p calorē p̄uie estatis. q̄re mortificat calorē inatū: pectus ꝛ stomachū ledit: neruos debilitat: ꝛ cōplexionē epatis destruit: colicā iducit ꝛ hydropisim gn̄at. Ab effusiōe q̄dem frigide aq̄ sup caput: qꝛ frigꝰ eius velociter penetrans cerebrum debilitat et quasi extinguit aīalem spm̄ cui cōpatiuntur vt sue radici vniuersa organa sensus ꝛ motꝰ: et miringas cerebri suo frigore vehemēter ledit: reuma generat ꝛ hūores acutos ad pectus excutit. Vnō q̄nq̃ gn̄atur ptisis. Quarta ē. tpe autūni nō dormiat hō in loco frigido sicut supra terraȝ vel supra herbā ꝓpter cuius frigus cutis horripilet: qꝛ prior estas repleuit corpus hūoribꝰ acutis quoꝝ fuligines interiꝰ retente ꝓpter clausionē poroꝝ cutis a frigore loci putridas febres leuiter generant Nā tp̄s autūni cacochimius est ceteris tpibus ꝛ ꝓpter ipsius inēq̄litatē ꝛ ꝓpter vsum copiosuȝ fructuū. Nec in autūno dormiat repletꝰ scȝ priusq̄ cibus descēderit ad fundū stomachi: qꝛ somnus ventre pleno cerebrū fumis ꝛ vaporibus implet: inq̄etudine somnioꝝ vexat: digestionem turbat ꝛ reuma parit. q̄d in autūno pluris periculi est ꝓpter acumen hūorum corpis ex quo timet ne pulmo vlceretur ꝛ fiat ptisis. Quīta est. ꝙ tpe autūni vitet calor estiuꝰ circa meridiē suorū dierum dn̄ari solitus ꝛ matutinorū vel auroraꝝ ac noctiū frigus ꝛ frigus capitꝭ. Supius pluries determinatū est ꝙ autūni tp̄s est multū ineq̄le qꝛ dies eiꝰ sunt velut estiui ꝛ noctes hyemales. nō exponat ergo se hō caloribus estiuis dierū autūnaliū ne siccetur resoluat ꝛ debilitetur corpus iam siccatum ꝛ resolutuȝ debilitatū estate priore neq̃ cōburant ꝛ inflāmētur hūores ipsius. Non se etiā exponat frigori nocturno vel matutinali ne cutis ipsius horripiletur vel membra rigeant ꝛ fuligo humorū interiꝰ reclusa tali frigore putredine febrili corpus inficiat. Obseruetur etiā ne frigus hoc caput tāgat cerebrū debilitās ꝛ omnia orta ab eo reuma gn̄ans miringas pcutiens et quasi extinguēs aīales spiritus. Sexta est. in autūno sibi caueat hō a fructibꝰ illius tēpis. vt vuis psicis ficubꝰ et siliꝗbus vel saltē nō multum de eis cōedat: qꝛ tales gn̄ant sanguinem dispositum ad putrefactioneȝ maxime si fuerint in stomacho imundo vel i cacochimico corpe recepti q̄le in autūno sepius occurrit. Septima est. in autūno non balneet se homo nisi in aqua tepida vel mediocris caloris. Aqua nāq̃ frigida tunc obuians corpori multum nocet ei sicut premissum est. Et multū calida debilitat ipsum siccat ꝛ inanit. Sed tepida humectat ꝛ calorē temperat ꝛ cutem lenit ꝛ acumen reprimit peccantiū humoꝝ ꝛ maturationem horum coadiuuat. Octaua est in autūno corpus euacuetur a malis humoribꝰ tam derelictis ab estiuo tempore q̄ generatis in eo quando in eo noctes equātur diebus ne cōstringantur a frigore hyemis in poris membrorum ꝛ illic corrupti corrūpant membra q̄uis sit melius in multis corporibus tēpore autūni nihil efficere quo ferueāt humores ꝛ cōmoueantur quasi irritati vel ebullientes: imo melius sit vt quieti maneant paulatim repressi tam frigore hyemis q̄ crudi humoris pmixtione cuius multitudinem ꝓcreat hyems.

¶ Attende ꝙ prima autūni pars est similis estati calida et sicca debilitās vires corporis: quare non competit in ea pharmacum nisi vrgente necessitate. Sed postrema eiꝰ pars est hyemi similis declinans ad frigus ꝛ humiditatem: que qꝛ constringit humores in mēbris non sinit eos leuiter educi: quare tunc non conuenit pharmacia nisi in casu magne necessitatis. Sed autūni medium q̄d est circa autūnale eq̄noctium est temperatius ceteris eius ꝑtibus ꝛ similius veri: quare tunc maxime facienda videtur euacuatio peccantium humorum.

¶ Attēde scđo ꝙ frequēter peccantes humores tēpore autūni sunt acuti adusti qui q̄diu latitāt in membris quieti modicum offendunt: et dum cōmouentur acriter seuiunt ꝛ p mēbra furiunt. quod attendens hypo. āphorismorum sexta ait. Quibuscūq̃ abscōditi cācri fiunt nō curare melius est. Curati enim citius pereunt. Nō curatiuo multuȝ tēpus perficiūt. Et hos melius est relinquere quietos q̄ mouere pharmacis ꝛ facere furere sperando ꝙ hyems refrenabit eoȝ et virtus tunc fortis paulatim resoluet. Nona est. quidam ꝓhibuerūt in autūno vomitū fieri: qꝛ febreȝ de leui prouocat. Id verificat in difficulter vomētibus ꝛ abūdantibus in hūoribus grossis melancholicis q̄ nequeunt educi p vomitū nisi fortis eis medicina detur. vt elleborus albus vl̄ azarabaccara qua debile corpus fortiter cōmotum febrit ꝛ estuat. Sed in cholericis facile vomentibus in autūno vomitus secure fieri potest cum digito aut penna titillando liguam in radice ipsius: hec nos hyp. docuit amphorismoꝝ quarta. Gracíles inquit et facile vomentes superius purgare timentes hyemē difficile vero vomentes ꝛ medie carnosos inferius timentes estatem. Melancholicos vero inferius vehementius eadem ratione cōtraria apponentes. Decima est. vinū quod bibitur tempore autūni vehementer est limphandū vt corpus humectet ꝛ calorem reprimat. sȝ nō supflue debet limphari scȝ non tantum q̄ȝtum in estate: neq̃ superflue debet tūc bibi. quia natura tunc debilitata nō sufficeret ipm̄ regere ꝛ dirigere: ꝛ nimis limphatum calorem obtunderet ꝛ multiplicaret vētositates q̄bus colica generari posset. Vndecima est. multe pluuie veniētes in autūno corrigunt ꝛ reprimunt maliciam ipsius ꝛ separant nos siue assecurāt a nocumento ipsius. Primo qꝛ reprimunt eius siccitatem. Scđo qꝛ inspissant aerē vnde fit ineptior mutari nūc ad estū nunc ad frigus. Tertio qꝛ reprimūt acumē hūoruȝ. ¶ Attēde ꝙ rasis plures ex his regulꝭ q̄rto almāsoris p̄notauit: dicēs. In autūno vo fructuū cōestio minuēda est q̄ȝtū possibile fuerit. Et obseruādū ē ne in meridie aliq̄s se soli opponat Caput q̄ȝ i nocte ꝛ mane a frigore custodiri dȝ. Caueāt ēt ne bibāt aquā frigidā vl̄ lauent in ea. ꝛ a labore siꝯr et sollicitudine abstinere dn̄t. Aq̄ vero tepida se lauent. Et obseruent ne in locis dormiant frigidis. aqua etiam frigida non lauentur ex qua corpus horripiletur. quod ideo fieri nō debet: qꝛ in eadeȝ hora febrire faciūt. Caueāt p̄terea ne famē vel siti patiāt vel cibo vna hora ipleant vel aqua. Vinū aūt talit̄ tēpatū bibāt vt delectari aīaȝ faciat. stomacho tn̄ nec grauedinē nec tensionē afferat In ipo q̄ȝ corpus ſm plures res sine itermissiōe custodiat. Et regatur sicut in estate gubernari cōsueuit vsq̃ ad pluuiarū aduētū q̄ postq̄ȝ aduenerit a multo malo nocumēto securos reddēt. Si aūt ꝯtigat autūnū logū ꝛ estiualē fore custodia maior erit obseruāda. Tota aūt intētio i custodia autūni eē dȝ in hūoꝝ repressiōe ꝛ tēpamento maior q̄ȝ in ipoꝝ euacuatiōe cum vētris solutione atq̃ minutōe. Q̃ si in autūno aliq̄ cōtingat egritudo cito ei cū medicina an̄q̄ augmentet subueniendū est. Huius em̄ tpis egritudines male sunt et pessime. Ad vltimū autē tota intentio sit in corporis humectatione. In hoc enim tēpore hoc est plus necessarium q̄ in estate. Hoc em̄ tēpus ꝓ malignitate sue complexiōis errorem nō patitur regiminis nec largis vti permittit nutrientibus neq̃ dietam despicere: hec rasis.

b In hyeme vero. In hac parte quarta primo dat regimē seruandū in hyeme. Scđo declarat ꝙ raro in hyeme sanū corpꝰ egrotat ibi. | Amplius corporibus | Tertio que euacuationū est hyeme melior ꝛ que vitāda est ibi | Hypocrati quoq̃ visuȝ est |

¶ In prima particula dat quattuor regulas regiminis hyemis. Pria est. exercitiū plurimū in hyeme ꝯuenit ꝛ copiosior cibus nisi fuerit hyēs

meridionalis. tūc cui ꝯuenit exercitiū maius ⁊ minoꝛ cibus. Causa vero augēdi exercitiū in hyeme est vt caloꝛ intra reclusus ad membꝛa exterioꝛa viuificāda ⁊ calēda cū sanguie trahaꝛ. vie ⁊ poꝛi frigoꝛe ꝯstricti motu ⁊ caloꝛe exercitij apianꝛ. ⁊ supfluitates q̄ plus hyeme ꝓpꝛ clausionē poroꝝ supabūdant liberę expellanꝛ. Sꝫ cā copiosioꝛis cibi tūc tp̄is dandi

laboꝛare debēt ⁊ copiosius comedere nisi fuerit meridionalis. quoniā si sic fuerit exercitiū erit augmentādū et cibus minuēdus. Opꝫ pꝛeterea vt triticum panis hyemis sit foꝛtius et foꝛtioꝛis soliditatis ꝙ̄ panis estatis Et similiter est illud quod est in carnibus ⁊ in eis que sunt sicut ipse. Et vt sint olera quibus vescūtur sicut caules ⁊ sicla et apium ⁊ non atriplices neqꝫ blitis neqꝫ poꝛtulaca neqꝫ scari-

est: qꝛ vētres hyeme sūt calidissimi nā et lōgissimi somni. In hoc ergo tp̄e plꝛes ob latiōes sunt dande. Etem̄ caloꝛ innatus ē mult⁹ multo igitur indiget nutrimēto sicut sunt etates adolescentie ⁊ iuuentutꝭ et athlete se foꝛtiter ⁊ frequēter exercitātes q̄bus daꝛ cibus mult⁹ ꝓpter foꝛtitudinē sue caliditatꝭ: vt ait hypo. amphoꝛuꝫ pꝛima. Ga. v̾o ꝑticula eadem ꝯmento illius cano. Et quibus semel aut bis ⁊c. ait. In hyeme multus cibus ⁊ paulatim est dādus. Plurim⁹ ꝓpter virtutis multitudinē. Paulatī qꝛ sepissima nō indiget refectione. Sanos autē iam dixi in hyeme meli⁹ posse digerere cibos ꝓpter caloꝛē latētem interi⁹. Cā v̾o q̄re in meridionali hyeme dꝫ augeri exercitiū est qꝛ vēti australes ex quoꝝ flatu frequēti in hyeme meridionalꝭ hyems reddiꝛ aerē nos ꝯtinētē calidū ⁊ hūiduꝫ spissuꝫ ⁊ turbidū reddūt: q̄ sensus hebetat: coꝛp⁹ hūectat replet ⁊ aggrauat hūiditatib⁹ plurimis. ad resolutionē igiꝛ hūiditatū tūc multiplicataꝝ tā ex natura hyemis ꝙ̄ ex meridionalitate ipsius ꝯueniēs ē foꝛte exercitiū. Sꝫ cā minoꝛatiōis cibi tūc est qꝛ pauca fit a coꝛpibus nostris resolutio ⁊ ip̄a plena sunt hūiditatibus extraneis p̄ꝛimis in quaꝝ resolutiōe vt attēti⁹ natura occupeꝛ ⁊ a cibo plurimo nō distrahatur paꝝ cibi dari ꝯuenit. Scd̄a ē frumētuꝫ ex quo fit in hyeme pānis dꝫ esse foꝛtius. i. spissius ⁊ magis solidū frumēto vn̄ fit in estate panis. qꝛ foꝛtioꝛ est digestiua v̾tus ⁊ caloꝛ innat⁹ hyemali tp̄e: quare meli⁹ fert ⁊ melius digerit foꝛtē solidū cibū: tale aūt frumētum plus alijs nutrit. Iuxta illud ga. p̄mo de alimētis ca. scd̄o. Sūt aūt frumētoꝝ maxie qui dē nutritiua q̄ valde spissaꝫ ⁊ ꝯmassatā hn̄t totā suā substātiā: ita vt vix a dētibus diuidātur. Plurimū em̄ alimentū dant hmōi coꝛpoꝛibus ex mole minoꝛi sicut ꝯⁱa his q̄ de facili quidē a dētib⁹ ꝯminuūtur. Post cōminutionē v̾o rara vidētur ⁊ laxa modicū exhibent alimentum ex mole multa. Si aūt ꝯpōderare volueris vtroꝝūqꝫ molē equalē: inuenies grauioꝛa mlꝛtoqꝫ spissioꝛa. Hec aūt sunt coloꝛe rubicūdioꝛa laxis. Hec gaꝛ. Tertia est, id qd̄ in hyeme daꝛ ex carnibus ⁊ eis silibus scꝫ piscib⁹ debet esse foꝛtius id est magis spissuꝫ ⁊ magis solidū ꝙ̄ alio tempe ꝓpter cām modo dictaꝫ de tritico. ¶ Attende ꝙ licet cōsideratione habita ad foꝛtitudinem caloꝛis ⁊ digestiue virtutis in hyeme grossioꝛes et densioꝛes cibi conueniāt; qꝛ tn̄ coꝛpa tunc disposita sunt ad oppilationes ⁊ repletiōes ex phlegmate p̄ꝛimo: nec ab eis multa resolutio fit a ꝯtinēte: tutius est vti tunc mediocribus inter solidum ⁊ rarum grossum ⁊ subtile: sicut carnibus hedi vituli mutonis lucijs becqueꝛ perchijs ⁊ cancris. Et vtentibus grossioꝛibus vt boue poꝛco ceruo conchis ostreis tenchis carpis rays siccis expedit vt vnica cōestione in die contētentur: vel vtantur sepe rebus diureticis ⁊ aperitiuis: vt aqua cicerum petroselino nasturtio apio: et foꝛtibus vtātur exercitijs. Quarta ē. olera q̄ conueniunt in hyeme sunt caules sicla id est bleta seu beta ⁊ apiū. Caules quidē vt sua grossitie famē compescāt: ⁊ sua pꝛima aqua ventrē lubꝛicēt: et paucitate sue nutritiōis nō multū venas īpleant: ⁊ sua siccitate coꝛpis humiditates superfluas repꝛimāt. Bleta vero silibus causis. Sed apiū quatin⁹ ab oppilatiōibus pꝛohibeat ⁊ iā factas tollat: ⁊ frigus hyemis suo vigoroso caloꝛe depellat. Et tunc nō ꝯueniunt atriplices neqꝫ blitis id est atriplex siluestris: qꝛ aquosissima olerū sunt ista vt ait ga. scd̄o de alimētis capi. de eis. neqꝫ poꝛtulaca. qꝛ alimentū dat humidū frigidū et viscosum vt ait ga. libꝛo nunc dicto ca. de ea. quare nō ꝯuenit hyemali tēpe. Neqꝫ scariola q̄ est velut lactuca agrestis: nisi qꝛ in doꝛso costaruꝫ habet paruas spinas pꝛo endiuia ponitur. Et quia infrigidat in hyeme nocet ¶ In scd̄a ꝑticula dicit pꝛimo ꝙ egritudines raro sanis accidunt tēpe hyemali. Scd̄o dicit ꝙ si egritudines alique tunc sanis accidant medicande sunt per sua contraria. ⁊ cum euacuatione materie peccantis si fuerit opus: vt frigide calidis et humide siccis. Tertio dicit ꝙ impossibile est egritudinem maxime calidam contingere sanis hyemali tempoꝛe si-

ne magna causa. Quarto reddit duas causas pꝛimi ⁊ tertij dictorum. Pꝛima est ꝙ caloꝛ coꝛpis innatus qui est regitiuus id ē potissimū ⁊ generale instrumentuꝫ oīum virtutū naturalium est in hyeme foꝛtissimus: quia pꝛeseruatur a resolutione per extrinsecū frigus: ⁊ foꝛtiter vnitur seu coadunatur in interioꝛibus: quare potenter repellit

ola. ¶ Amplius coꝛpoꝛibus sanis raro accidunt egritudines in hyeme: q̄bus si acciderint medicando succurrendū est ⁊ euacuando si opoꝛtuerit. Impossibile em̄ ē vt ip̄a accidat egritudo nisi ꝓpter magnā cām ⁊ ꝓp̄e si calida fuerit. Caloꝛ em̄ īnat⁹ q̄ ē regitiuus in hyeme vehemēter fit foꝛtis ꝓpterea ꝙ a resolutiōe saluaꝛ ⁊ ꝯstrictiōe cōiūgiꝛ. Oēs p̄terea nāles v̾tutes suas meli⁹ efficiunt opationes.

omēs cāꝭ egrotandi nisi foꝛtissime fuerint ita vt ipsuꝫ vincant. Scd̄a est ꝙ omēs virtutes naturales melius efficiunt opationes suas in hyeme ꝙ̄ tēpoꝛibus alijs: vt vidēt⁹ homines magis appetē melius digerere ⁊ retinere alimētum. ¶ Instabit quis pꝛimo de attractiua mēbꝛoꝛum exterioꝛū cuius operatio videtur estate debere foꝛtificari. Tum quia iuuatur extrinseco caloꝛe. Tum quia tunc vie sunt latioꝛes et liberius ab attrahibili pertransibiles. Hyems vero frigoꝛe contraoperatur attractioni cibi ⁊ vias coartat. Scd̄o de digestiua. quia phlegma multiplicatur in hyeme teste prin. pꝛimi scd̄a doctrina scd̄a summa pꝛima capi. sexto dicente. Egritudinū vero hyemaliū plurime sunt phlegmatice ⁊ in ip̄a phlegma fit multuꝫ: sed phlegma attestatur diminute digestioni: quia non est nisi sanguis diminute coctus: cuius causa efficiēs est caliditas abbꝛeuiata vt ait prin. pꝛimi pꝛima doctrina quarta capi. scd̄o. Tertio de retentiua q̄ frequēter frigoꝛe debilitaꝛ. ita vt sepe fiat fluxus vētris et fluxus vrine frequētioꝛ solito per frigus hyemis pellēs materias versus intestina ⁊ cōpꝛimens vesicam. Quarto de expulsiua. Nam tp̄e hyemis frigoꝛis constrictiōe materie cōpingūtur ⁊ inspissanꝛ vn̄ minus motui obediūt: et vie earū coartanꝛ. Dic pꝛimo ꝙ nihil ꝓhibet ex hyemis frigoꝛe quasdā operationes naturalium v̾tutuꝫ in exterioꝛibus partibus coꝛpis debilitari sicut arguebatur de attractiua in pꝛīa rōne: qꝛ lꝫ caloꝛ interioꝛū mēbꝛoꝛū fit hyeme foꝛtioꝛ: non tamen exterioꝛū oīm maxime superficialiū. qd̄ ergo hic dicitur a prin. de v̾tutibus naturalib⁹ interioꝛū mēbꝛoꝛū intelligitur. Dic scd̄o ꝙ digestiua ē foꝛtissima in hyeme ꝓpꝛ foꝛtitudinē caloris īnati: nec in ea multiplicāꝛ phlegmata ⁊ egritudies phlegmatice ex debilitate digestionis vꝉ abbꝛeuiatione caloꝛis: sed ꝓpter hoim crapulā ⁊ vsuꝫ grossoꝛū ⁊ viscosoꝛū ⁊ negligentiam exercitij ⁊ superfluitatē somni ⁊ reuerberationē vapoꝛū ad interioꝛa. Dic tertio ꝙ bene vestitis ⁊ nō penetratis a frigoꝛe hyemis retētiua virtus non debilitatur: sed foꝛtissima ē: pōt tamē debilitari p frigus penetrans. Dic quarto ꝙ virtutes expulsiue nāles interioꝝ mēbꝛoꝝ sunt in hyeme foꝛtissime attendēdo foꝛtitudinē eaꝝ ꝓpter fortitudinē īnati caloꝛis ⁊ lōgitudinaliuꝫ villoꝝ q̄ sunt eius instꝛa: sed nihil ꝓhibet opatiōes eaꝝ tūc minui vel retardari strictura viaꝝ ⁊ cōdensatiōe rerū expellendarū: maxime si frigus fuerit penetrans ad interioꝛa coꝛpis. Et per hec soluūtur obiecta. ¶ Queriꝛ an sanis raro accidant egritudines in hyeme ⁊ nō nisi a foꝛti cā. Videꝛ ꝙ nō auctoꝛitate hypo. āphoꝝ tertia: dicētis. Hyeme v̾o pleuretides pipneumonie bꝛāchi choꝛise tusses doloꝛes pectoꝛuꝫ laterū ⁊ lūboꝝ capitꝭ vertigines ⁊ apoplexie. Et ga. in cōmento ait. Pleuresis ⁊ pipneumonie ex instrumētoꝝ spūalium sunt passione. cū em̄ omnia mēbꝛa a frigiditate aeris p̄nt offendi: hoc nullatenus in instrumentis spūs fieri potest: vnde et doloꝛes laterum et tusses fiunt. Item dicit hypo. ꝓnosticoꝝ tertia. Omne apostema magis in hyeme ꝙ̄ in ceteris tp̄ibus euenit ⁊ amplius moꝛatur. Itē hyems suo frigoꝛe est contraria vite: qꝛ vita consistit in calido ⁊ humido: nec tunc coꝛpus excusatur a penetratione frigoꝛis saltem cum anhelitu. Non enim viuere p̄t sine attractione frigidi aeris inspirati pꝛo refrigerio coꝛdis. Item constitutiones anni omnino quidem sicce pluuialibus sunt saniores et minus moꝛtifere amphoꝛismoꝛum tertia. sed hyems est tempus humidissimū omnium. ergo non sanuꝫ. Et galienus in cōmento ait. Et bene dicitur constitutiones omnino sicce ⁊c.

in siccis temporibus hūiditates desiccētur: in pluuialibus vero adunētur ⁊ putrescentes augeātur si nō quibuslibet exercitijs de his corpora mūdificentur. balneis enī non cōsumuntur nisi q̄ cuti vicināutur. Interiora enī in solidis mēbris contenta exteriorib⁹ balneis nō emittūtur. Nec enī pharmacia vel vomitu sunt purganda que ex magna necessitate ⁊ raro sūt expectāda. Itē sanitas custoditur a suo silr sicut morb⁹ curatur a suo cōtrario⁹: sȝ hyēs non est similis imo ꝯria hūane cōplexioni

Hypocrati quoqȝ visuȝ est ꝙ meli⁹ est in ipso vētrē soluere q̄ minutiōeȝ facere. Et abhorret vomitū ī ipso ⁊ videt ei ꝙ in estate sit bon⁹ qm̄ hūores in estate sunt natātes ⁊ in hyeme ad subsistēdū declinātes. Ipsȝ ergo imitent. Aeri vo cū corrumpit aut fit

Oppositū ꝯtermiat hic p̄n. Et ꝓbat p̄mo ex fortitudine caloris īnati. Calor nāqȝ īnat⁹ cū est fortis pōt nā ip̄o mediāte in hūorib⁹ mīstrare ſm modū maturādi ⁊ digerendi ⁊ custodire eos ſm sanitatē. ⁊ mouētur hūores ſm modū ministratiōis ip̄ius. ⁊ ꝓhibentur moueri ſm modū ministratiōis caloris extranei: q̄re non putrefiūt vt ait pri. p̄mi scd̄a doctrina .3ª. ca. 3º. Scd̄o ꝓbat ex fortitudine naturaliū virtutū in opationib⁹ suis quaꝝ officiū est sanitatē tueri ⁊ corpus ab egritudinib⁹ p̄seruare ⁊ egritudines duȝ venerit curare. Dic p̄io ꝙ in hyeme facilit̄ supueniūt egritudies senibus ⁊ debilibus raris carne denudatis ⁊ dispositis ad ptisiȝ ex debilitate pectoraliū ⁊ apt⁊ ad reumata. Iō dicit hic p̄n. sanis corpibus. et intelligit de sanis simpliciter ⁊ nō de sanis vt nūc: q̄lia sunt ea q̄ mō dicta sunt q̄ frigori hyemis nō satis resistūt. Dic scd̄o ꝙ sanis simpliciter male se regentib⁹ ⁊ non ꝓtegentibus vt decet a frigore faciliter accidūt hyemali tēpe morbi ex reumate sicut pleureses ꝑipneumonie ⁊ apostemata: q̄r malū regimē supfluitates auget ⁊ mltiplicat: q̄s frigus hyemis a capite excutit ad inferiora: ⁊ eiusdē frigus cū hūiditate ꝓhibet resolui supfluitates ⁊ cōculcat eas in quibusdā mēbris: vnde apostemata gn̄ari solēt Et id pretēdebāt due p̄me rōnes. Dic tertio ꝙ sanis simpliciter se bene regētibus ⁊ ꝓtegentibus vt decet a frigore raro accidunt egritudines in hyeme maxime calide. ⁊ non nisi a forti cā: puta si hyems fuerit valde effrenis in frigore. Istud docet expimentū et ꝓbant rōnes post oppositū. Ad tertiā aūt oppositū dic ꝙ frigus hyemis nō est ꝯriū in effectu vite nec calori naturali nisi fuerit penetrās: imo ꝑ antiꝑistasim fortificat ip̄m. Et cū dr̄ ꝙ corp⁹ nō excusatur a penetratōe frigoris saltē in anhelitu. Dic ꝙ aer frigid⁹ inspiratus mltiplicit̄ corrigit āūq̄ ꝑueniat ad fontē vite scilȝ in ore ⁊ naribus vua trachea arteria pulmone ⁊ cānulis eius et ramis arterie venalis q̄bus ad cor fertur. Ad q̄rtam dic ꝙ hypo. ibi loq̄tur de cōstitutionib⁹ anni non seruātis ꝓpriaȝ naturā. Et vult ꝙ ex illis oīno sicce pluuialibus sunt saniores ⁊ min⁹ mortifere. Nō sic aūt fit de hyeme naturalit̄ humida ꝯpatione ad estatem ⁊ autūnū naturaliter siccos: q̄r talis non est hūorum putrefactiua. Ad q̄ntam dic ꝙ frigus hyemis non est ꝯtrariū cōplexioni hoīs in effectu nisi fuerit penetrās ⁊ vincens: imo circūstando fortificat vnit et conseruat eam.

In tertia dicit p̄io visum hypocrati ꝙ melius est in hyeme soluere ventrem q̄ minuere sanguinē: q̄r vt in pluribus phlegma suꝑabūdat hyemali tēpore aucto appetitu cui satisfacere solēt plurimi replentes seipsos ad saturitatē: qua graues effecti dormire querunt exercitia negligunt: vnde modica fit ab his resolutio: et calor innatus sub humiditatib⁹ sepultus tenetur. Ait enī hypo. amphorismorū quarta. Purgare q̄deȝ estate superiora: hyeme vero inferiora. Scd̄o dicit hypo. in hyeme horruisse vomitū. ipsum vero apte fieri in estate. Quia cōmuniter in hyeme abūdant humores viscosi grossi sua grauitate tendētes inferius. Estate vero cholerici subtiles tendentes superius. Pro faciliori igitur educatur quisqȝ peccantiū hūorum per ꝑtem sue declinatiōis. Ait enī hypo. amphorismorum quarta. Graciles ⁊ facile vomētes superius purgare timentes hyemē. Difficile vero vomētes ⁊ medie carnosos inferius timentes estatē. Tertio dicit. ipsuȝ ergo imitētur id est querentes se custodire incolumes sequātur hypocratē vl̄ sequātur humorē peccātem educentes eum per ꝑtem ad quā declinat. Attende ꝙ regimen hyeme seruandum sic meminit rasis quarto almāsoris. Hyems autem regiminis errorem ⁊ nutrientium largitatem tolerat: ⁊ postremo corporū conseruat sanitatem: vnde homines in ea egritudinē nō incurrunt absqȝ magna erroris causa. In qua a magna ventris solutione caueri oportet. Opȝ quoqȝ vt si quādo qȝ febres in hyeme contingāt cito subueniatur cum medicina eis: ⁊ ꝓprie cū euacuatione. He nāqȝ febres plerūqȝ ex repletione accidunt. iōqȝ crescunt et fortiores fiunt si in principio non euacuent̄. Qui autem frigide est cōplexionis calidis nutriētibus nutriri poterit sicut sunt allia ⁊ cepe et alia calida que causa condiendi cibos ⁊ saporē tribuendi admiscētur: vt piper cyminuȝ sinapis eruca ⁊ similia his. Sed si iuuenis fuerit ⁊ calide cōplexionis conuenientius est vt ex eis parum accipiat vel ea omnia omittat. Ista enī si eum in hyeme egrotare non fecerint in veris principio vel in eius fine facient: nisi ei cum minutione aut ventris solutione subueniatur. Ille preterea qui in tempore hyemis multa et auide ⁊ simul in stomacho recipit ⁊ qui bonarum nutritionū multitudinē cum vino suscepit sibi cum minutione subueniri debet. Qui autē nutrientibus grossis ⁊ malis vtitur: ventris solutione sibi succurratur. Hec rasis.

pestilētialis obuiādū ē exiccādo corpus ⁊ tēperādo domū cū rebus que suis virtutibus infrigidant ⁊ humectant. Et hoc quidē est qd̄ magis est faciendum in pestilentia. Aut calefaciant ⁊ faciant ꝙ sit cōtrarium ei quod ex aeris corruptione prouenit.

e Aeri vero cum. In hac ꝑte quinta primo dat regulas gn̄ales ꝯtra pestilentiā. Scd̄o agit de pestilētia q̄ ꝓuenit a terra ibi [A terra preterea] Tertio de illa q̄ ꝓuenit ab aere vl̄ celo ibi [Multotiens q̄ȝ] Quarto de suffumigatiōibus ⁊ aceto ministrādis in pestilētia remittēs nos ad sequētia sup āpliori determinatione de ea ibi [Suffumigatiōes autē]

In p̄ia ꝑticula dat tres regulas. Prima ē. obuiandū est aeri dū corrūpitur vel fit pestilentialis: ⁊ prohibendum ne noceat hoī desiccando corpus eius ⁊ tēperādo domū h̄itatōis sue cū infrigidātibus ⁊ hūectātib⁹. Et hoc q̄dē ē qd̄ frq̄ēti⁹ ꝯuenit in pestilētia: q̄r pestilentia ꝯtingit vt plurimū vl̄ ex putredine aer⁊: ⁊ tūc corp⁹ ē siccādū q̄tin⁹ hūores ei⁹ ꝓhibeātur a putredie. vl̄ ex supercedēti caliditate ꝯburēt hūores vn̄ carbūculi ⁊ antraces fiūt: ⁊ tūc dom⁹ h̄itatiōis est infrigidanda ⁊ humectanda. Aut calefaciāt hoīes domū habitationis sue si pestilentia ꝓcedat a frigiditate qd̄ rari⁹ ꝯtingit. Et breuiter faciāt id in domo sua ⁊ corpib⁹ suis qd̄ sit ꝯriū ei qd̄ ꝓuenit ex corruptiōe aeris. Attēde p̄mo circa h̄ ꝙ triplicit̄ ꝯtingit aerē corrūpi. s. ex sui putredine ⁊ rabiositate caloris ⁊ frigore mortificāte. Iux̄ illd̄ p̄n. p̄mi. 2ª. doctrina. 2ª. sūma p̄ma capi. 9. Mutatōes v̄o aer⁊ nām egrediētes sunt aut ꝓpt̄ ꝯuersionē in sb̄a aer⁊ factā: aut ꝓpt̄ ꝯuersionē in q̄litatib⁹ ip̄ius. Que v̄o existit in ei⁹ sb̄ā est vt ei⁹ sb̄a ad maliciā ꝯuertat̄. nō ideo ꝙ aliq̄ suaꝝ q̄litatū valde fortior facta fuerit ſm augmentū vl̄ diminutionem ⁊ hoc ē pestilentia. Et est putrefactio q̄ accidit aeri silr̄ putrefactioni aque ⁊ emollitiōis fetide. Qd̄ v̄o existit in ip̄i⁹ q̄litatib⁹ est vt ſm caliditatē aut frigiditatē ad q̄litatē ꝑueniat intolerabilē intm̄ vt ꝑ ip̄m messes ⁊ gn̄atio corrūpant̄. Et hec q̄dē ē aut ꝯuersio homogenea sic rabiositas estat̄ cū fortior fit: aut ꝯuersio ꝯria sicut frigoris malicia in estate q̄ ꝓpt̄ aliqd̄ euenit accidens

Attēde scd̄o ꝙ due sunt cāe p̄ncipales corruptiōis pestilētialis in aere. P̄ia est supior ex ꝑte celi. Scd̄a inferior ex ꝑte elemētoꝝ ⁊ elemētatorū ad corruptionē dispositoꝝ. P̄ia ē efficiēs. Scd̄a patiēs respectu celi qd̄ īprimit in eā vim putrefactiuā vel adustiuaȝ. agens vero cōꝑatione ad hoīes quoꝝ hūores putrefactiōe vel adustione inficit. Iux̄ illd̄ p̄n. q̄rti p̄ma tractatu q̄rto ca. p̄mo. Et p̄ncipiū oīum horū est forme ex formis celi faciētes: ⁊ ē necessariū illd̄ cui⁹ aduētus ignorat̄. lȝ sint q̄daȝ hoīȝ q̄ dixerūt in eo aliq̄d nō ꝓportionatū ad cām ei⁹: imo opȝ vt scias ꝙ prima cā ad illud lōginq̄ sunt figure celestes: ⁊ ꝓpinq̄ dispōnes terrestres. Et q̄n faciūt necessario v̄tutes agētes celestes ⁊ v̄tutes patientes terrestres hūectationē vehementem aeri expellūtur vapores ⁊ fumi ad ip̄m ⁊ spargūtur in ipso et putrefaciunt ip̄m caliditate debili. Attēde tertio ꝙ circa superiorē cām pestilentie diuersi diuersimode senserunt quibusdam dicētib⁹ ꝙ est flagellū quoddā secretū quo diuina ꝓuidētia castigat hoīes. Alijs dicētib⁹ ꝙ hec causa hominibus incognita est vt innuit p̄n. in his v̄bis p̄allegat̄. cui⁹ aduēt⁹ ignoratur. Et in hoc textu dū dicit. Aut ꝓpter rē celestē cuius qualitas nō est hoībus cognita. Alijs dicentibus ꝙ est cōiunctio supiorū planetarū duoꝝ vel triū: maxie in signo hūano fixo vt āno dn̄i. M. ccc. xlv. xxiiij. die marcij fuit cōiūctio saturni iouis ⁊ martis q̄ est vna de maximis ꝯiunctionibus in .19. gradu aquarij qui est signum hūanum fixuȝ: cui successit maxima mortalitas ⁊ generalissima quinqȝ durās ānis per omnia climata gradatim diffu-

Odores p̄terea boni sunt in hoc magis cōferentes ⁊ p̄prie cum putauerint ꝙ sint cōplexioni aeris cōtrarij. In pestilentia quoq̄ necessitas multū aerē attrahēdi est minuēda: ⁊ hoc quidē fit cū otio ⁊ euētatiōe. ¶ A terra p̄terea multotiēs eleuat̄ aeris corruptio. Et tūc quidē cōuenit in lectis sedere ⁊ hospitia q̄rere vehemēter alta q̄ a vētis rumpunt̄. ¶ Multotiēs quoq̄ est principiū corruptōis aeris ab ipso aere p̄pt̄ illud qđ ei aduenit ex corruptione vicinātiū aer̄. Aut propter rē celestē cuius q̄litas nō est hoibus cognita. In hmōi ergo ad domos subterraneas est fugiendū aut ad domos q̄ parietibus vndiq̄ sunt circūdate ⁊ ad cameras. ¶ Suffumigatiōes autē que aeris putrefactiones sunt rectificantes sunt sicut cipi et thuris et myrti ⁊ rose et sandali. Aceto preterea in cibo ⁊ potu vti in pestilentia est nocumenti ipsius securatio. Et nos quidem in libris particularibus nominabimus cōplemētum eius quod est dicendū de hoc.

sa de memoria hoīm nō habēs parem in gn̄alitate malitia ⁊ senitate sicut audiuim' a multis veterib' nostri tēpis qui viderūt eam. ¶ Attende q̄rto ꝙ pestilētie aeris .15. sunt signa. Primū ē. aliqua magna cōiunctio sup̄iorū planetarū maxīe in signo hūano. Scōm est. multiplicatio stellarū cadentiū ⁊ aliarū ip̄ressionū ignitar̄ ⁊ fulgurū ⁊ tonitruorū et apparitio vni' comete vel pluriū. Tertiū est. mlt̄iplicatio ventor̄ australiū maxīe in estate ⁊ in septembri. Quartū ē. turbiditas ⁊ nebulositas frequēs aeris vn̄ pluuia sperat̄ ⁊ nō pluit ⁊ color aer̄ ictericie silis. Quītū est paucitas pluuie cum frigore in vere cui succedit mlt̄iplicatio australiū vētorū ⁊ conturbatio aeris aliq̄t dieb' post clarificatio ipi' p̄ hebdomadā ⁊ nō vltra. Et frigus in nocte cū p̄focatiōe ⁊ cōturbatōe deinde caliditas. Sextū est. estas nō fortis caloris sed plurime turbiditatis cuius aurore turbātur ⁊ plurime p̄cesserūt imp̄ssiones methcorologice ignite. Septimū ē. alteratio aeris multotiēs in eadē die ⁊ clarificatio aeris die aliquo sic ꝙ ī eo sol clar' orit̄ ⁊ cōturbatio die alio sic ꝙ sol orit̄ in velaminib' nebule. Octauū est multiplicatio arancarū v̇miū ranarū ⁊ reptiliū alior̄ nascētium ex putrefactione. Nonū est exitus plurim' muriū talparū ⁊ aliorum subterraneorū aīaliū a suis antris ad sup̄ficiē terre. Decimū ē. ꝙ animalia male nature relinquūt nidos ⁊ interdū oua p̄pria sicut cuculi. Undecimū ē. multiplicatio morbillor̄ ⁊ variolarū vltra solitū. Duodecimū est. cū multi pisces mortui apparent in sup̄ficie aque vel aīalia plurima moriuntur q̄bus vesci solent hoīes vt boues arietes pulli vel capones. Tertiūdecimū est. multiplicatio vermiū in fructibus comedi solitis. Quartūdecimū est. fetor quādoq̄ sensatus in aere vel in anhelitibs hominū preter solitum. Quintūdecimū est. cursus egritudinū insidiosarum male determinationis plus solito super homines. Scōa regula est. odores boni ⁊ aromatici sunt in pestilentia aeris multū conferentes precipue cū putauerint hi q̄ eis vtūtur ꝙ tales odores sint contrarij cōplexioni aer̄ pestilentiati. Ut si pestilētia fuerit ex putredine aeris cum lento calore conferūt aromata sua flagrantia cōtraria fetori pestilentis aeris. Nam sicut fetor mortificat spiritus et cordi inimicatur sic odores boni spiritus viuificant ⁊ cor confortant. Et si pestilentia aeris fuerit adustiua conferunt aromata frigida sicut odor violarum nenufaris rosarum sandalorū cāfore. Et si fuerit pestilentia aeris ex frigiditate vel cum frigiditate intolerabili conferunt aromata calida vt muschi ābre ligni aloes cinamomi gariosilor̄. ¶ Attēde ꝙ mlt̄i in pestilētia vituperauerunt aromata propter duo. Primum quidē est. q2 bonus odor est causa attractionis pluris aeris ⁊ quasi vehiculū corrupti aeris ad cerebrū. Scōm est: q2 odor vel est fumalis euaporatio vel non est sine fumali euaporatione. sed fumalis euaporatio faciliter inflāmatur ⁊ faciliter putrefit p̄pter subtilitatem sue substātie. Sed horū positio deuiat a v̇itate p̄pterea ꝙ aromata putredinē aeris corrigūt spūs ꝯfortant ⁊ mēbra p̄ncipalia ꝯfortāt ⁊ reddūt potentia resistere pestilentie. Tertia regula est. cauenda vel minuēda est necessitas attrahendi multum aerē in pestilentia. Et istud fit viuendo in ocio et euētādo faciem sepe cū flabellis vt recens aer trahatur cum aspiratione ⁊ paucior satis sit euentationi cordis: p̄pterea tunc vitari dz oē forte exercitiū stuphe balnea mlt̄e caliditatis ira frequēs coitus: q2 per hec omnia magnificatur et velocitatur ⁊ frequēs fit anhelitus ⁊ multa aeris attractio est necessaria.

¶ In scōa dicit ꝙ corruptio aeris sepe eleuatur a terra sic ꝙ in subterraneis cauernis quedam putredines fiunt: que peruenientes ad superficiem terre vegetabilia corrumpūt ⁊ aerem qui nos continet putrescere faciunt. Et tunc hominibus cōuenit sedere in lectis eleuatis a terra et nō super terram neq̄ super herbas sedere aut iacere conuenit. Et tūc querenda sunt hospicia alta in montibus et alte camere que a ventis rumpuntur .i. ab impetuosis flatibus boree purificantur ⁊ p̄seruātur a putrefactione: q2 magis distant a radice corruptionis

¶ In tertia dicit ꝙ principium corruptionis pestilentialis multotiēs est ex aere nos continente recipiente putrefactionem: vel propter illđ qđ ei superuenit ex corruptione putrefacti aeris sibi propinqui sicut ex vicinitate fetentium paludū vel lacunarum vel fossarum vel cadauerum. vel propter rem celestem cuius qualitas id est mod' impressionis in aerem primo occursu non ē hominibus cognita. Et in tali corruptione fugiendum est a montibus et locis altis ⁊ habitandū in locis bassis terraneis et domibus ac cameris vndiq̄ parietibus circūclusis: quarū aer purificetur assiduo igne siccorū lignorum electorū vt quercus iuniperi sarmentorum vitium quatinus corruptus aer nō habeat ad hec loca liberū ingressum

¶ In quarta dicit primo ꝙ suffumigatiōes in cameris faciende que rectificant putrefactionem aeris sunt ex cipero id est radice iunci triangularis minutim incisa et in prunas missa que sint in medio camere. quatinus ipsius fumus per totam cameram liberius dilatetur: vel ex thure in ignem misso vel ex folijs et lignis ⁊ grauis myrti siccis vel ex rosis. aut ex sandalis inter quos muscelini vel citrini sunt magis aromatici. Secundo dicit ꝙ vti aceto in potibus ⁊ cibis assecurat homines in pestilentia et preseruat eos a nocument̄ ipsius. Quia suis frigiditate et siccitate vehementer preseruat sanguinem ⁊ humores a putrefactione ⁊ sua penetratione ⁊ incisione tollit oppilationes: quare et superflua libere expurgantur et vtilia nutritura sine impedimēto transeunt ad membra. Et audeo dicere pluries expertus ⁊ auctoritatib' veterum subnixus ⁊ iam tactis rationibus ꝙ est de maxime preseruantibus a morbis pestilentialibus conueniēs ad illud oi cōplexioni omni etati omni sexui ⁊ in omni regione non solum in cibis ⁊ potibus: sed ad lotionem oris matutinam cum aqua rosata vel simplici munda ⁊ ad adoramentū cum aqua rosata equaliter mixta intingendo in eis pannum de serico vel de lino mundo gestandum coram naribus vel sepe applicandum eis. Tertio dicit ꝙ in libris particularibus nominabit complemētum eius quod est dicendū de preseruatione corporū a pestilentia et de causis et significationibus pestilentie et de causis et signis et curis morborum pestilentialium scz quarti prima tractatu quarto capitulis quattuor primis. Et quia preseruatio a pestilētia cadit sub regimine sanitatis ⁊ est nobis valde necessaria: q2 prohdolor multo frequētius inuadit hoīes q̄ solebat hic inserere placu documenta rasis sup̄ hoc in certis propōnibus sūmi et expertissimi medici post hypocratē ⁊ ga. quarto almansoris scriptis capi. de mortalitate et eius cautela. Pria p̄pō ē. mortalitas plerūq̄ i fine estatis ⁊ autūno accidere solet. Quaprop̄t si in estate mlt̄e euenerit pluuie nubes quoq̄ ⁊ pluuiarū multitudo nocte ⁊ die p̄maserint et meridionales venti plurimi p̄flauerit. et aer etiā ita quietus sit ꝙ non moueatur ⁊ cum hoc etiam meridionalis ventus turbid' existit a carne ⁊ vino et confectionibus de melle factis et a fructibus recentibus et dulcibus et balneo ⁊ lauatione aque calide cito abstinendum erit. Secūda est. in omni autē comestione aceto vtendum erit et omnia in quibus acetum ponitur comedenda. Tertia est. rob quoq̄ fructuum acetosorum valde et ponticorum sicut rob succi vue acerbe et succi ribes et granatorum acetosum atq̄ succi sumach et rob acetosatis citri sumenda erunt. Quarta est. syrupi preterea acetosi multa quantitas semper bibenda erit. Quinta est. si maxima necessitas carnem comedere galli et danraz id est turtur masculini sexus hedus quoq̄ ⁊ vitulus cum aceto et vue acerbe succo et sumach et his similibus conditi edi debent. Sexta est. si autem in corpore sanguinis aliqua appareat motio minutioni absq̄ mora statim erit insistēdum. Septima est. mansiones in quibus est sedendum frigide debēt esse: quarum porte ⁊ foramina a parte septētrionis sint aperta. Et

enī possibile vt hoc regimīe vtētes aeris pestiferi dispositionē et variolas ⁊ morbillos necnō antracē ⁊ mala apostem ata ⁊ febrē sinochā deo auxiliāte euadāt. Octaua ē. cū talis tpis dispositio fuerit infantes ⁊ iuuenes ⁊ corpa grossa habētes ⁊ colorē rubeū pl' alijs custodiēdi sunt. Nona est. cū aūt ī fine estatis mult' fuerit calor autūnus quoqꝫ valde sicc' ⁊ multū puluerulēt' extiterit: atqꝫ frig' ⁊ pluuia tardauerit venire mansiones tūc infrigidāde sunt ⁊ humectāde pannis grossis de canabe vł lino

¶ Summa singularis doctrine q̇nte fen tertie p̄mi de regimīe iter agētium continet octo capitula.

¶ Ad succurrendum ei quod pronosticat egritudines. Cap̄. I.

i Ille cui tremor cordis assidue acciderit de se

aqua aspersis atqꝫ apphensis. Et aque in pauimēto rorāde erūt A labore quoqꝫ ⁊ sollicitudine abstinēdū erit. Corp' preterea aq̄ calida lauādū: ⁊ aqua niuis in potu sumēda. Simila etiā cocta in mane cū aqua multa ⁊ pauco zuccaro bibenda erit. ⁊ aq̄ in niue infrigidata potāda. A nutrientib' vero calefaciētib' ⁊ a vino nisi multa tēpatū fuerit aqua cauendū. De cucumerib' aūt ⁊ citrullis ⁊ cucurbita ⁊ portulaca ⁊ his sił'ib' multū erit comedēdū Sūmo quoqꝫ ope cauendū erit ne in sole sedeat. nec ieiunēt nec comestio tardet. Sitis etiā nullo mō est tolerāda. Si q̇s vero ī meridie dormire voluerit: in locis quiescat frigidis. Nutrientia quoqꝫ edant que dixim'. Pisces aūt si comedere voluerint super carbones assatos edāt. vuas quoqꝫ in quib' est adhuc acetositas sumāt. In tali vero tpe singulis dieb' aquā hordei bibere multū ɔfert: ⁊ p̄cipue corpa calida ⁊ sicca hn̄tib'. Hi eniꝫ hoc regimīe p̄ oīb' alijs indigēt. ⁊ per hoc possibile ē febres acutas ⁊ pessimas ⁊ calidas in tali tpe euadere. Decima est. qn̄ in nocte mł'te apparuerint aeris aptiones chorusca tiōibus sił'es ⁊ aeris color icterície sił'is est ⁊ venti flauerint post quoꝝ aduentū multi homines ⁊ aīalia egrotent. in nocte quoqꝫ videant in aere radij ⁊ splēdor atqꝫ egrotātes cito incurrāt mortē. aer etiā difficulter attrahat ⁊ ora egrotātiū fetidū emittūt odorē. ipi quoqꝫ infirmi multū angustiant ⁊ ardorē habēt magnū ⁊ sitim patiunt vehementē ⁊ ipsoruꝫ infrigidant extremitates: ⁊ vomuerint ⁊ egesserint hūores fetidos ⁊ diuersos qn̄ talia affuerit. fruct' ⁊ olera que in tali nascuntur tpe dimittēda sunt: ⁊ aqua que in supficie terre manifesta est: bibenda est. In māsionib' quoqꝫ est morandū ⁊ aer calid' est fugiend'. dom' preterea quaqꝫ die aqua ⁊ aceto mixtis roranda est. Undecima est. si cū hoc in aere putridi odoris ⁊ fetent fuerit sił'itudo: hoīes cū sandalis ⁊ canfora suffumigandi sunt ⁊ aq̄ rosacea rorandi. Dom' aūt cū costo ⁊ thure ⁊ storace ⁊ sandalis ⁊ canfora suffumigari debēt. Nutrientia quoqꝫ sint lentes acetuꝫ ⁊ sumach ⁊ hulen id est gelatina ⁊ succ' vue acerbe. Acetū quoqꝫ cū aqua temperatū bibendū est ⁊ vinū dimittēdū. Duodecima est. ī hac quoqꝫ dispositiōe sumere ī potu vnū de trocisc' cāfore sepe confert. est etiā aqua cū niue bibenda. ⁊ ablutiōe aque frigide vtendū. Decimatertia est. vn' preterea antiquoꝝ phisicoꝝ dixit q si due ptes sumant aloes ⁊ croci orientalis ⁊ myrrhe vnius cuiusqꝫ ana pars vna: ⁊ det ex eis in principio mortalitatis pondus. 12. achilat cuiqꝫ singulis dieb' cū. ℥. i. vini tempati maximū affert remediū. Dixit eni hic nemīnē vidisse hāc medicinā in p̄ncipio mortalitatis bibentē qui non euasisset. Et est achilat pondus triū granorū hordei. Decimaquarta est. galien' quoqꝫ dixit q bolū armenicū cū aceto ⁊ aqua bibitū huic dispositioni conueniens est. Et tyriaca viperarū eidem valde congruit. Confert preterea predicte dispositiōi si in tempore aeris putrefacti suffumigatio cū thure ⁊ costo ⁊ storace ⁊ xiloaloes ⁊ sandalis ⁊ canfora ⁊ myrrha fiat. Decimaq̇nta est. accidit quoqꝫ vt in aliquib' annis in vere squināntia multos inuadat que mala ⁊ perniciosa existit. Oportet itaqꝫ in hoc tempore preuenire egritudinē cū inunctione ⁊ sanguinis extractione ventosis in crurib' positis ⁊ ventris solutione ⁊ gargarismis que singulis dieb' ⁊ noctib' cū aqua rosata fieri debent: in qua sumach madefactū fuerit. ⁊ cuꝫ rob moroꝝ ⁊ nucū id ē diamoroꝝ ⁊ dianucū. Decimasexta est. ɔtingit etiā vt in aliqua hyeme multotiens apoplexia ⁊ paralysis ⁊ egritudines his similes eueniant. Est ergo necesse vt cū talis fuerit ann' frequenter purgetur corpus cū pillulis quas in harū egritudinū capitulis nominabimus ⁊ gargarismis ⁊ sternutationibus ⁊ inunctionib' totius corporis. Nutrimentū quoqꝫ erit subtiliandū ⁊ minuendū. hec rasis. ¶ Attende q auerroys hanc pertractās materiā sexto colliget capitulo vltimo prohibet omnes pisces ⁊ omnes carnes preterq̄ volatiliū Et consulit lenitiua ventris dicēs. Et necessariū est vt omēs pisces tūc temporis sint nociui penit' ob h̄ q̄ sanguis ex istis rebus generatus est cite corruptionis. et similiter omnes carnes exceptis volucribus montanis sicut sunt perdices ⁊ similes istis Et vniuersaliter res ventreꝫ lenificantes hoc tempore optime sunt quemadmoduꝫ thamarindi viole ⁊ cassiafistula ⁊ manna. hec ille.

ipso sit sollicitus ne subita intercipiatur morte. Ille cui frequenter acciderit īcubus ⁊ scotomia de seipō sollicitus existat: ⁊ hūorē euacuet grossum ne ad epilentiā perueniat ⁊ apoplexiā. Qn̄ mult' in toto corpe fuerit salt' regat phlegmatis euacuatione iō ne hoc hn̄s ī spasmū īcidat ⁊ apo-

¶ Summa singularis doctrine quinte fen tertie primi de regimie iter agentium: cuius sunt octo capitula.

¶ Ad succurrendum ei quod pronosticat egritudines. Capitulum. I.

b Iter preterea agentes ⁊c̃. In hac parte secunda dicit primo quandoq̧ esse necessarium itinerantibus in caloribus aliquid comedere aut bibere anteq̃ itinerent; videlicet in magnis caloribus ⁊ debilib' personis. sicut ius hordei: qd' hordeum mũdatuz vocatur ĩ gallijs. vel bibere vnũ haustum sirupi de fructibus quẽ tractatu sexto summe prime q̇nti sic describit princeps. Sumatur succus citoniorũ et malorum et pirorum ⁊ granatorum musorũ ⁊ sumach ⁊ sorbarum: et decoquãtur leui igne donec inspissent̃. Si autem vis dulcorare ipsum: proiice super ipsum zuccari quantum vis: ⁊ bulli ipsum ⁊ cola et vtere. Et reliqua ab eis vt sirupum rosatum vel violatum vel oxizaccaram simplicem: vel sirupum de acetosa. Secundo dat causam huius. Nam resolutio hos vehementer debilitat qui visceribus vacuis equitãt in caloribus. Nihil eniz qd' perdita restauret interius gerunt: vel si quid gerunt id parum est ⁊ non sufficit. Tertio concludens dicit. Sumant ergo aliquid ex iaz dictis sub modica quantitate vel ex similibus priusq̃ itinerẽt. Quarto dicit ꝙ post huius sumptionem non statim itinerẽt: sed quieti maneant donec illud ad fundum stomachi descenderit quatinus in stomacho non inundet itinerando conturbans ipsum. Eadem nos cum pluribus alijs predocuit rasis sexto almansoris capitulo primo dicẽs. Oportet vt qui magne caliditatis tempore iter agit cibo non sit repletus: nec sit ebrius nec etiam ea hora vinum biberit: nec tamen sit inanitus nec a cibo vel vino omnino vacu' nisi fastidium patiatur. Quod si passus fuerit omnino ab itinere abstinere melius est ⁊ quiescere ⁊ tandiu dormire donec fastidium remoueatur. Quod si fastiditus non fuerit immo appetitus in ipso aliquantulũ viguerit: mediocriter cibo reficiatur qui tamẽ paucitati attineat. Quod si nullo modo comedere desiderauerit ⁊ calorem superfluum atq̧ sitim senserit: triticum fractum cum multa aqua coctum cuz zuccaro ⁊ aqua frigida bibat. Post cuius haustum nõ statim eat sed parũ moretur. ⁊ precipue si multum aque biberit. Si enim statim motus fuerit cibus in stomacho existẽs de vno latere ad aliud transiens stomachum inflat ⁊ male digeritur. hec rasis.

c In via preterea deferre ⁊c̃. In hac tertia parte dicit primo ꝙ itinerantes in magnis caloribus secum deportare debent oleum rosatum ⁊ violatum: ⁊ cum illis sua inungere dorsa de hora in horam vt nerui ⁊ nucha ⁊ tota concathenatio spine dorsi prohibeantur ab arefactione ex labore mot' ⁊ estu superfluo: ⁊ vt ab his reprimãtur extranei calores his partibus impressi. ⁊ vt sua viscositate prohibeatur resolutio superflua taz spirituum q̃ humiditatum naturalium. Talibus vnctionibus vtuntur arabes ⁊ indi propter vehementiam caliditatis ⁊ siccitatis suarum regionum ⁊ suorum corporum. Galli vero non soluz refugiunt his inungi: sed plurimi eorum odio habent ⁊ abominantur odores oleorum ⁊ vnguentoruz. Secundo dicit ꝙ multi itinerantium quibus calor vie nocuit redeunt ad suas dispositiones naturales balneando se ⁊ natando in aq̃ frigida. tollit enĩ vel saltem remittit calorem extraneum ⁊ ariditatem membris ĩpressos a laboribus ⁊ estu naturalem calorem ⁊ spiritus dispersos congregat ⁊ vnit. delectationem non modicaz sensibus ingerit: sitim compescit: appetitum cibi prouocat. ¶ Attende primo ꝙ aqua in qua natat is qui per calores itinerauit nõ debet esse vehemẽtis frigoris qualis est illa que trahitur in estate a profundis puteis: sed velut tepida qualis est in fluuijs expositis soli circa finem diei tempore estiuo. Nam frigus prime aque penetrans ad intima propter vehementem pororum apertionem neruos ⁊ viscera non modicum ledit. In secũda aqua que ẽ velut tepida non ilico natet post iter actũ: sed parum expectet donec rarificatio corporis ⁊ aptio vehemẽs pororum parum minuantur. vt aque frigiditas nõ libere penetret ad intima corporis: postea gradatim ⁊ ordinate aquã frigidaz intret. Primo imponẽs pedes deinde coxas: postea truncũ corporis. vel primo minus frigidam: deinde frigidiorem intret. Iuxta illud rasis sexto almãsoris capitulo p̃mo. Postq̃ autez is qui iter agere inceperit suum perfecerit iter aliquantulum prius quiescere ⁊ deinde in aqua tepida ⁊ dulci balneari debet. ¶ Attende secundo ꝙ corpora carnosa sanguinea munda iuuenilis etatis fortiũ neruorum ⁊ viscerum melius alijs sustinẽt balneum ⁊ natationem in aqua frigida. Sed cholerica rara macra cacochima frequentius leduntur et incurrunt febrem a tali balneo.

d Qui autem venena ⁊c̃. In hac parte quarta dat quattuor cautelas quibus iter agens in caloribus magnis seipsum preseruat a venenis aeris de quibus timet. Prima cautela est. ꝙ sibi liget os ⁊ nares simul instita seu binda de pãno lineo vt aer in eum non habeat amplum ⁊ liberum ingressum ⁊ toleret laborem in hac ligatura quantum cõmode potest. Secunda est: vt comedat cepas cum lacte sine butyro quod lac acetosum dicitur: seu ebutyratum. ⁊ precipue comedat cepas muraba: id est conditas vna nocte infusas in dicto lacte. deinde bibat hoc lac in quo iacuerunt. Iuxta illud rasis sexto almansoris capitulo secundo. De his etiam que ipsum nocumentum in vltimitate remouent est vt cepe incise in lacte acetoso per vnum diez vel plus iacere permittãtur. De quibus anteq̃ incedat comedat post quarum acceptionez de lacte illo bibat. Tertia cautela est. ꝙ itinerans odoret assidue oleum rosatum vel oleum de seminibus cucurbite. Rasis vero dicit vbi supra. Et oleũ de cucurbitis aut de amigdalis dulcibus semper odoret ⁊ ex eis parum traijciat: quia per hec olea cõfortatur cerebrũ ⁊ temperantur spiritus aĩales. Et capitulo primo dicti libri ait. Oleuz preterea violatum aut de cucurbite seminibus aut de floribus salicis factum olfaciat. Quarta cautela est. sorbeat iter acturus oleum de seminibus cucurbite: quia preseruat hunc a nocumentis veneni qd' timet presertim ab adustione humorum ex rabiosa caliditate ⁊ a clamosa siti ⁊ arsura gutturis infrigidans corpus ⁊ humectans interiora. Iuxta illud rasis vbi supra. Si quis anteq̃ iter incipiat de oleo cucurbitarum magnam sumpserit quantitatem canicularium ab eo remouebitur nocumentum.

e Cum autem venenum ⁊c̃. In hac parte quinta dat remedia sub vndecim regulis contra nocumentum quod impressit iam venenosus aer itinerãti. Prima ẽ. effundatur aq̃ frigida sup extremitates vt manus ⁊ pedes itinerãtis ⁊ ex ea lauetur facies eius. Iuxta id rasis sexto almansoris capitulo tertio. In aquam etiam suas mittat extremitates ⁊ faciem suam ex ea lauet. Per hec enim calor innatus vnitur et virtus vitalis viuificatur ⁊ redditur fortior ad repellendum venenum. Teste principe primi secunda doctrina secũda summa prima capitulo de cimonono dicẽte. Faciez vero madefacere ⁊ super ipam aquã rorare virtutem viuificat que lassata est a nocumento ⁊ inflammatione febrium ⁊ cum adest sincopis ⁊ proprie ex aqua rosata ⁊ aceto. ⁊ est etiam cum desiderio medicatur ⁊ ipsum erigit. Scd̃a regula est. sint cibi ipsi' olera frigida sic̃ lactuca portulaca acetosa endiuia. Iuxt̃ illd̃ rasis. 6. almãso. c. 1. Nutriẽtia etiã oĩa q̇b' vtik frigiditati ⁊ hũiditati attineãt. Per hec enĩ p̃rimũ reprimit̃ furia feruoꝝ ⁊ venenũ vires vel putrefaciẽs hũores cordis.

Et super ipsius caput ex oleis fundatur frigidis sicut oleo rosaceo z ex salicibus z succis frigidis sicut vermicularis succo deīde lauetur. Et a coitu sibi caueat. Saliti quoqʒ pisces ei conferunt cuʒ quieuerit quod habet Uinum etiam temperatū ei confert Lac preterea est ei melior cibus si febrem non habuerit. Et si habuerit febrem que non sit ex febribus putridis: immo ex diurnis bibat doch acetosum. Cūqʒ sitim habuerit post venena succurretur ex collutione oris cū aq̄ frigida: sʒ nō bibat ex ea donec satietur: quia tunc subito morietur. sed tēperand' est ex collutiōe oris cū aq̄ frigda. Qd̄ si multa ei necessitas bibēdi ingruerit semel ex ea glutiat parum z secūdo z tertio z deinceps. Cumqʒ quieuerit illud quod ex siti ei

Tertia est. olea frigida cū succis frigidis effundanẜ super caput eius: vt oleū rosatū vel de salicib' cū succo vermicularis vel sempuiue: q̄tin' temperent ebullitionē humoꝝ in cerebro z reprimāt fumos z vapores acutos elatos ad cerebrum z somnū prouocent. Et cuʒ ista fecerint lauetur eis caput cuʒ ptisana vel sero vel aqua decoctionis capitis mutonis: ne pori z future capitis maneant oppilati. Quarta est. vitet coitū: quia vires iā deiectas ampli' deijcit z īducit necessitatē attractōis aeris plurimi reddens anhelitū valde frequentē. Quinta est. salsi pisces ei conferunt cōtra vestigia venenositatis nō a qualitate sed a ꝓprietate cū quieuerit quod habet de siti scʒ z estuatione. Nā ius omis piscis cōfert in venenis bibitis z puncturis vt ait princeps secundo canonis capitulo de piscib'. Possunt etiā conferre desiccando humiditates extraneas. Sexta est. vinuʒ temperatū seu limphatum fortiter ei confert. qr est valde spiritnosum z vehementer cōfortat z infrigidat z humectat vt ait prin. quarti p̄ma tractatu scd̄o. c. de cura tertiane. Septima est. lac ē sibi cib' melior si febre caruerit z viscera ipi' a putredie mūda sint: quia multū nutrit cito digeritur vehemēter humectat z sitim tollit. Sed qr de leui vel corrūpitur vel in fumū conuertitur tuti' est ei lac acetosum q̄ꝫ lac integrum. Juxta illud rasis sexto almāsoris. c. 1. Cū aūt quieuerit cibo z fructib' infrigidantib' z lacte si nondū febris eū inuasit nutriatur. A qua si lesus fuerit nec lac nec butirū nec aliq̄d ex lacte factuʒ attingere p̄sumat: nisi multū sit acre. lac eni acetosum huic nō nocet dispositioni. Octaua est. si iter agēs talis febrē patiẜ non putridā sʒ ephimerā q̄ diurna diciẜ: qr durat vnico die bibat doch acetosuʒ. Et p doch ītelligit lac sine butiro qd̄ z adoc diciẜ. Naʒ lac hmōi nec cito corrūpiẜ vel in fumū ꝯuertiẜ sicut lac integrū z magis refrigerat z dat appetitū z magis cōpescit sitim: z sua acetositate plus p̄seruat a putredie. Nona est. cum itinerans p' venena. i. vapores z calores venenosos interi' susceptos habuerit sitim lauet sepe os suū cū aqua frigida: nec de ea bibat ad saturitatē. qr repente moreretẜ inde ꝓpter penetrationē subitā frigoris ad intima principaliū mēbroꝝ ex aptione supflua viarū. sed sitim mitiget z calorē tēperet ablutiōe oris frequēti cū ipa. Juxta illud rasis. 6. almāsoris. c. 2. Cū aūt aliq̄s in itinere sitim patiẜ vehementē: os ne statim aq̄ satietẜ cū eā īuenerit: sed ex ea diu colluat os suū z ex ea paꝝ traijciat nec ex ea bibat nisi parū. de qua etiā min' q̄ꝫ poterit sumat paulatim. Post hoc aūt ex nutrientib' que noīauim' comedat paulatim z paulatī augmentando: ex aqua tn̄ non satietẜ. z q̄ꝫtomagis sitim minutā esse p̄senserit: potū si voluerit augmētet donec satietẜ. ¶ Jnstabit aliq̄s aduersus hāc regulaʒ ex hoc dicto p̄ncipis q̄rti p̄ma tractatu q̄rto caplo de cura febris pestilentialẜ. Et aqua frigida plurima subito est iuuatiua valde. pauca aūt ꝯtinuater exhibita fortasse excitat caliditatē. Dic q̄ꝫ pestilētiatus in q̄ete non sic est aptus in vijs z poris sicut itinerās tpe feruoris. deo si bibat aquaʒ donec saturetẜ inde nō ilico transit ad p̄ncipalia nec currit mortē. Decima est. si necessitas bibēdi vehemēs affuerit ita vt vri videatẜ z resolui penit' z virt' deficere: p̄mo bibat modicū: z secundo iteruʒ z tertio z q̄rto: z sic ꝯtinuater donec rabies sitis pacificetẜ. Et cū q̄euerit illud qd̄ ex siti ei admixtū fuit vt forte incēdiū: siccitas faucīū: angustia cordis: casus virtutis: bibat tūc satis: quia tunc virt' iam ꝯfortata est z mēbra irrorata z correcta supfluitas aptiōis viarū. Undecima est. in tali clamosa siti meli' est itinerāti priusq̄ꝫ aquā bibat bibere oleū rosatū aq̄ p̄mixtū vt vnctuositate sua natās ī stōacho ꝓhibeat aquā frigidā subito penetrarẜ z extīguē calorē īnatū postea supbibat aquā frigidā

f Et ad summū zc̄. Jn hac parte sexta assūmat regimen itinerantis

admixtum fuit bibat. Et si anteq̄ꝫ bibat inceperit bibere oleum rosaceuʒ cū aqua mixtuʒ z postea bibat aquā erit melius. Et ad summuʒ ille quē calor impedit in loco debet manere frigido z pedes abluere ex aqua frigida. Et si fuerit sitiens aquam frigidam paulatim bibat. Ex cibo qui cito digeritur nutriatur.

¶ De regimine eius qui iter agit in frigore forti. Capitulum. IIII.

d Jco q̄ꝫ iter agere ī forti frigore est res magni timoris: licʒ multum custodiat se z muniat se omnibus que sunt necessaria. z quantomagis cum non totū q̄uod necessarium est preparauit. Quamplures nanqʒ iter agentes oibus que necessaria erant se rexerūt.

per magnos calores sub quattuor p̄ceptis. Primū ē. ad summū id est summarie loquēdo ille itinerās quē calor ipedit scʒ q̄ a calore vie supflue calefit resoluiẜ arefit z debilitatẜ dum venerit ad hospitiū māsionē eligat in loco frigido cui' aere refocilletur z tēperetur cor. Secūdū est q̄ꝫ suos abluat pedes in aqua frigida: vt p hoc calor dispersus iterum adunetur: z virtus viuificetẜ: depulso sensu tristicie scʒ' delectationis ingeratẜ. Tertiuʒ est. q̄ꝫ si sitiuerit paulatim bibat aquam frigidā que sitim cōpescat: calorē reprimat ariditatē phibeat: choleraʒ refrenet: sāguinem temperet sensum demulceat cordi z pulmoni refrigeriū det. Quartum est. q̄ꝫ nutriatẜ cibis velociter z faciliter digestibilibus: quia virtus digestiua est in ipso multū debilis ꝓpter dispersionē z resolutioné innati caloris. ¶ Attende q̄ꝫ princeps in scd̄a pte cantice canticoꝝ tractatu p̄° regimen iter agētis ī calore forti sic recollegit. Jter agēs tpe estiuo z calido sic est regend' scʒ vt ꝓhibeatẜ ei ne aggrediatur iter suū hora est' z feruoris in meridie. Estqʒ p̄mo minuēdus ne supercalefiat ex labore itineris pro tanto extrahatur sanguis ab eo in magna q̄ꝫtitate z sic efficietẜ secur' ab apostemate. Uerum si cholera dominetẜ in eo educatẜ ab eodē: z sic sitis malicia alleuiabitur aut tolletẜ. Estqʒ ante aggressum itineris succis ꝯuenientibus extinguēda: alẜs verendū est ne calore ipsi' periculo exponatẜ Et fiat vt comedat aliquantulum ex herbis frigidis z simul cū mel saturetur aqua. Et q̄ꝫ quiescat cū poterit nec irascatur fortiter. Et aliquantulū moretur in locis vmbrosis z vitet seu diminuat clamorē z sermonē: necnō etiā bellū z iurgiuʒ. nec moretur diu in loco nimis calido. Et sumat in potu syrupuʒ ex succo vue acerbe cum succo portulace z aqua. Et si sitiat in meridie teneat in ore suo pillulā vnā ad quātitatē lupini factaʒ ex trociscis camfore. Et si timeat q̄ꝫ ei' facies alteretẜ a sole z q̄ꝫ nigrescat cutis eius dissoluat seu liq̄faciat rector ei' oleū cū cera simul iūctaʒ z p̄cipue tim in mulieribus. hec princeps

¶ De regimine eius qui iter agit in frigore forti. Capitulum. IIII.

d Jco q̄ꝫ iter agere zc̄. Jn hoc capitulo primo agit de periculis z incōmodis itinerātiōis in frigore. Scd̄o de remedijs cōtra frig' in via ibi [Et res quidē melior] Tertio de modo se habendi ad calorē in hospitio ibi [Cunqʒ agens iter] Quarto de cibis iter agentiū in frigore ibi [Cūqʒ iter agens] Quinto de p̄munitiōe cibi z pot' iter agentiū priusq̄ꝫ itinerent ibi [Oportet preterea] Sexto de medicaminibus contra frigus ibi [Alia q̄ꝫ

a Jn p̄ma pte dicit p̄mo q̄ꝫ multū piculosum ē iter agere ī forti frigore dato q̄ꝫ itinerās p̄munit' sit oib' necessarijs: q̄ꝫto magis si nō his fuerit p̄munit'. Qd̄ sic ꝓbat. qr multi itinerātes in forti frigore necessarijs oib' se p̄munierūt z debite rexerūt: z nihilomin' ex frigore postea mortē incurrerūt. Scd̄o dicit q̄ꝫ illos interfecerūt frig' z pruina. Frig' quidē mortificādo: pruina vo que vapor est congelatus suffocando z extinguendo calorē innatū pulmonis z cordis assidue attracta cū aspirato aere. Jnterfecerunt inq̄ꝫ inducendo spasmū vel eleuzes id est tetanū vel congelationē vel apoplexiam. Spasmū quidē dum frigore nimio nerui penetrati coguntur retrahi versus suū ortū. Tetanū vero duꝫ frigore nerui sic irrigidantẜ vt flecti non possint. Cōgelationē aūt dū vel

et postea frigore mortui sunt. quos frigus interfecit ⁊ pruina cum spasmo aut alcuzez aut congelatiōe aut apoplexia. Et moriūtur quidez morte eorum qui opiū biberunt aut mādragoram. Qđ si eoruz dispositio ad mortem non peruenerit multotiens in famem incident que vocatur bolismus. In qua quid sit faciendū ⁊ in alijs egritudinibus iam in suo loco diximus. Et res[b] quidem eis melior est vt poros claudant et os ⁊ nares custodiant: ne in ea aer frigidus subito ingrediatur. ⁊ vt extrema custodiant cum eo quod nominabim⁹. Cunq̄z[c] agens iter in frigore hospitaȓ non ilico se calefacere debet immo in hoc paulatim ordinetur in calore pauco: ⁊ ad fortem calorem non cito accedat: immo si ad ipsum non accesserit erit melius. Qđ si vehemēter ei fuerit necessarium ꝺm ordinez ad ipsum accedat. Et ille quidem cui conuenientius est ab eo separari est qui cito vult ire ⁊ ad frig⁹ egreditur. hoc est cum frigus non ad hoc peruenerit vt iter agentem debilitet ⁊ ei⁹ deijciat fortitudinez. Sed si congelatio in ipso operetur necesse ē vt festinet ad se calefaciendū ⁊ leniēdū ex oleis calefaciētib⁹. ⁊ ꝓpe ill' in q̇b⁹ tyriace ꝓprietas existit: sicut oleum de lilio.

posterior cerebri particula frigore opprimitur vel substantia neruor̄. Interdū enī congelatio dicitur de passione posterioris partis cerebri prouenien te ex frigore vel siccitate nimia: vel ex grosso humore melancholico in qua stat patiens velut congelatus ⁊ irrigidatus oculis apertis: ⁊ de passione neruorū. De qua dicit galien⁹ quarto morbi capitulo sexto. Absoluta vero congelatō toti corpori accidit: et maxime pedibus ⁊ manib⁹. Est autē composita ex duricia sensus et motus. sed palam est causaz eius esse frigiditatē aeris et constrictionez neruosorū corporū. Apoplexiā vero dum frigiditas aeris cerebrū penetrans omēs ei⁹ oppilat ventriculos: ⁊ a toto corpore aufert integre sensum ⁊ motū. Tertio dicit ꝙ morientes ex frigore vie moriuntur tali morte quali moriūtur hi q̇ biberunt opiū vel mandragorā que sunt medicine mortificantes frigore. Accidūt aūt huic qui bibit opiū stupor extremitatū ⁊ frigus earū ⁊ pruritus ⁊ vertigo ⁊ singultus ⁊ tenebrositas oculor̄ ⁊ strictura gutturis ⁊ anhelitus ⁊ offuscatio extremitatū: ⁊ citrinitas labior̄ ⁊ faciei ⁊ difficultas sensata ⁊ profunditas somni ⁊ submersio oculor̄. Deinde perducit ad spasmum prefocantē ⁊ sudorē frigidū ⁊ anhelitū frigidū ⁊ mortē vt ait ꝓnceps quarti sexta tractatu primo summa quarta capitulo primo. Accidentia vero eius qui bibit mādragorā sunt dispositio sicut lithargia ⁊ pruritus ⁊ tetanus ⁊ surditas vt ait princeps ibi capitulo tertio. Quarto dicit ꝙ si mala dispositio itinerātiū in forti frigore non peruenerit vsq̄z ad mortē plerunq̄z famē incurrent que bolismus appellatur ⁊ vaccina fames. Et est fames mēbrorū cū sacietate stomachi. Sūt ergo membra famelica valde ⁊ indigentia nutrimento ⁊ stomachus respuens ipsum sic ꝙ saturatur ex primo bolo ꝙ̄obrē bolismus solet appellari. Et causa eius est malicia complexionis mortificans virtutē sensibilē ⁊ virtutē attractiuā vt ait princeps tertij decimatertia tractatu secūdo capitulo decimoquinto. Quinto dicit ꝙ in sequentib⁹ dicetur q̇d faciendū sit in cura bolismi ⁊ in curis aliarū egritudinū prouenientiū ex frigore vie scꝫ spasmi tetani congelationis ⁊ apoplexie. dicetur inq̄ꝫ tertio canonis in suis proprijs capitulis. ¶ Attende ꝙ rasis sexto almāsoris caplo quarto sic predescripsit egritudines itinerātiū in forti frigore. Queādmodū ex multo itinere ī tp̄e multi caloris siccitas corporis ⁊ ptisis ⁊ dolor capitis: necnon febres ⁊ his similia accidunt: ita ex itinere in tēpe multe frigiditatis alie eueniunt egritudines. quarū est congelatio ⁊ sincopis ⁊ apoplexia ⁊ paralysis ⁊ exolutio ac elcuzez ⁊ extremitatū putrefactio ⁊ hor̄ similia. He tamen egritudines nō accidunt nisi his qui ad has egritudines naturaliter sunt dispositi. Illis enī quorū complexiones his repugnant egritudinib⁹ ⁊ quorum corpora frigori vehementer exponi consueta sunt huiusmodi egritudines nō accidūt nisi raro ⁊ cum cā fuerit vehementissima. hec ille.
b Et res quidē melior ⁊c̄. In hac secunda parte dat tres cautelas itineraturis in frigore quib⁹ se protegant a nocumentis frigoris. Prima est ꝙ claudāt cor̄ poros qui sunt in supꝼicie corporis dissemīati: vl' inuiscādo corp⁹ cū pice vel īuiscādo cū terebinthina vel cū glutine cōi vel habeāt iuponē optime eis iūctū de pellib⁹ densis impenetrabilib⁹ a vento ⁊ frigore. Secūda est. ꝙ claudāt os ⁊ nares ⁊ sic eas caute custodiant ꝙ vent⁹ ⁊ aer non habeant in eas liberū ingressum. vel circūligando narib⁹ ⁊ ori cornetā capucij: vel sublenādo partē inferiorem capucij informati que sub mento iacet vsq̄z supra nasum. vel tenendo cū manu ante os ⁊ nares peciam scarleti vel penne calide vulpine aut agnine. Tertia est. ꝙ custodiant extrema scꝫ man⁹ ⁊ pedes brachia ⁊ crura sicut dicetur in capitulo sequenti. Secūdam cautelam sic innuit rasis sexto almāsoris capitulo quarto. Faciem etiā fortiter subtili panno cooperiat: ⁊ precipue si sue faciei obui⁹ perflauerit vent⁹. Ab his aūt ille precipue custodiēd⁹ est qui in pectore asperitatem sentit vel tussim patiȓ: vel ei⁹ pulmo aut pect⁹ debilis est. Hi enim si aerez attraxerint frigidum ad tussim vel sanguinem spuēduz cito peruenient.
c Cūq̄z agēs iter ⁊c̄. In hac parte tertia dicit primo ꝙ cū itinerans in frigore ad hospitiū peruēit: nō debet se statim calefacē ⁊ exponere igni de prope: īmo paulatim cuz debito ordīe accedat ad paruum ignem: ⁊ non cito ad fortē. Et si per seipꝫ calefieri posset calore proprio preunito ad exteriora redeunte meli⁹ esset. ¶ Cōtra. dicit hypocras amphorismorū quinta. Quecūq̄z infrigidata sunt recalefacere oportet: exceptis quibus sanguinem manare futurū est. Dicid verū esse per se vel per aliud si natura nō sufficiat. sed cū per se calefit infrigidat⁹ non aduenit dolor: quia paulatim fit ⁊ per naturam. neq̄z superflue rarificatur ⁊ tenerior fit aduersus frigora sicut cū calefit igneo calore. tunc enim dolore vehementi quatitur si subito fiat ⁊ multo tenerior passibilior ⁊ penetrabilior a frigore fit per igneū calorē rarificat⁹. Iuxta illud rasis sexto almansoris capitulo quarto. Hic autē nō statim post itineris perfectionem ⁊ quietē ad ignē se calefacere nec balneū intrare nec dormire debet: sed ꝑ vnam horam locū calidū in quo sit ignis alonge circueat. Deinde vero igni paulatim appropinquare incipiat ordinem seruando. Secūdo dicit ꝙ si vehementer necessarium fuerit itineranti se calefacere: quia scilꝫ sentit sua membra stupida ⁊ veluti mortua: tunc paulatiue se calefaciat cum gradatione se igni approximans. Aliter possent aliqua ex mēbris mortificata putrefieri. Iuxta illud galieni secundo de interioribus capitulo secundo. Ego cognoui homines quorum calcanei nimia frigiditate infrigidati sunt ⁊ sensum amiserunt: postea ducti fuerūt in stuporem, veluti si mortui essent ⁊ putrefacti sunt. Tertio dicit ꝙ is itinerantium conuenientius separatur ab igne ⁊ prohibetur ab approximatione eius qui statim rediturus est ad itinerandū: quia si se calefaceret igni approximans rarificaretur ⁊ tenerior fieret ac passibilior a frigore vie. Hoc tamen intellige cum frigus se separantis a calore non ad hoc peruenit vt itinerantem debilitet ⁊ deijciat eius fortitudinem. Hoc enim dato conuenit vt calefiat priusq̄ iterum itineret. Quarto dicit ꝙ si cōgelatio operetur id est augendo procedat in humoribus ⁊ membris itinerantis oportet vt se festinet calefacere ⁊ inungere seu linire cū calidis oleis: precipue cū illis in quibus est proprietas tyriacalis id est virt⁹ cōferens a proprietate cōtra frig⁹ pernecās ⁊ venena frigida ad instar tyriace: sicut oleū de lilio. ¶ Attēde ꝙ rasis sexto almāsoris caplo q̇nto sub quinq̄z regulis dat regimē ei⁹ cui ꝯgelatio ex frigore accidit. Prima est. cui congelatio ex frigore accidit de quo nondū sit desperandū preparandus est ei loc⁹ calefact⁹ igne qui ventis non sit exposit⁹ in quo cū fuerit fortiter ⁊ cito calidissimis manib⁹ est fricand⁹. quod ideo fieri conuenit vt totū corp⁹ simul calefiat capite excepto: quod pānis calefactis oportet calefieri. Secūda est. cū aūt totū corp⁹ fricatū fuerit hoīes corpa calida ⁊ lenia habētes in ei⁹ lecto iacere debēt quor̄ corpa ipi⁹ corp⁹ tangere ⁊ q̄ maxime vētrē ⁊ costas ⁊ pect⁹ ꝯuenit. Tertia ē. ei postea parū asc feti de myrrhe ⁊ piperis cū vino forti necnō aqua carnis dari dꝫ. Quarta ē postq̄ ei⁹ anhelit⁹ aliquātulū reuersus fuerit nutriaȓ tasca alba. vinum quoq̄z in magna q̄titate ei deȓ atq̄z lect⁹ mollis ei ꝑpeȓ in q̇ intꝰ cooperiaȓ pānis ⁊ vt diu dormiat ꝑcipiaȓ. Quīta ē. postq̄ expgefact⁹ fuerit ⁊ conualescere inceperit balneū ingrediaȓ calidū. in quo longā faciēs moram multū fricetȓ: atq̄z ex oleo liliaceo vl' narcisceo vel q̇bus cost⁹ ⁊ castoreū ⁊ muschus ⁊ euforbium admixta fuerint inungatur. hec rasis.

d Cũq iter agens in frigore ꝛc. In hac parte quarta dicit primo ꝙ itinerãs i frigore forti si postꝙ venit ad hospitiũ famē habeat fortē ꝛ cibũ comederit vehementer calidũ vt piperata ꝛ alliata: statim calefit calore mirabili veluti febricitans. quia innatus calor per frigus extrinsecum vehementer intus coadunatus est: ꝛ fames attrahit cholericos humores versus stomachũ ꝛ stomachus famescens cibũ calidũ datũ complectitur auide: quare inflammatur. Expedit igitur i tali casu ꝙ preferantur cibi temperati vł remisse frigidi dōcc calor int⁹ nimis adunatus diffundi incipiat ad exteriora: fames quoq minui. Secũdo dicit ꝙ itinerantes in forti frigore preterꝙ i dicto casu nutriētia habeant que frig⁹ repellant ꝛ tolerantiā frigoris eis facilē faciant. Cuiusmodi sũt volatilia electa vt capones fascani perdices: carnes mutonis vituli vł hedi cũ plurimis allijs nucib⁹ sinapi vel asa parate. Quibus interdum permiscētur cepe cũ allijs simul ꝛ nucib⁹ condite gratia saporis delectabilioris. Asa vero in cibis non vtunť galli nostri temporis: quia fetida est. ꝛ cibis immixta reddit eos ipsis abominabiles. Tertio dicit ꝙ butyꝝ ꝯuenit eis: maxime quãdo post ipsum forte vinũ biberint. quia mediocriter calefacit pectoralia ꝛ ventrē lenit: ꝛ a canino desiderio ac bolismo preseruat. Ista prelaudauit rasis sexto almansoris capitulo quarto dicens. Ea vero que cũ aliquis in tempore vehementis frigoris ambulaturus est comedere debet. sunt cibaria cũ nucibus ꝛ allijs facta aut cepe aut butyrũ aut allia. Nuces etiã proficiendi ad hoc vehementē proprietatē habent: totũ nanq corpus calefaciũt. ꝛ calorē naturalē cousq augmentant donec per totũ corpus diffundať.

c Oportꝫ preterea ꝛc. In hac parte quinta dat tres cautelas prius exequendas ꝙ iter agens in frigore se vie exponat. Prima est. ꝙ se cibo repleat priusꝙ itineret: nec vnꝙ ieiunus vel ventre vacuo se vie exponat. quia dũ plenus est ꝛ cibo munitus sanguis ꝛ spiritus abunde transeunt ad exteriora quib⁹ resistunt occurrenti frigori. sed viscera vacua hos retinent auide parũ vel nihil membris delegantes exterioribus: quare facilius frigore vincuntur ꝛ mortificantur. Secunda est. ꝙ bibat vinũ vinosum loco potus aque. calefacit enim cito totũ corpus ꝛ est sanguificuꝫ ꝛ plus omni alio potu confortans ꝛ spirituosum. Tertia est. ꝙ iter acturus domi maneat donec descenderint ꝛ quieuerīt cibus ꝛ potus in fundo stomachi ne sursum natantes ꝛ os stomachi motu titillantes cõturbent ipsum prouocantes vomitũ. Eorũdē meminit rasis sexto almãsoris capitulo quarto dicens. Dicemus igitur ꝙ si queꝫ in vehementis frigoris tempore incedere oportuerit cibis prius repleri ꝛ vini magnaꝫ quantitatē bibere debet: post quoꝝ acceptionē aliquantisper abstineat ab itinere donec cib⁹ calefiat ꝛ motio que in corpore facta fuerit sedeť.

f Asa quoq ꝛc. In hac parte sexta dat tria genera remediorũ contra frigus vie. Primuꝫ est. asa fetida calefaciens potēter in frigore gelatos precipue cũ vino bibita. Cuius dosis est. ʒ. i. ase cũ lib. i. vini. Iuxta illō rasis sexto almansoris capitulo quarto. Asa quoq fetida similiter operatur seꝫ calorē per totũ corpus diffundit si dragma vna ex ea cuꝫ fortis vini libra vna: vel cũ hydromelle sumpta fuerit. piper etiã si ex eo multũ imponatur cibo vel cũ hydromelle bibatur eiusdem iuuaminis est. Cepe preterea crude ꝛ porri ad ideꝫ conferunt. ¶ Attende ꝙ asa est gũmi cuiusdã plante dicte almaruth. Et est duarũ specierũ: quarũ vna est fetida ꝛ altera odorifera. Sed calidior earũ est fetida: ꝛ est vehemētis exiccationis ꝛ igneitatis in se tota incidit ꝛ resoluit sanguinē congelatũ in ventre. vt ait princeps secundo huius capitulo de ea. Secundũ genus remediũ est epithyma vel inunctio vel emplastratio aliqua deforis adhibita premuniens corpus aduersus frigus tam suo calore ꝙ poroꝝ clausione: vt pix inuiscata cuti vel terebinthina vł resina aut viscus. Et id adhibendũ est ante itinerationē. Tertium est alliũ comestũ ꝛ ante iter ꝛ post. hoc etiã epithymatuꝫ. ipsum nanq est de rebus conuenientiorib⁹ illis ꝙ veniunt ab aere frigido vł ꝙ ad cũ vadunt. Iuxta illō metricuꝫ. Allia q mane ieiuno sumpserit ore. Hunc ignotarũ nō ledit potus aquarum Nec diuersoꝝ mutatio facta locorum.

Cũq iter agens in frigore hospitatus fuerit ꝛ fuerit famelic⁹ ꝛ rem cõederit calidã: accidet ei calor sicut ex febre mirabilis. Iter agētes preterea nutrientia habeāt que rem frigoris eis facilē faciant. Et hec quidem sunt nutrientia in quibus multũ ponuntur allia ꝛ nuces ꝛ sinapis ꝛ asa. Et est cũ in eis mittuntur cepe vt boni sint saporis condite cũ allijs ꝛ nucibus. Butyrũ quoq est eis bonum ꝛ proprie cũ post ipsum forte hauserint vinũ. Oportet preterea vt iter agens in frigore non ambulet dum est vacuus: imo impleatur nutrientibus. Et vinũ loco aque bibat ꝛ moretur donec istud in suo vētre quiescat ꝛ calefiat ꝛ postea eqtet. Asa quoq est ex eis que in frigore cõgelatũꝫ calefaciunt: ꝛ proprie cũ ipsa in vino ei ad potandũ datur. cuius integra dosis est. ʒ. i. ase ꝛ vini lib. i. Amplius iter agentes in frigore habent vnde fiat epithyma quod eorum muniat corpora ne a frigore patiantur ex ꝗbus est pix ꝛ alia ab ea. Allia quoq sunt ex rebus eis vtilioribus qui ab aere veniunt frigido.

¶ De custodiendis extremitatibus a frigore. Capitulum. V.

Iter agens extrema in primis fricare debꝫ donec calefiant. Deinde ex oleo calido ea liniat quod sit ex oleis bene redolentibus sicut oleũ de lilio ꝛ oleũ de ben. Miseos quoq est epithyma eis ꝯueniens: ꝛ si ipsum non habuerit oleũ sumat. ꝛ ꝓprie cũ in ipo posuerit pip aut pirectrũ aut euforbiũ aut asam fetidã aut castoreũ. Ex epithymatib⁹ ꝑterea extremitates custodiētib⁹ ē vt suppōať eis galbanũ ꝛ allia quia est securatio aut sicut alkitran.

¶ De custodiendis extremitatib⁹ a frigore. Capitulum. V.

i Iter agēs ꝛc. In h capitulo primo agit de fricationib⁹ oleis ꝛ epithymatib⁹ preseruantib⁹ itinerantis extremitates a nocumento frigoris. Secũdo dat cautelã circa subsellares ꝛ calciamenta ibi [Et nō oꝫ] Tertio dat signa inceptiōis destructiōis sensus manuũ vel pedũ cũ modis cure ei⁹ ibi [Cũ aũt man⁹] Quarto dat cautelã ꝯtra suspensionē ꝛ quietē extremitatũ in frigore. ibi [Et scito] Quinto agit de impositione extremitatuꝫ in aqua frigida qua quidã vsi sunt ꝛ senserunt vtilitatē ibi [Sũt ꝑterea] Sexto de remedijs contra offuscationē alicui⁹ extremitatũ a frigore ibi [Cũ aũt vna] Septimo de remedijs cũ aliqua extremitatũ iã ex frigore ꝑuenit ad nigredinē ibi [Cũq res ad nigredineꝫ]

a In prima ꝑte dicit primo ꝙ itinerãs in ꝑmis fricare dꝫ suas extremitates quousq calefiant. Per hanc enim fricationem sanguis ꝛ spũs ad exteriora trahunť quos impulerat frig⁹ ad interiora. ꝛ extrema ifrigidata motu fricatiōis calefiũt. Ideꝫ docuit rasis sexto almãso. c. 7. dicens. Pedũ digiti pri⁹ manib⁹ absq vllo liquore vehementť sunt fricãdi. Secõdo dicit ꝙ post dictã fricationē extremitatũ cũ manu ipe inũgende sunt ex aliquo oleo calido bene redolēti siue aromatico quale est oleũ de lilio ꝛ oleũ de ben: qō multi moderni muscelinũ vocãt. Sed ꝑ oleũ de lilio intelligere hic oleũ de lilio celesti qō est yreos. Idē docuit rasis vbi supra dicens. Deinceps vero ex oleo veteri inũgendo fricatio faciẽda est. Post pannis cooperiendi sunt digiti pedũ inť ipsos ꝛ sub ipsis ꝛ super ipsos interponendo pãnos. sub pectine aũt toto pedis ꝛ super ipm lana mollis mittenda est. Deinde aũt caligis subtilibus ꝛ mollib⁹ calciandi. Iterũ paulopost dicit. De his quoq quibus extremitates fricate nocumētũ ex frigore aduenies repellũt olea calida sicut sambacinũ ꝛ oleũ de ben ꝛ liliaceũ ꝛ laurinũ. Tertio dič ꝙ miseos ē epithyma ꝯueniēs extremitatib⁹ ifrigidat. Et ē vitreolũ rubeũ qō ꝛ zagũ dr ꝛ ēt ꝫcgi. Et ē min⁹ mordicatiũ ceterꝭ attramēť vt ait ꝑn. 2. hui⁹. c. de attramēto vocãs h asfuric. Et si miseos ñ habeať ad epithymãdũ sumať oleũ vet⁹: maxime cũ sibi fuerit admixtũ pip aut pirectrũ aut euforbiũ vł asa fetida vł castoreũ. Tũc eni fortiť calefač extrema calefactiōe subtili multũ penetratiua. Qrto dič ꝙ galbanũ ꝛ allia sũt ex epithymatib⁹ vehemēť ꝓtegētib⁹ extremitates a frigore dũ trita vel dissoluta cũ vino forti maturo supponunť eis. assecurãt eni eas a nocumento frigoris. Idē facit alkitrã. i. pix cedrina seu gũmi cedri punctatũ obtinēs i h iuuamic. Iuť illō rasis. vbi. s. Alkitrã vo vehemēti⁹ opať i h ꝙ suꝑdictoꝝ aliqō. Ipm eni nō solũ frig⁹ extrem

tates destruere nō ꝑmittit. verū etiā ne id qḋ cepit destrui putre fiat ꝓhibet: qꝛ de se calefacit ⁊ calorē innatū ad mēbrū trahit cui b Et nō oꝫ ⁊c̃. In hac scḋa (supponit̃ ⁊ attractū illic retinet. ꝑte p̄mo instruit itinerātē in frigore ne strictos habeat subsellares ⁊ sotulares q̇bꝰ pedes cooperiunt̃: ita vt in eis pedes moueri nō possint. Et ꝑ subsellares i̇tellige strepas vel ocreas que subsellares dicuntur. qꝛ eq̇tando sub sellis equoꝝ pendēt. Et dat duas cās. Pria ē ꝙ motꝰ extremitatū est vna ex rebꝰ q̄ ꝓhibent eas a frigore nocente. qꝛ q̇ſcꝫ motꝰ ē calefactiuus. Sotulares igitur nō sinentes in eis moueri pedes ob nimiā stricturā i frigore nocēt. Scḋa est: qꝛ mēbrū suffocatuꝫ videlꝫ illud qḋ fortit̃ stringit̃ ita vt nec sāguis nec spūs ad ipsuꝫ

Etᵇ nō oꝫ vt subsellaris āt calciamētū quo pes tegit̃ sit strictū: ita vt pes i eo moueri n̄ possit. qm̄ motꝰ mēbri est vna ex rebꝰ ꝓhibentibꝰ ab eo frigꝰ membrum quocꝫ suffocatuꝫ duriter inuenit frigus. Et cum ipsum quidē pargameno cooperitur ⁊ aliquid ei supponitur ⁊ nihil superponitur est magis ipsum custodiens. Cumᶜ autem manus aut pes frigus non senserit ⁊ ex frigore nihil diminutuꝫ fuerit nec sollicitudo vlla fuerit custodiendi ipsum regimine conuenienti scias ꝙ sensus iā est in itinere destructionis ⁊ ꝙ frigus iam effecit in ip̄o operationem suam. Nunc igitur excogitare debemus quid in ip̄o sit faciendū. ¶ Qḋ si frigus in membro operabit̃ ⁊ innatum qui in ipso erat extinxerit calorem ⁊ constrinxerit illud quod resoluebatur ex eo in eiuꝫ

libere accedat: ⁊ q̇ p̄fuit in hoc suffocet̃ nō habēs respiraculū duriter inuenit frigꝰ. i. aspe ⁊ vehement̃ a frigore ledit̃. ⁊ qn̄cꝫ intantuꝫ ꝙ mortificat̃ ⁊ corrūpit̃ putredie cadauerali q̄ dr̄ estiomenꝰ ⁊ a vulgo morbꝰ sc̄ti anthonij: sicut interdū fit in mēbris fract̄ duꝫ restaurata strictissime ligant̃. Scḋo dicit ꝙ cū pedes iter agētiū in frigore coop̄iunt̃ ꝑgameno sub quo libere se ꝑlcant ⁊ extēdūt ⁊ aliq̇d eis calidū supponit̃ qḋ ꝓtegit eos a duris occurrentibꝰ ⁊ nihil eis supponit̃ nisi dictū ꝑgamenuꝫ hoc magis custodit eos ⁊ p̄seruat a frigore q̄ꝫ calcei duri rudes in q̇bꝰ vix mouent̃. Rasis vero sexto almāso. c. 7. cauere iubet ne sotulares itinerātis in frigore madefiāt dicēs. Qꝛ si fact̄ sotularibꝰ se calciauerit sūmope cauere oꝫ ne sotulares madefiāt aut ex aliq̄ re sibi accidēte hūectēt̃ c Cū aūt manꝰ ⁊ pes ⁊c̃. In hac ꝑte tertia p̄mo dat signa iceptionis destructiōis sensus mēbri ⁊ mortificatōis eiꝰ ex frigore. Secūdo dat curā dū frigꝰ iā extinguit calorē innatū ⁊ putrefactioni coaptauit mēbrū ibi [Qꝛ si frigꝰ] Tertio dū frigꝰ mēbrū ipedit sed nōdū extinguit innatū calorē nec plene aptauit mēbrū putredini ibi [Sꝫ cū frigꝰ] ¶ In p̄ma ꝑtic̄la p̄mo assignat duo signa q̇bꝰ scit̃ ꝙ mēbrū infrigidatū est in via ꝑditiōis sensus tactꝰ: ⁊ ꝙ opatio frigoris in eo p̄ualuit vel p̄ualere incipit mortificās ip̄ꝫ. Primū ē. cū pes vel manꝰ vel membrū aliud vehemēti frigori expositū nō sentit frigꝰ qḋ presentiebat: ⁊ tm̄ nec frigꝰ illiꝰ mēbri nec frigꝰ aeris sibi occurrent̃ est in quocꝫ diminutū. Secūdū est. dū non curat nec sollicitat̃ ille cuiꝰ mēbrū infrigidatū est quomodo coop̄iet ip̄m vel taliter reget ꝙ nō infrigidet̃: qꝛ nō sentit ex infrigidatiōe dolorē q̄ ip̄m cōpellat ad occurrendū ei. Sil̄r huiꝰ innuit hypo. ampho. scḋa. dicēs. Quicūcꝫ dolētes aliq̇d corꝑis plurimū dolorē nō sentiūt his mēs egrotat. Et rasis sexto almā. c. 7. ait. Viator p̄terea sibi cauere oꝫ ne sitim pati nitat̃ aut frigꝰ ex q̊ extrema ledant̃. Fortassis cui ex hoc cito corrūpent̃. Huiꝰ aūt signū est ꝙ frigꝰ qḋ ei nocebat iā minui sentit̃. lꝫ eoꝝ op̄imentū nō sit mutatū nec augmentatū nec ab aere sit remotuꝫ frigus. Hoc enī tūc nō euenit nisi ex sensus minoratiōe. Scḋo dicit. nūc ergo scꝫ cū talia signa destructiōis sensus appent in aliqua extremitatū debemꝰ excogitare quid in ipsa faciendū sit ⁊ attente ꝓuidere priusq̄ꝫ putrescat ⁊ mortificet̃. ¶ In scḋa dicit ꝙ qn̄cꝫ necessariū est in membro frigore mortificato totū illud facere qḋ infra dicetur. c. de vlceribꝰ. ⁊ ꝓprie de herpetibꝰ estiomenis malis. f. q̄rti tertia tractatu p̄mo. c. de cura cancrenarū ⁊ estiomeni. Et illud est qn̄ frigꝰ opabit̃ ⁊ dn̄abit̃ in mēbro illo ⁊ qn̄ extinxerit calorē naturalē q̇ p̄erat in eo: ⁊ qn̄ ɔstrinxerit in sb̄a illiꝰ mēbri vapores ⁊ fumos q̇ priꝰ ab eo resolui solebāt: ⁊ qn̄ aptauerit ad putrefactionē mēbrū qḋ mortificauit. Tūc enī ɔuenit vt scapellationē ꝓfundā facias diuersoꝝ modoꝝ in locꝭ ⁊ ponas sanguisugas ⁊ phlebotomes venas ꝓximas ei ꝑuas: vt accipiat̃ sanguis malus cū cautela eiꝰ qḋ circūdat locū: sic cuꝫ epithymatibꝰ de bolo armeno ⁊ terra sigillata cuꝫ aceto. Et ponat̃ sup̄ ip̄m locū scapellatū qḋ ꝓhibeat putrefactioneꝫ: ⁊ sit ei ɔriū de illis q̇bꝰ inest ꝓfundatio fortior sicut farina orobi cū sirupo acetoso: aut farina fabarum ⁊ ꝓprie ꝑmixta cū sale: vt ait p̄n. c. nūc dicto. ¶ In tertia ꝑticula dat q̄ttuor ɔsilia p̄ncipalia dū frigus ip̄edit mēbrum aliq̇ḋ viatoris: ⁊ mēbrū illud nōdū cōputruit sꝫ in illo ꝓcessu cōsistit videlꝫ in via ad putrefactionem. Primū ē. ꝙ extremitates nimis infrigidate sint manꝰ aut pedes ponant̃ in aliq̄ octo aq̄ꝝ hic noīatarū mediocriter calida actu. Pria ē aq̄ napoꝝ seu rapaꝝ q̄ vapores ⁊ fumos a frigore cōstrictos dulcit̃ resoluit ⁊ doloreꝫ lenit. Vn̄ de ea scripsit serapion in aggregatorio. c. de rapa. Et qn̄ decoctio eiꝰ in[illegible]dit̃ sup̄ podagrā ⁊ sup̄ scissuras q̄ fiūt a frigore: ɔfert eis. Scḋa est aq̄ decoctiōis ficuū q̄ nimis ɔstricta ꝑ frigꝰ laxat ⁊ resoluit fumos ac vapores malos ꝑ virtutē lacticinij qḋ in ficubꝰ latēs in aq̄ resoluit̃ ꝑ decoctionē. Tertia est aq̄ cauliū q̄ nitrosa est abstersiua ⁊ resolutiua. Quarta ē aq̄ myrti q̄ desiccat hūiditates q̄ sunt sub cute. vt ait p̄n. 2. huiꝰ. c. de myrto. ⁊ ꝓhibet mēbrū a putrefactiōe. Quīta ē aq̄ aneti que frigꝰ tollit poros ap̄it: ⁊ dulciter resoluit. Sexta ē aq̄ camomille q̄ sil̄r agit: ⁊ totū hoc ad supponendū est cōueniens. i. oēs aq̄ dicte ⁊ decocta in eis sunt ɔueniētes ad supponendū mēbro infrigidato: de q̇bꝰ oībꝰ nullū est frigidū nisi myrtꝰ in qua etiā est caliditas subtil̄. vt ait p̄n. 2. huiꝰ. c. de ea. Septima ē aq̄ scebe: q̄ resoluit incidit ⁊ cōfortat mēbrū sua stipticitate ⁊ ꝓhibet herpetē estiomenū: vt scribit p̄n. 2. can̄. c. de sceba. Et est sceba species absinthij vt pꝫ in serapione. c. de absinthio. sꝫ in synonimis huiꝰ libri dr̄ ꝙ est sticados arabicum. Octaua ē aqua naamē seu nemē: de q̄ scribit̃. 2. huiꝰ. c. de nemē. ꝙ ē zizibriū ⁊ ꝙ ē calidū ⁊ siccū in scḋo ḡdu resistēs putrefactōibꝰ. Et ianuen̄. in synonimis ait. Nemē arabice exposuit vbicꝫ trāslator auicēne ꝙ ē zizibriū. veritas aūt est ꝙ ip̄m ē serpillū. Vide capl̄ꝫ de nemē in auicen̄. cū capl̄o de serpillo apud dyascoridē. ⁊ videbis ꝙ idē dicunt. qḋ etiā ꝑ serapionē appet. Sil̄r fere ɔsiliū de ipositiōe extremitatū infrigidatarū in q̇busdā aq̄s dedit rasis. 6. almāso. c. 7. dicēs. Si aūt acciderit pedes inflari ⁊ eoꝝ sensus minui adhuc curari poterūt nisi virides ⁊ nigri fiant si in aq̄ mittant̃ in q̄ frumēti palea cocta fuerit. aut in q̄ napi vel caules bullierit aut anetū aut camomilla aut sticados arabicū: aut namē aut moiorana aut mellilotū aut semē lini aut fenugrecū. vnūquodcꝫ sep̄ati aut oīa sil̄. hec ille. Secūdū ɔsiliū ē. ꝙ emplastrū ex napis ɔtrit̃ cū melle tāq̄ꝫ huic casui ɔueniēs ⁊ aptū mēbro ɔgelato supponat̃ qḋ lenit ⁊ mulcet eiꝰ duriciē ⁊ ɔp̄ssionē a frigore illatā. Tertiū ē ꝙ p̄s ɔgelata n̄ approximet̃ igni: qꝛ calor eiꝰ extraneꝰ fort̄ ingerit dolorē ⁊ adaptat eā putrefactiōi sic̄ facit ignis i gelat̄ fructibꝰ. Quartū ɔsiliū ē q̄drimēbre. cuiꝰ primū mēbrū ē ꝙ exercitet̃ p̄s ip̄edita ɔgelatiōe. q̄ si fuerit pes velocit̃ incedat. si v̊o manꝰ eā sepe moueat. Scḋꝫ ē. ꝙ fricet̃ dilig̃ēt̃ cū manu cal̄a p̄s icipiēs gelari: q̄tinꝰ fricatiōe p̄s ɔstricta dilatet̃: pori eiꝰ ap̄iant̃: sup̄fluitates retēte educant̃: ⁊ ad eā spūs ⁊ sanguis trahat̃ coop̄āte ad hec exercitio p̄cedēte. Tertiū ē ꝙ manꝰ vl̄ pes post hec inūgat̃ oleo liliaceo vl̄ lauri

substantia ⁊ ipsuꝫ ad putrefactioneꝫ aptum reddiderit erit quandocꝫ necessarium facere ei totuꝫ quod in capitulo de vlceribus est dictum: ⁊ proprie de herpetibꝰ estiomenis malis. ¶ Sed cum frigus ipsum impedierit ⁊ nondum computruerit: sed in illo consistit processu melius erit vt extremitates ponantur in aquā naporū ꝓp̄e aut in aquā i qua ficus cocte fuerint: ⁊ in aquā caulium ⁊ in aquā myrti ⁊ in aquam aneti ⁊ in aquā camomille: totum hoc ad superponendum est conueniens: ⁊ aqua scebe et aqua naamen. Ex napis quocꝫ emplastrum apponere est medicamen ei conueniens. Ab igne preterea sibi cauere debet ne ad ipsuꝫ accedat. Et oportet quidem vt velociter incedat ⁊ pedem moueat aut extrema ⁊ exercitet ipsum: ⁊ fricet. Postea inungat

no vel camomillino p ɔfortatiõe dilatatiõe τ tẽpata calefactiõe ptis le
se. Quartũ est ꝙ embrocet pars ɔgelata vel ɔgelari incipiẽs effunden-
do ab alto sup hanc aquã calidã cũ eo qȝ dictũ est scȝ in qua decocta fue
rit aliq̃ ex medicinis noĩatis in octo aquis p̃mi ɔsilij ad easdẽ intẽtiões
d Et scito ꝙ dimittere τc. In hac parte quarta dicit ꝙ vna de maiori-
bus causis supfluc ĩ frigidationis extre-
mitatũ in via est di-
mittẽ extremitates
suspensas τ q̃etas in
frigore taliter vt non
moueanẽ ppriis mo
tib' nec exercitentur
Cui' rei signa sunt ꝙ
eq̃tantes tpe fortĩ fri
goris dum pedes ex
trahunt a strepis in
quibus suspẽsi quie
scebant τ agitãt eos
hincinde mouentes
cito calefiũt. Et pedi
tantes in aere frigi-
do dũ brachia τ ma-
nus fortiẽ deducũt
sup sua latera fortiẽ
pcutiendo calefiunt
statim τ vehemẽtiaȝ
frigoris repellũt. q̃a
mot' q̃lisq̃ localis cõ-
fricatiu' est calefacti
u' τ q̃nq̃ intãtũ ꝙ ignis exilit a cõfricatiõe: sicẽ clare appet ex fusilib' la-
pide pcussis. Id meminit rasis. 6. almãsoris caplo. 7. dicens. Nihil est
deterius in ablatione citi nocumenti frigoris q̃ vt pedes sint suspensi.
e Sut p̃terea hoĩm q̃dã τc. In hac parte q̃nta tangit quendã moduȝ
p̃ma facie extraneũ quo quidã curãt ɔgelationẽ alicui' extremitatũ de-
clarãs ipsi' possibilitatẽ τ appentiã p simẽ inuẽtũ in gelatis fructib'. Et
dicit p̃mo ꝙ aliq̃ ponũt extremitates iã ɔgelatas a frigore aeris ĩ aquã
frigidã magnũ inde sentientes iuuamentũ ac si penit' ab his nocumen
tũ frigoris remoueret. Secũdo declarãs id exẽplo dicit. ꝙ p talẽ modũ
vtilitas accidit τ melioratio ɔgelatis fructib': qui cũ piiciunẽ in aquaȝ
frigidã ad naturã redeũt τ fiũt ac si extraheret ab his sua ɔgelatio τ ipa
reuera cito defluit τ elabiẽ ab his. Et ipsi fruct' qui pri' erãt asperi rugo
si ɔgelatõe lenes τ equales seu plani fiũt in supficie. Et si ea scȝ extrema
iã ɔgelata vel eos etiã fruct' cõgelatos igni applicueris corrũpentur ca
lore ignis. Tertio dicit ꝙ nõ est necessariuȝ medico scire quõ fit istud seu
pptcr quã cãm. scito eni qr ita est ꝙ extremitates ɔgelate frigore iuuan
tur: scit ilico q̃d agere debeat dato ꝙ ignoret ppẽ q̃d iuuanẽ aq̃ frigida
¶ Et circa hoc attende ꝙ sicut tetan' qui est morb' frigid' q̃nq̃ sanatur
multa aque frigide infusiõe. Iuxẽ illud hypo. ampho. 5. Est aũt vbi ĩ te-
tano sine vulnere in iuuene bñ carnoso estate media aque frigide multa
infusio caloris reuocationẽ facit. calor vero hoc liberat. Sic aque frigi-
de infusio sanare põt extremitates ɔgelatas τ meliorare cõgelatos fru-
ctus vniendo scȝ τ fortificando calorẽ innatũ qui postea rediens ad mẽ
brũ gelatũ vel fructũ gelatũ viuificat ipm depellens frig' quo ɔgelabaẽ
In hoc tñ casu p̃requiriẽ sanitas interiorꝝ cũ fortitudiẽ caloris innati re
dire potentis cũ magno vigore ad exteriora. ¶ Sed instabit aliq̃s pri-
mo qr ꝙ ɔgelatio frigore cureẽ repugnare videẽ illi p̃ncipio p̃ctice medi-
cinaẽ. Qis cura fit p ɔ̃riũ. Scdo frig' aeris nõ sanat: imo inducit ɔgela
tionẽ in extremis. g̃ nec frig' aque. ¶ Ad primũ dic ꝙ ɔgelatio nõ pro-
prie τ p se frigore sanaẽ: sȝ calore fortificato p frig'. Ad scdȝ dic ꝙ frig'
aeris est penetranti' q̃ sit frig' aq̃ tã p anhelitũ q̃ p poros corpis. quare
plus cõgelat τ min' sinit calorẽ interi' fortificari: nec extremitates iam
cõgelate per frig' aeris impellende sunt in aqua frigida donec corp' fue
rit in domo calida τ per os traxerit aerem calidum cum inspiratione.
f Cũ aũt vna extremitas τc. In hac parte sexta dat tria remedia con
tra mortificationeȝ alicui' extremitatũ cũ iã offuscari aut liuescere ĩcipit
τ declinare ad plũbeũ colorẽ. Primũ est scarpellare vẽ scarificare satis p
funde membrũ qȝ offuscari incipit incidendo plurib' incisionib' cutem
ei' cũ rasorio vel lanceola: quatin' sanguis corrupt' a membro illo extra-
hatur ne putrefaciat ipm. τ vt liberius effluat ab eo corrupt' sanguis τ
nil de eo cõgeleẽ in orificiis plagarũ sic ꝙ egredi nõ possit. ponaẽ hoc mẽ
brũ sic scarificatuȝ in aqua calida que teneat poros aptos τ plagas ap-
tas. τ dimittaẽ sanguis effluere donec restringaẽ per semetipm. Secun
dũ est q̃ pars offuscari incipiens sic scarificata epithymeẽ ex bo-
lo armeno τ aceto pmittis tẽperate caliditatis: vel tempatis cum
aqua. qm̃ hoc remouet ei' lesionẽ tollendo ab ea calorẽ extraneũ
τ siccando humiditates putrefactiuas τ preseruãdo eã a putre-
dine cadauerali: que simul faciũt bolus τ acetũ suis frigiditate
scarpellanda etiaȝ erit: τ sanguis ab
ea extrahendus membro in aqua ca
lida posito: propterea ne aliquid san
guinis in orificiis plagarum conge
letur τ non egrediatur sed egredi di
mittatur donec per se restringatur.
Postea ipsa epithymetur ex bolo ar
meno τ aceto temperatis: quoniam
hoc eius remouet lesionem. Alkitrã
quoq̃ in principio τ fine iuuamẽtuȝ
p̃bet. Cũq̃ [g] res ad nigredinẽ trãsi
erit aut viriditatẽ τ cõsequenẽ ipam
ipsa ſm putrefactionẽ procedẽte nõ
laboret nisi vt auferat illud qȝ cõpu
truit: ne etiã sanũ quod in ei' ɔsistit vi
cinitate putrefiat τ putrefactio pau
latim ad interiora procedat: sed faci
at illud quod in suo diximus caplo.

siccitate. pp̃-
ea valde laudã
tur in peste.
Tertiũ est alki
tran. i. cedrina
pix seu gũmi ce
dri qȝ huic cõ
fert casui tam
in p̃ncipio q̃ ĩ
fine. In p̃nci-
pio quidẽ pre-
seruãdo extre-
ma a ɔgelatio
ne. In fine ve-
ro protegendo
mẽbruȝ qȝ of-
fuscari incipit
a putrefactiõe
Hec preme-
minit rasis se-
xto almãsoris
caplo. 7. dicẽs
Virides autẽ
vel nigri si fiãt
pedes cito sit
scarpellandi τ adeo pfunde vt ad carnẽ pueniãt: τ sanguis fluere
ab eis pmittatur donec per se restringatur. Ipi quoq̃ interim in
aqua calida sint: qȝ ideo fit ne in ore venarũ aut in vulnerib' san
guis ɔgeletur τ exire phibeaẽ. Postq̃ aũt sanguis restrict' fuerit
τ ei' minuiẽ flux' epithyma de bolo armeno in aqua τ pauco ace
to dissoluto supponendũ est τ ibi per diẽ vnũ τ noctẽ dimittẽdũ
Deinde ex vino calefacto aut ex aqua τ aceto lauãdũ. Post hoc
quoq̃ siẽr bis vel ter epithymandũ τ ad vltimũ predicto epithy-
mate vsq̃ vtendũ donec loca denigrata videas iã esse facta du
ra τ frigida. Alkitrã vero vehementi' opatur in hoc q̃ supradi-
ctorꝝ aliquod. ipm eni non solũ frig' extremitates destruere non
pmittit: verũ etiã ne id qȝ cepit destrui putrefiat phibet. hec ille.
g Cũq̃ res ad nigredinẽ τc. In hac pte septima dicit p̃mo ꝙ
cũ res. i. pars frigore mortificata vel dispositio ipsi' intantũ pcẽ
serit ꝙ peruenerit ad nigredinẽ vẽ viriditatẽ τ ɔsequeẽ. i. plene ade
pta fuerit ipsam nigredinẽ parte illa continue procedente ad de
terius ſm putrefactionẽ non est laborandũ nisi ad ablationem
huius quod putrefactũ est ne eius cõtagio pars proxima putre-
fiat τ putrefactio paulatiue serpat ad interiora facta tãdẽ estio-
menus. Secũdo dicit ꝙ in dicto casu fiat illud quod dicetur in
suo capitulo scȝ quarti tertia tractatu p̃mo capitulo de cura can-
crenarꝝ τ estiomeni. Ubi scribit princeps. Si pars carnis incipit
corrumpi incide eã aut fac eã cadere cũ eis que sunt sicut trocisci
andaron descripti quinto huius summa prima tractatu octauo
Et fortius est eis calcadicon id est trocisci de arsenico. Cũq̃ fece-
ris cadere ordinẽ vnũ succurre cũ butyro ponendo desuper. De-
inde fac cadere secundũ donec peruenias ad carnẽ sanã. Et dra-
gantũ id est vitreolũ rubeũ est puluerisatio bona super mollicie
τ putrefactionẽ. Et cũ apparet putrefactio nõ cesses quin expel-
las cũ incisiõe τ consumptione qm̃ magnificatur malum. Rasis
vero sexto almansoris capitulo septimo non sic imo aliter τ sua-
uius procedere docȝ in hoc casu dicens. Cr si ante scarpellationẽ
ad hoc peruentũ fuerit vt locorꝝ duricies soluatur τ malũ reddat
odorẽ τ in putredinẽ versa fuerit scarpellatio iam tunc nullo mo
do proficiet. Est eni necesse omnia que in illis locis sunt cadere.
quapropter auxiliũ prebendũ est vt cadant. quod cito fieri cõue-
nit ne lesio vsq̃ ad sanã carnẽ illi loco vicinaȝ perueniat. Multi
tamen medici minus astuti a predictis locis cutẽ remouent: atq̃
quod in eis putrefactũ est cũ ferro euellunt: licet ibi magna non
reperiatur cõcauitas si sit locus tenuis. quapropter multos ner
uos aut musculos valde necessarios taliter operando distendũt
aut incidunt vnde male generantur egritudines. Caro nãq̃ pu
trida cũ ferro a membro remouenda non est: immo emplastrum

k Amplius scire debes. In hac p̱te decima q̄ est de modo īfrigidationis senū sup̱calefactoꝝ dicit p̄mo ꝙ nō sufficit senibus indigentib⁹ infrigidatiōe ⁊ humectatione ꝙ reducanť ad equalitatem vľ tēperamentū iusticie debitū homini sanissimo: imo indigent reductiōe ad cōplexionē frigidā ⁊ humidā senibus p̱priaz: qꝛ lz hec cōplexio sit eis accidentalis. i. nō innata sed aduenticia in decursu etatuz. ip̄a tm̄ eis ē vt nālis: qꝛ ex suis p̱prijs p̄ncipijs elementarib⁹ debeť eis hoc tp̱e sue etatis. Et sub hac cōplexione sanissimi degunt sanitate optima reperibili in senibus videlicet q̄tum sua etas patiť. ¶ Solet queri si senes causonizantes ampliori egeant infrigidatiōe iuuenib⁹ causonantibus. Hanc materiam tractans auerroys. 7°. colliget. capi. 2°. primo recitat opiniones suoꝝ predecessorum: vt hypo. ⁊ ga. ⁊ raš. dicens. A medicis dictum est ꝙ qn̄ cōplexio aer tp̄s anni ⁊ siľia cōueniunt cum egritudine tunc nō est egressa cōplexio a nā p̱pria nimio exitu. Verbi grā. Iuuenis calide cōplexionis in regione calida ⁊ tp̱e calido ⁊ dieta calida cui sup̱uenit causon nō erit ille a suo naturali ordine multū p̱mutatus: curandus tm̄ erit cū rebus in frigiditate remissis. Et qn̄ huius cōtriuz accidit tūc multa facta est elōgatio: ⁊ ideo huic resistendū erit maiori cōtrietate. Verbi gratia Sit hic senex frigide cōplexionis in regione frigida cui sup̱ueniat causon sm̄ illos indigebit multū infrigidatōe distēp̱ata. Cōsequēť reprobat hāc solēniū veterū sniaz dicēs. Et ego dico ꝙ manifeste apparet ꝙ nō veꝝ dicūt qd̄ manifeste videmus p̱ sensibile argumētuz: qꝛ iuuenis supradict⁹ q̄ causon patiť curari nō poterit nisi cū rebus hn̄tibus intēsam frigiditatem: sicut est aqua cucumerū ⁊ canfore. Et seni supradicto q̄ causon habuit si talia p̱pinenť calor nālis ip̄ius extingueť ⁊ morieť. Deinde tāgit motiuum veteꝝ qd̄ eos errare fecit: ⁊ reprobat illud dicens. Et dico ꝙ illud qd̄ eos ad hunc duxit errorē est vna regula generalis quā posuerunt sine distinctione p̄uisa in gradu elongationis senis a suo calore nāli ad extraneū calorem cū equalez p̱portionē posuerint cum elongatione caloris iuuenis a suo calore nāli ad extra-

neum: ⁊ maxime quando dixerunt ꝙ maior est elongatio. Nam hoc est ĩpossibile. Nã tu scis ꝙ calor extraneus a nãli ramificatꝰ est. Et si possibile eẽt vt elõgatio eẽt equalis tunc nature necessaria ẽm viã curatiõis ꝑ ꝯ̃triũ essent refrigerantia multũ fortiora in corꝑe senis q̃ ad scðm gradum. Sꝫ hoc in seipõ veritatem nõ hꝫ ob hoc ponamus iuuenẽ cholericũ calide cõplexionis in primo gradu ⁊ supueniat ei febris q̃ ipm transferat ad scðm gradum caloris. tunc iste nõ elongatᷣ a ꝓpria cõplexione nisi ad vnũ gradum. Et tunc cũ rebus in scðo gradu frigidis curari nõ poterit: ⁊ hoc est ꝓpter fortẽ ꝑmutationẽ quã medicine recipiunt in corꝑe iuuenis ad ꝯ̃bam igneã: eo ꝙ elõgatus est a suo tẽperamẽto ꝓpter fortitudinẽ caloris ex̃nei. Sed si seni supradicto frigido in ꝑmo gradu supueneri egritudo ipm ꝑducẽs ad scðm gradum caloris iam elongatꝰ est a sua cõplexione nãli magis q̃ iuuenis ꝑnarratus: q2 iuuenis est elõgatus ꝑ vnũ gradum: sed senis elõgatio est duoꝝ g̃duũ vl' pluriũ. Et ꝓpter h̃ si possibile eẽt cõcederemꝰ ẽm elongationẽ curã fieri ꝑ ꝯ̃triũ: sed reperitᷣ aliud ꝯ̃triũ nociuũ rõne ꝯ̃siderationis finis ẽm diuersitatẽ subiecti ꝓptera q2 quasi ĩpossibile ẽ senẽ ad illũ gradũ ꝑuenire. Et si ꝑueniare inchoaret anteq̃ ad illũ ꝑueniret moreretᷣ. Et si sanaretᷣ ẽm elongationẽ supradictã bonũ finẽ nõ cõsequeretᷣ q̃uis aliquãtulum viuere possit: q2 medicine eidẽ ꝯ̃uenientes cõplexionẽ suoꝝ membroꝝ radicaliũ ꝓpter ipam frigiditatẽ lederẽt: ⁊ sic a tẽperantia magis elongaretᷣ: ⁊ mltã elongatio tẽperantie cã est mortis aut egritudinis. Preterea ẽm eorum dictũ medicine iuuenes ⁊ senis frigide debẽt esse in eodẽ gradu: q2 si vnũ corpus calidũ est calefactũ vsq3 ad scðm gradũ: ⁊ aliud corpꝰ frigidũ est supcalefactum vsq3 ad scðm gradũ: etiã vnum corpus alio calidiꝰ nõ est. Sed scire debes ꝙ si iuueni medicine frigide adhibeãtur vltra suã cõplexionẽ nãlem ꝙ ei nõ nocent: imo ꝓsunt. eo ꝙ ipius virtus fortis existit ad ipas ꝑmutandas: ⁊ ob hoc ad graduꝫ corrũpendi naturam nõ ꝑueniũt: sed ipam ad tẽperantiã reducũt. qd̃ seni nõ accidit ꝓpter mẽbrorum ipius radicaliũ frigiditatẽ: propter hoc sufficit seni qui febrẽ calidissimã hꝫ medicina frigida in scðo gradu ꝓpter rõnes supradictas: ⁊ etiã q2 corpus senis potẽtiam nõ hꝫ ꝯ̃uertendi medicinas ad ꝯ̃bam igneã: queadmodum corpus iuuenis. Postea dicit. Et si queratᷣ q̃mõ possit seni tanta caliditas febris aduenire. Respõdemus ꝙ fieri põt ꝓpter dicte sue inordinationẽ. Nam si dieta ꝯ̃uenienti vteretᷣ ĩpossibile esset vt talẽ incideret febrẽ ob h̃ q2 egritudĩes ẽm ꝙ dictũ est in libro egritudinũ nõ nisi duabꝰ fiunt causis: aut a ꝓpria cõplexiõe mẽbri mala: aut a rebus venientibus ab extrinseco. Et qñ cõplexio ⁊ aer ⁊ regio ⁊ etas ꝯ̃tria erũt egritudini senis: tũc nõ remanebit eius cã nisi regimẽ ⁊ dieta. Hec est determinatio auerroys in ꝓprijs ṽbis sup questione ꝑmota: q̃bus more suo q̃tum põt ꝯ̃dicit medicis errãs in mltis. Primo quidẽ in hoc ꝙ dicit ĩpossibile esse elongationẽ senis a suo nãli calore ad ex̃neum esse maiorꝫ elongatiõe iuuenis: sensus enĩ mõstrat oppositũ. Nã senes ꝑñt regiminis errore sicut ex vsu piperis vl' aque vite vl' allioꝝ: vl' etiam vinorũ fortiũ vehemẽter incẽdi ⁊ causonẽ vl' herisipilã ardẽtem aut carbũculuꝫ incurrere: neq3 valet auerroys ratio ꝙ calor ex̃neus ramificatꝰ est a nãli. iõ si nãlis est debilis vt in sene non põt ab eo plurimꝰ extraneus ramificari: naꝫ falsum assumit. Nõ enĩ ex̃neus causonicus calor in sene prorumpit a nãli velut ramꝰ a trũco: sꝫ ab ex̃ ꝑuenit ⁊ imprimitᷣ vi sicut nomen sonat: ob hoc nanq3 dicitᷣ ex̃neus. Scðo errat in hoc ꝙ dicit ꝙ iuuenis nãliter calidꝰ in ꝑmo gradu lapsus vltra calore febrili iterum vno gradu sanari nõ põt frigida medicina in scðo gradu ꝓpter fortẽ ꝑmutationẽ quã recipiũt medicine in corꝑe iuuenis ad ꝯ̃bam igneam. Nã medicine frigide in scðo gradu qñ dantᷣ iuueni causonisanti dari ei debẽt sub tali dosi ⁊ tali ꝯ̃ba ꝙ nõ inflãmentᷣ neq3 vincantᷣ ex̃neo calore: sꝫ vincant ipm in toto vl' in ꝑte. Tertio errat in hoc ꝙ dicit q̃si impossibile eẽ senẽ ꝑuenire ad scðm gradũ caliditatis vltra tẽperamentũ. Et si ꝑuenire inchoaret anteq̃ ad illũ ꝑueniret moreretᷣ. Põt enĩ senex lepra cãcro carbũculo antrace dissipãtibus mẽbra fortiter incẽdi atq3 inflãmari causone aut ethica sicut frequenter ꝯ̃tingere videmus quorũ calor ad scðm gradũ vl' vltra ꝑtingit. Quarto errat in hoc qd̃ dicit ꝙ si senex causonizãs in scðo gradu vltra tẽperamentũ: ⁊ in tertio vltra gradũ caloris ꝓprij sanaretᷣ ẽm elõgationẽ supdictã. s. ꝑ medicinã frigidã in tertio gradu nõ ꝯ̃sequeretᷣ bonũ finẽ q̃uis aliquãtulũ viuere posset: q2 medicine eidẽ ꝯ̃ueniẽtes cõplexionẽ suoꝝ mẽbrorum radicaliũ ꝓpter ipam frigiditateꝫ lederẽt: ⁊ sic a tẽperantia magis elongaretᷣ: ⁊ multa elongatio tẽperãtie cã ẽ mortis aut egritudinis. Nã falsum supponit. s. ꝙ medicine frigide date seni causonisanti alterẽt fortiter complexionẽ eius radicalẽ: imo potiꝰ alterãt suã cõplexionẽ extraneã febrilem cui directe ꝯ̃triantᷣ ⁊ nõ fixe sꝫ mobiliter inest ⁊ ad eam eijciendam nã senis adiuuat. Itẽ videmꝰ senes vexatos ardentibꝰ febribꝰ salubritᷣ vti sine nocumẽto lactucis ⁊ portulacis ⁊ interdũ papauere albo cum dormire nequeũt q̃ frigida sunt in tertio gradu. Quinto errat in h̃ ꝙ dicit ꝙ ẽm dictũ medicoꝝ medicine frigide iuuenis ⁊ senis causonisantium debẽt esse frigide in eodem gradu: q2 si vnum corpus calidũ ẽ calefactũ vsq3 ad scðm gradũ: ⁊ aliud corpus frigidũ est supcalefactũ vsq3 ad scðm gradũ. etiã vnũ corpus alio calidiꝰ nõ est. lꝫ enĩ ambo sint ĩ eodem gradu caliditatᷣ. nõ tñ reducẽdi sunt ad eundẽ gradũ: sed senex reduci dꝫ sub tẽperamẽto ꝑ vnũ gradũ caloris ⁊ iuuenis supra tẽperamẽtum etiam vno gradu. Sexto errat in h̃ ꝙ dicit seni sufficere q̃ febrem calidissimã hꝫ medicinã frigidã in scðo gradu ꝓpter rõnes supdictas. Et etiã q2 corpus senis potentiaꝫ nõ hꝫ ꝯ̃uertẽdi medicinas ad ꝯ̃bam igneã queadmodũ corpꝰ iuuenis: nisi intelligat ꝙ medicina frigida in scðo gradu totiẽs iteretᷣ vl' detᷣ in tanta dosi ꝙ delere sufficiat tres gradus ex̃nee caliditatis acq̃site seni vltra ꝓpriũ calorẽ vl' ꝑ se vl' cũ adiutorio nãe supplẽtis defectũ medicine in reductione senis ad ꝓpriã cõplexionẽ. Et lꝫ corpꝰ senis ꝯ̃uertere nõ sufficiat medicinas ad ꝯ̃bam igneam sicut corpꝰ iuuenis: sufficit tñ eas reducere de potẽtia ad actũ dato ꝙ frigide fuerint in tertio gradu sicut lactuca ⁊ portulaca. Dicamus g̃ ꝑmo cũ patribꝰ nostris hypo. ⁊ ga. ꝙ senex põt ita intẽse causonisare sicut iuuenis: lꝫ nõ sit adeo aptus ad extraneos calores sicut ẽ iuuenis q2 põt vt ꝑmissum est abũde vti allijs piꝑe aq̃ vite vinis fortissimis ⁊ silibus: iuuene nõ vtẽte his: sꝫ alia leuiori cã causonisante. Dicamus scðo ꝙ senex causonisans ita intẽse vl' plus q̃ iuuenis ampliori indigꝫ infrigidatiõe q̃ iuuenis: q2 magis elongatᷣ a ꝓprio tẽperamẽto cui reduci dꝫ. Dicamꝰ tertio ꝙ error infrigidatõis nimie ꝑiculosior est in sene causonisante q̃ sit ĩ iuuene silr causonisante ꝓpter debilitatẽ suaruꝫ virtutũ ⁊ sui innati caloris. Idcirco cautiꝰ circa eoꝝ infrigidationem mẽsura seruãda est: maxime cum actu infrigidãtibus q̃ fortiter imprimunt ꝑmo occursu nõ expectata directione neq3 reductiõe vl' repressione nature vt nix glacies aq̃ frigidissima.

Scire quoq3 debes[l] ꝙ sepe est nobis necessariũ in ꝑmutãdo cõplexionem dare illud qd̃ hmõi cõfortat cõplexionem admixtũ ei qd̃ ipsi sit contrarium. Queadmodũ est nobis necessariũ dare acetum cum medicinis calidis alicui membro: ideo vt ipsorũ penetrent virtutes. Et sicut est nobis necessariũ dare crocũ cũ medicis ĩfrigidãtibꝰ cor: ꝓpter eã vt eas ad ipꝫ ferat

l Scire q3 debes. In hac ꝑte. ii. ꝑmo agit de necessitate ꝑmixtionis medicine silis male cõplexioni ꝑmutãde cũ medicina sibi ꝯ̃tria ꝓpter facere magis ipam penetrare vl' deferre eã mẽbro qd̃ hac indiget. Scðo ꝓpter facere eã diutius figi circa mẽbrum in qd̃ dꝫ oꝑari ibi [Et multotiens quidem]

In ꝑma ꝑticula dicit ꝙ qñq3 dꝫ in ꝑmutatiõe male cõplexionis miscere aliq̃d sibi silẽ aut ꝯ̃fortans eã cũ medicina sibi ꝯ̃tria: q̃tinus ꝑ eam ꝓfundiꝰ penetret vl' deferatᷣ ꝑti egrotãti medicina ṽe sibi ꝯ̃tria. Istud declarat duobꝰ exẽplis. Primũ ẽ d̃ necessitate ꝑmixtiõis aceti cũ medicinis calidis ꝯ̃ueniẽtibus alicui mẽbro infrigidato vt sua vehementi penetratiõe penetrare faciat ad ꝓfundũ illiꝰ medicinas calidas. Et nõ solũ penetratõe iuuat in morbis frigidis: sꝫ etiã incisione: ꝓpterea laudatᷣ ipm ꝑn. in oĩ mã sive frigida sit siue calida. Scribit enĩ tertij ꝑma tractatu ꝑ°. c. 29. Dico aũt ꝙ acetũ est cõe oĩbus materijs. Eius enĩ infrigidatio possibile ẽ vt leui cã frangatᷣ. Ampliꝰ remanet ꝓfundatio eiꝰ cũ medicinis ⁊ ipius incisio. hoc quidẽ est cuꝫ administratᷣ in materijs frigidis. In maturatõe aũt materierum calidaꝝ nõ eligatᷣ sup ipsum.

Attẽde ꝙ q2 iũctura anche ẽ maxie ꝓfunditatᷣ. iõ solet acetũ medicinis ĩponi sciatice passionis vt eas ad ĩtima iuncture illiꝰ penetrare faciat. Iuxᷣ hoc dicit ꝑn. tertij. 22. tractatu. 2. c 10. Et emplm̃ ex cinere ciclaminis ⁊ aceto ⁊ melle est mirabile valde. Et aliud ꝯ̃ferẽs in hora ad sciaticã ⁊ dolorẽ manꝰ ⁊ pedis ⁊ dolorẽ reliquaꝝ iuncturaꝝ. sumatᷣ fenugrecũ ⁊ ꝓijciatᷣ in vase testeo: ⁊ ꝓijce desup aceti cõmixti q̃tum sufficit ⁊ coquatᷣ sup prunas vsqueq̃ dissoluatᷣ in decoctõe. Deinde ꝓijciatur desup mel q̃tuꝫ sufficit ⁊ bulliat scðo ⁊ reseruetᷣ. Et iterũ ca. 26. tractatꝰ illiꝰ ait. Et si liniatᷣ sciatica ex stercore capno ⁊ aceto forti erit sicut

medicamen de sinapi ⁊ melius eo. Scdm exẽplum est d croco qui licet sit calidus in scdo gradu:miscet tñ cuꝫ medicinis qñ dant p refrigerio cordis:vt in trociscis cãfore:quatinus deferat ad coꝛ virtutes medici-
¶ In scda dicit q scpe medicina aliq̃ est ve- (narum infrigidãtium. hementioris virtutis q̃ sit necessariũ ad alterandũ malã cõplexioneꝫ vl ad efficiendũ ali- quaꝫ aliã opatione circa ptem egrã: sed nõ figit tpe sufficiẽ- ti circa ptem illã pro pter subtilitateꝫ sue sbe q̃ cito labit aut euapoꝛat. Et tũc oꝫ vt ei cõmisceam⁹ ali q̇d ĩspissans ipaꝫ ⁊ fi xe retinẽs sup mẽbꝝ egruꝫ dato q fuerit ꝯ̃ꝛe virtutis medici ne pncipali. Verbi gratia d balsamo di cit 2°.canoñ.ca.ppo q mũdificat vlcera ⁊ pprie cuꝫ yreos ⁊ extrahit fracturas ossiũ ⁊ abstergit pãnuꝫ oculi:sed cuꝫ solus exhibet cito euanescit ppter subtilitatem sue substantie.admiscet ergo sibi ce-ra pauca q̃ ipm retineat circa ptem lesam donec cõpleuerit op⁹ qd q̃rit

¶ Et multotiens quidẽ ẽ medicina vehemẽtioris opatiõis in pmutãdo cõplexionẽ:ꝫ ppter sui subtilitatem nõ pmanet donec suã pficiat opatio neꝫ. Est ergo nobis necessariũ ei ali q̇d admiscere qd ipam ĩspisset ⁊ reti neat: lꝫ ex eo sue opationis pueniat ꝯ̃ꝛium:sicut balsamo admiscem⁹ ce ram ⁊ reliq̃ ad hoc vt ipm tãto tpe re tineat in quo suã pficiat opationẽ.

¶ De qualitate euacuãdi ⁊ quãdo sit euacuandum. Caplm.III.

¶ De qualitate euacuandi ⁊ qñ sit euacuandum Caplm.III.

r Es q̃ demonstrãt. In hoc ca.pmo enumerat.10.res indicati-uas rectitudinis iudicij in euacuãdo. Scdo exequit de illis d clarando qño indicãt ibi[Vacuitas itaq;] Tertio agit de qui-bꝫ intẽtionibus habendis in oi euacuatione ibi[Scias ptere a]

a In pma pte dicit q.10.res indicant medico rectitudinẽ iudicij in euacuãdo sic q ex diligẽti ꝯsideratiõe circa eas medic⁹ scit qñ qualiter ⁊ q̃tum est euacuandũ ⁊ qñ abstinendũ est ab euacuatiõe. Prima ẽ re pletio vl plectoꝛica ex mltitudine sanguis vl cacochimica ex supabũdã tia alicui⁹ humoꝛis ali⁹a sanguine vl vacuitas ipi ꝯ̃ria. Scda est vtus egri maxime vitalis ⁊ nãlis a quibus plus pendẽt custodia vite ⁊ cura moꝛboꝝ ⁊ opus euacuatiõis. Tertia est.cõplexio coꝛpis euacuãdi vel nãlis vl acq̇sita ⁊ habituata:ac si nãlis eẽt. Quarta est accidẽtia cõue nientia.i.ꝯcurrẽtia cum alijs in ostẽsione rectitudinis iudicij si sit vel nõ sit euacuandũ:vt si medicus egro pponat soluere ventrẽ ⁊ ei supue niat spõte fluxus vẽtris retrahit a pposito:q: soluere ventrẽ cũ exhibi tione pharmacie supra vẽtris solutionẽ spontaneã ⁊ nãlem est timoꝛo sum:timet eni ne pharmacie op⁹ supfluat ⁊ effrenitet ppter pparatio-neꝫ vehementẽ ad fluxũ ventris eũ nã p se iam eũ cõmouerit. ¶ Cõtra vomit⁹ vomitu sanat. Iuxta illud pn.tertij.13.tractatu.5.ca.12°. Et vo-mitus abscindit vomitũ,cũ est a nã.sanarit eni ex vomitu cũ euomis il laꝫ nãm.ergo a sili flux⁹ vẽtris spõtanee veniẽs a fluxu vẽtris artificia li sanat. Itẽ laudat pn.tertij.16.tractatu.2°.ca.3.in fluxu vẽtris ppter cholerã effusam ad stomachũ et ad intestina euacuationẽ cholere cum fluxu vẽtris si nõ fuerit in vtute debilitas ⁊ nõ timet vt accidãt vlcera aut q sint facta. Et mltotiẽs inq̇t sanat hãc lesionẽ sumere in potu mi rabolanos citrinos. Ipi eni educũt cholerã ⁊ faciũt succedere virtutẽ infrigidatiuã facientẽ stipticitatẽ. Iteꝫ dicit mesue in simplicib⁹ suis ca.de reubarbaro q reubarbarũ est bona medicina disynterie ⁊ pprie qd ex eo est bibitũ cũ succo plãtaginis ⁊ pauco vino stiptico:⁊ tñ ipm ẽ solutiuũ. Itẽ fluxus vẽtris frequẽter ꝯtingit ex oppilatõe meseraicaꝝ vl sime epatis phibẽte transitũ chili ad epar: ꝫ meseraice ⁊ sima epatꝫ aptissime purgant p intestina q̇bus alligant vt pus dictũ est sicut gib bositas ei⁹ p vrinã. Itẽ flux⁹ sanguis fluxu sanguis curat vt emoꝛꝛoide puocatõe mẽstruoꝝ ⁊ flux⁹ sanguis nariũ phlebotomia cephalice.g a sili flux⁹ vẽtris fluxu vẽtris cessat. ¶ Pro solutõe obiectoꝝ ⁊ dclaratõe mãc pñtis attẽde q multiplr põt itelligi q soluat vẽter sup solutõe vẽ tris pui°. Vno mõ sup solutiõe veteri. Alio mõ sup noua. Et vno mõ sup solutiõe debili lẽta impfecta. Alio mõ sup solutõe forti cita violen ta. Et vno mõ sup solutiõe cũ forti vtute. Alio mõ cum debili. Et vno mõ sup solutõe cuius cã est humoꝛ vl oppilãs vl lubꝛicũ faciẽs aptissi-mus purgari p intestina sicut phlegma oppilãs venas meseraicas vel simam epatis vl intestinis adherens ⁊ reddens ea lubꝛica. Alio modo sup solutiõe cuius cã nõ est talis. Et vno mõ p medicinã pure laxatiuã Alio mõ p medicinam aliq̇d stipticitatis habentẽ qua relinquit vesti-giũ stipticitatis post op⁹ laxatiõis vt reubarbaꝝ assum ⁊ mirabola ni. Et vno modo sup solutiõe acutoꝝ humoꝝ paratoꝝ excoꝛiare. Alio modo sup solutione humoꝝ non acutoꝝ. Et vno modo sup solu tione artificiali.alio mõ sup naturali. Iuxta quas distinctiones dic pmo q sup solutione ventris noua spontanea non est danda pharmacia solutiua vẽtris:q: talis fluxus vl fit via syntomatis ⁊ tunc nõ cõpetit:q: virtus facile succũberet tot hostibus oppssa.scilicet moꝛ bo syntomate fluxu ⁊ phar-macia vl vi na ture regularis operãtis:⁊ tũc nõ est ꝑcipitã da cũ pharma cia ne fluxus effrenitet ⁊ nã ꝺbilitet:ac di sturbet i redu ctione medici ne de potẽtia ad actũ ⁊ dire ctiõe sui opis donec apparu erit si nã ex se

r Es que demõstrãt re ctitudinẽ iudicij i euacuãdo sunt decẽ.s.repletio:⁊ virt⁹: ⁊ cõplexio:⁊ accidẽtia ꝯueniẽtia sicut si ꝯtingeret q nãm soluere vellem⁹: deinde accideret vẽtris solutio:q̃m vẽtrẽ soluere sup vẽtris solutionẽ ẽ ti moꝛosũ:⁊ figura ⁊ etas ⁊ tps ⁊ aeris ⁊ regionis dispõ ⁊ ꝯsuetudo euacuã di ⁊ ars. hec nanq; cum fuerint ꝯ̃ꝛia significationi ppter quã euacuatio faciẽda erit phibebũt euacuationẽ.

sufficiẽter purgabit:q̃ si nõ poterit eũ pharmacia iuuari. Dic se-cundo q sup solutõe vẽtris veteri debili lenta impfecta cũ forti-tudine virtutis põt dari pharmacia de genere benedictaꝝ derelin quentium vestigiũ stipticitatis. Eligibilius eni ẽ sufficiẽter vna vice purgare q̃diu lãguere fedo fluxu vẽtris. Sed si vtus pluri-muꝫ debilis fuerit pharmacia oĩno relinquẽda est ne victa succũ bat sicut pluries vidi in ope quoꝛũdaꝫ temerarioꝝ. Dic tertio q sup solutiõe vẽtris noua artificiali impfecta non est tutum dare pharmaciã p os durãte adhuc ope pme pharmacie. Sepe enim visũ ẽ q inde ꝯtigit flux⁹ effrenitãs:ꝫ tũc dari põt suppositoꝛiuꝫ aut lene clistere ad accelerãdũ ⁊ coadiuuãdũ op⁹ medicie. Dic 4° q sup solutõe forti cita violẽta siue noua siue veti siue nãli vl arti ficiali nlla medicina ꝯuenit vẽtris solutiua:q: h solutio nãm de bilitat ⁊ pharmacia supaddita deijceret ipam. Dic.5°.q in solu tione vẽtris ex oppilatiõe sime epatis vl meseraicaꝝ vl ex lubꝛici tate intestinoꝝ ppter phlegma tegẽs ea cũ foꝛtitudine vtutis cõ petit pharmacia q̃ tollat oppilationẽ vl ab intestinis abstergat phlegma.nã remota hac cã remouet fluxus. Dic 6°.q in solutõi bus vẽtris in q̇bus cõpetit pharmacia dãde sunt ille q̃ post se re linquũt vestigiuꝫ stipticitatis ne fluxus effrenitet. Dic.7°.q sup solutiõe vẽtris acutoꝝ humoꝝ paratoꝝ excoꝛiare verẽdũ ẽ phar macare:imo nõ est pharmacandũ pharmacijs acutis ⁊ attracti-uis ne intestina excoꝛient ⁊ virtus deficiat tam ex fluẽtibus acu-tis humoꝛib⁹ q̃ ex pharmacia. ¶ Ad primũ obiectũ dic q nõ est sile de vomitu ⁊ fluxu vẽtris:q: fluxus vẽtris citius acq̇rit impe tuꝫ violẽtie q̃ vomit⁹:tum q: pꝛõptius sua grauitate descẽdunt humoꝛes p fluxũ:tum q: vomit⁹ est motus ꝯ̃ naturã. Ad scdz dic q arguit p scdo dicto. Ad tertiũ dic q mesue nõ laudat reu barbarũ solũ in dissynteria:sed cũ succo plãtaginis mixtũ q̇ foꝛ-titer stringit ⁊ cholerã repmit ⁊ rasurã phibet intestinoꝝ ⁊ rasũ incoꝛiat p ipm succũ:nec; laudat gr̃a solius solutiõis:ꝫ q: relin-quit post euacuationẽ acutoꝝ humoꝝ vestigiũ stipticitat. Ad quartũ dic q pbat quintũ dictũ. Ad 5m.dic q fluxus sanguis nõ curat fluxu sanguis p eãdem viã:ꝫ p oppositã:iõ nõ est sile d eo ⁊ fluxu vẽtris. Quinta ẽ figura coꝛpis i macie ⁊ raritate cras sicie carnositate dẽsitate ⁊ mediocri habitudine inter maciem ⁊ crassiciẽ raritatẽ ⁊ densitatẽ. Sexta est etas cremẽti status se nectus ⁊ finalis senij vl nãlis vel abbꝛeuiata. Septima est tps anni.s.ver estas autũnus ⁊ hyems nãm seruãs aut innãle. Oc taua est dispõ aeris ex influẽtijs celi ⁊ impssionib⁹ metheoꝛolo-cis vt vẽtis pluuijs grãdinib⁹ ymbrib⁹ niuib⁹ gelib⁹ pꝛuinis toni truis fulgure vapoꝛib⁹ fumis ⁊ cõsilib⁹ ⁊ dispõ regiõis penes distinctiões climatũ ⁊ diuersitates terraꝝ in altitudine pfundi-tate ⁊ planicie vicinitate ⁊ distãtia montiũ ⁊ mariũ paludũ cada uerum ⁊ i naturis terraꝝ pprijs ⁊ semetipis. Et ex ista re q̇dam duas faciũt.alij vnicã. Nona est cõsuetudo euacuandi se tpib⁹ certis minutiõe sanguis vomitu vl pharmacia vl aliq̇ altero mõ artificialr puocato:aut egisse vitã sub solis euacuatiõibus nãe. Decima ẽ ars.i.artificiũ cũ quo q̇s vixit vl exercitiũ quo se cõ sueuit q̇s exercitare vt venãdi:luctãdi:fabꝛicãdi:⁊ piscãdi. Nam

cum hec oīa vł plurima ex ipis vł ꝑncipaliora ꝯtraria fuerint signis indicantibus ꝙ euacuatio faciēda sic ꝓhibebūt eā. ¶ Attende ꝙ quidā.10.res ꝑnoīatas sic metrice collegit. Ars etas virtus regio complexio forma. Mos ⁊ syntoma repletio tēpus ⁊ aer. Hec sunt pensanda medico purgare volenti.

Vacuitas itaq;[b] sine dubio euacuationē fieri ꝓhibet. ¶ Et similiter debilitas cuiuscūq; trium virtutū fuerit: verūtñ qñq; plus eligim' alicui' virtutis debilitatē ꝙ̄ ipedimentū relinquēdi euacuationē. Et hoc q̄dē est ī virtutib' sensibilib' ⁊ motiuis cū fiduciā habuerim' succurrēdi rei timorose si acciderit: ⁊ silr in oībus virtutib'. ¶ Cōplexio q̄ calida ⁊ sicca ab hoc ꝓhibet. Et frigida ⁊ hūida caliditatē non hñs aut debilem habens ab ea etiam ꝓhibet In calida aūt ⁊ humida facile faciemus illud ⁊ fortiter.

b Vacuitas itaq;. In hac scda pte declarat pn. qualiter decē res q̄ expresse demonstrant rectitudinem iudicij in euacuando Et primo declarat illud de vacuitate ⁊ repletōe. Scdo de virtute ibi[Et silr debilitas]Tertio de cōplexione ibi[Complexio q̄]Quarto de figura ibi[Figura aūt]Quinto de accidētib' ibi[Accidentia q̄]Sexto d' etate ibi[Preterea etas]Septimo d' tpe anni ibi[Hora q̄ multū] Octauo de regione ibi[Et regio quidē] Nono de cōsuetudine ibi[Parua quoq;]Decimo de arte ibi[Ars etiam qua multū] ¶ In pma pticula dicit ꝙ vacuitas seu inanitio corpis indubitanter ꝓhibet euacuationē fieri: ⁊ nō solū inanitio: sed etiā defectus repletiōis. Nam euacuatio ꝑncipalr fit ad repletionem tollendā: ⁊ cū inanit' euacuat deficit virtus ⁊ ꝯturbant humores ipius: ⁊ interdū tollit vł corrumpit laudabilis humor quo opus hꝫ corpus p pharmaciā. Cum etiā sanus nō replet' recipit medicinā laxatiuā nō apte purgat: nec vtilr: imo cōsumit ⁊ deficit ipius virtus. Iuxta illō ga.ampho.2ª.cōmento illi' cañ. Sana hñtes corpa pharmacijs purgati celeri' exoluūt ꝙ̄ malo cibo vtētes. Sana hñtes corpa pharmacijs ñ purgāt: sꝫ poti' ꝯsumūt cū deficiat vtus ⁊ ɩ̄balis hūiditas minuit vł ꝯsumit: vñ necesse ē vt dissoluant. Et intelligas hic p vacuitatē tam inanitionē stomachi ⁊ intestinoꝝ tpe famis ꝙ̄ inanitionē epatis venaꝝ ⁊ aliorum mēbroꝝ. Nā cū sup famē medicina sumit nā satagit eā conuertere ī chilū ⁊ ea loco cibi vti. ꝙ si purget eū deijcit virtus. Iuxta illud ga.ampho.2ª.cōmento illi' cañ. Ubi indigentia nō oꝫ laborare. Neq; pharmacia neq; phlebotomia ieiunātibus ē necessaria: qꝛ his motib' deficit corp' siue virtus ⁊ dissoluit siue q̄s sanus fuerit siue infirm'. Et cum ipa sumit a nō repletis: vt a sanis mundis mala inducit accidētia. Multi eni vtiginē ⁊ torturam vētris inde patiunt cū magna angustia ⁊ duricie expellēdi nocitura: vñ ⁊ dissoluunt: qꝛ laxatiua potio cū sit sibi silia attractura ⁊ nō inueniat cholerā rubeā phlegma ⁊ cholerā nigrā ⁊ aq̊sos humores vertit se ad sanguinē ⁊ carnē silem. s. cū magna angustia inde trahēs: vt ait ga.ampho.2ª.cōmento illius cañ. Sana hñtes corpa pharmacijs vti difficile est. ¶ In scda dicit p° ꝙ debilitas cuiuslibet triū virtutū. s. vitalis nālis ⁊ aīalis silr ꝓhibet euacuationē fieri sicut vacuitas. Id testat gal.9.megategni.ca.vltimo dicēs. Ulr dico euacuationē etsi multū sit necessaria nō debere fieri si virtus deficiat. Uerbi grā. si accidat putrida cū virtute defecta dico esse necessariū vt curet febris cū purgatione illoꝝ humoꝝ putrefactoꝝ: sed tñ nō audemus fortē pharmaciā dare vł phlebotomo occurrere si vtus defecta est. Oportꝫ ergo taliter fieri vt tolerabilis sit ⁊ magis sit intētio tua ī mutāda cōplexione. Et aliqñ oꝫ nos ꝯfortare virtutē cū rebus morbo nocētibus: ⁊ ꝯfortata virtute vł ad purgādos illos humores malos ⁊ putridos ꝯuertamur vł ad mutandā cōplexionē. ¶ Attēde pmo ꝙ debilitas virtutis q̄ ꝓprie ꝓhibet euacuationē est ei' debilitas in radice sua: vt vitalis in corde nālis in epate aīalis ī cerebro. Aliqua eni haꝝ ī manu vł in pede debilitata nō ꝓhibetur inde corpus euacuari. ¶ Attende scdo ꝙ debilitas virtutis triplici de cā ꝓhibet euacuationē fieri. Prima est qꝛ virtus iam debilitata euacuatione deijcit vnde mortis piculū īminet. Secunda est: qꝛ debilis virtus nō sufficit regere ⁊ reducere medicinam de potētia ad actū in euacuatione p pharmacias. Tertia est qꝛ virtus p euacuationē debilitata citius morbo succumbit et minus pōt resistere ei. ¶ Attēde tertio ꝙ debilitas vtutis plus ꝓhibet phlebotomiā ꝙ̄ alias euacuatiōes eo ꝙ amplius virtutem debilitat. Teste ga.9.megategni.ca.6.dicente. Porro minutio sanguinis magis ceteris imutatiōibus virtuti defectionem impēdit. Scdo dicit ꝙ interduꝫ medici potius eligunt virtutis debilitatē ꝙ̄ nocumentum quod ꝓueniret si dimitteret euacuatio Et hoc precipue est in virtutibus sensibilibus ⁊ motiuis quando confidimus posse succurrere rei timorose si supuenerit: vt in apoplexia in qua cessant opationes virtutū sensibilis ⁊ motiue quādoq; plurimuꝫ sanguinē extrahim' ex cephalicis vtriusq; brachij: ⁊ qñq; damus acuta pharmaca mltū violenta ꝯfidētes ꝙ de oppilatis vētriculis cebri bñ succurrem' malis accidētib' īde ꝓuenientibus vt excoriationibus viscerum vł debilitatiōi epatis. Nam virtutes sensibiles ⁊ motiue non ita necessarie sunt ad vitam sicut alie solo motu anhelitus excepto. Tertio dicit ꝙ similiter in omnibus virtutibus: lꝫ nō intantum nec tam confidēter eligimus interdū plus earum debilitatē ꝙ̄ impedimentū relinquēdi euacuationē. Et illud nobis innuit hypo.ampho.pma dicens. Et vbi oportet vsq; ad defectionē ducere ⁊ hoc facere si sufficiat egrotans. Et gal.in cōmento dicens. Cum eni phlebotomamus vsq; ad defectionē in peracutis febribus refrigeratur statim cor ⁊ febris extinguitur: plurimi vētres soluunt sudores patiunt ⁊ multi pfecte sanant. In dolore igit maximo nlla medicina hac defectiōe est pfectior. Sed hypo. ⁊ ga. in locis nunc dictis loquunt de defectione virtutis nō p̄cedente: sꝫ lꝫ sequente ad euacuationē. In pleuresi vo vł peripneumonia vł squinātia ex sanguine supueniente in debili corpe cum debili vtute nō tamē extreme ita vt penitus euacuationem nō sustineat: potius eligim' debilitatem omniuꝫ virtutum ꝙ̄ relinquere euacuationem: quia vix hi morbi curari vnq̄ possunt sine phlebotomia vł euacuatōe aliqua alia ⁊ silr synocha inflatiua. Concludamus ergo cum gal.ampho.pma cōmento illius canoñ. In exercitātibus ad summū. In oī purgatiōe virtus cōsideret: ⁊ sic tandē p posse suo purget abundantia: si enim vtus deficiat purgatio est ꝓhibenda etiā si nō tota exierit abundantia. Et 11.megategni.ca.2° ait. Sed ante oīa virtus inquirenda est: que si sit fortis ⁊ expedit intrepidus purga. si autem defecta fuerit aut nequaꝙ̄ purges aut modicū qō virtus ferre valeat: aut pus virtus cōfortet deinde purganda purgent ¶ In tertia pticula dat tres reglas circa tertiaꝫ rem. s. cōplexionē. Prima est. cōplexio calida ⁊ sicca ꝓhibꝫ ab euacuatione, cuius rō triplex est. Prima est ex parte virtutis. Naꝫ corpora calide ⁊ sicce cōplexionis vehemēter lapse sunt cōiter rare cōtextu re ⁊ debiliū virtutū passibilia facile ab oī occurrente. Scda est: qꝛ maxima resolutio fit in eis taꝫ a caliditate ꝙ̄ a siccitate quare sistinēt male aliud genus euacuationis. Tertia est ex parte instrumenti euacuationis. Omne enim laxatiuum fm multum calidum est ⁊ siccū: vt ait gal.ampho.pma cōmento illius canoñ. In acutis passionibus raro. Fit ergo cā maioris lapsus in calido ⁊ sicco corpus inflāmans ⁊ febreꝫ generans. ¶ Attende ꝙ pn. nō intendit hic ꝓhibere penitus in cholericis euacuationē omnē artificialē: sed magnas phlebotomias ⁊ fortes pharmacias. Potest enim in his dum cholera ex vētre vł cum vrina nō satis purgatur ꝓuocari vomitus cū aqua calida vł laxari vēter cum lenitiuis. Teste pn.caplo pmo doctrine quarte fen.tertie pmi. Et cholera inquit euacuet rubea fm vnam duaruꝫ partium ad quam declinant supfluitates. i. ptis fluxus ventris aut partis vomitus. Et si sola natura ad deponēdum humorē ⁊ euacuādum nō sufficiat in vomitu quidem iuuetur ex rebus lenibus: sicut potu aque multe calide solius vł cū nabit. i potu facto ex succo fructuū. Et in solutione quidem ventris cum aliquo quod est sicut violatum cōditum ⁊ thamarindi et manna. Secūda regula est. cōplexio frigida ⁊ humida caliditatem nō habens vł habens eam debilem modicam ꝓhibet etiam ab euacuatione. Primo qꝛ virtus in tali cōplexione ex debilitate caloris ⁊ paucitate sanguinis ⁊ spirituū est valde debilis in radice. Secundo: qꝛ vie sic cōplexionatorū sunt parue cōstricte: quare nec facile pharmacie virtus ꝓuenit ad eas: neq; humor pecans faciliter ab his effluere potest Tertio: qꝛ humores hac complexione multiplicatus est grossus viscosus inobediens tot' euacuatōi. Talis cōplexionis sunt crassi valde fm naturam: De quibus hypo. ait ampho. scda ꝙ cito moriunt magis gracilibus. Et gal.in cōmento dicit. Crassorū corporū vene sunt anguste: vnde neq; spiritu abundant neq; sanguine: ⁊ idcirco cum etas eorum ꝓteletur paucis ⁊ paruis accidentib' extinguunt. Tertia est. in calida ⁊ humida cōplexione facilē ⁊ fortiter faciēda est euacuatio. Facile i. a leui causa vł facile ex dispositione subiecti quod est aptissimū ad su

ſcipiendum purgationem. Fortiter vo ꝓpter fortitudinē virtutis in corpe calido ⁊ hūido ad tolerādū pfectā euacuationē vnica vice. Et ad reducendum de potentia ad actū medicinam: ⁊ ad regulandum operationem eius: ⁊ ad educendum humores attractos cum medicina poſt opus ipſius. ¶ Cōtra dicit ga. 9. megategni caplo vltimo. Et pueri qꝛ humidi ſunt corporis ⁊ res humide ſui ipſarum ſunt diſſolutiue nō debeſ eos velut alias etates habentes purgare. Similiter ⁊ humide cōplexiōis exiſtētes intelligimus. Dic ꝙ loquiꝛ de humidis teneris raris faciliter reſolubilibuſ ad inſtar puerorū. Princeps vero hic itēdit de calida ⁊ humida cōplexione in corpore ſolido muſculoſo forti.

¶ In quarta particula dat quattuor regulas circa figuram. Prima eſt. ſupflua macies ⁊ raritas corporis prohibent euacuationem fieri ꝓpter timorem que iminet ne ſpiritus in euacuatione reſoluāꝛ vn̄ virtuſ cadat. Solet enī reſolutio ſpirituū plurima fieri in macris ⁊ raris ſine purgatione: ꝙto magis ergo cum purgatione. Id voluit hypo. ſpecialiter de macie ⁊ raritate circa vmbilicū ⁊ pectinē amphor. ſcda dicens. In omibus egritudinibus ea que circa vmbilicum ⁊ pectinem ſpiſſitudinē habere melius: nimis vero tenue ⁊ tabefactum malū: aptum vero huius ad inferiorem purgationē. Secunda eſt. oportet tractare in ſuo regimine blande ⁊ ſuauiter macrum ⁊ debilē in cuius ſanguine plurima abundat cholera rubea ⁊ nō euacuetur ſꝫ nutriaꝛ cibis generantibꝰ bonū ſanguinem declinantē modicum ad frigiditatem ⁊ humiditatem. Per hoc enim forte corrigetur cholera que peccat in eo: vl ipe patiēs fortificabiꝛ: ita vt tolerare pharmaciam poſſit cholere eductiuam. Qui ſi purgareꝛ ante hec vl ſyncopiſaret vl ſuperueniret ei debilitas vehemens. Tertia eſt. nō attēptes euacuare illum qui ſobrie viuit ⁊ ex more parum comedit: immo abſtine ꝙtum poteris ab eius euacuatiōe: qꝛ cōiter talis debilis eſt ⁊ raro abūdat in ſupfluitatibus euacuatione artificiali indigētibus: ideo ſi detur ei pharmacia cōtingent incōmoda que contingere dicta ſunt ex receptione pharmacie ſup vacuitate. Quarta eſt. ſuperflua pinguedo ꝓhibet ab artificiali euacuatione ꝓpter tria. Primo quidē pre timore ne frigiditas inde corpori preualeat ſeu predomineꝛ reſoluto per euacuationem exiguo calore reperto in pinguibus vl cōmoto in eis phlegmate plurimo quod venarū ſuarum calorem ſuffocet. Secūdo ne caro pinguedine reſperſa ⁊ aggrauata venas ſtatim cōprimat quas inuenit vacuas: ⁊ calorem earum innatum extinguat: ⁊ ſpūs harum modicos ſuffocet. Tertio ne dicta caro vl pinguedo ipſius ſuperfluitates in venis cōmotas vl derelictas a purgatione exprimendo impellat ad interiora puta verſus epar: ⁊ cor que calorem ſuffocent interiorum. nā latior multo eſt venarum via verſus interiora ꝙ verſus exteriora.

¶ In quinta dicit ꝙ accidentia que ꝓhibent ab euacuatione ſunt vt aptitudo ſeu diſpoſitio corporis ad incurrendum cholericam paſſionem aut ſpaſmum leuiter ex modica cauſa. Et eſt cholerica paſſio motus materierū corruptarū nō digeſtarum ad ſeparationem ex via inteſtini redeuntium ad ipm a corpore ſm acuitatem ⁊ laborem expulſiue. Cibi nāqꝫ cum nō digeruntur cōuertuntur in humores nō conuenientes corpori ⁊ moueꝛ natura ad expellendum eos a corpore cum grauant ſuper ipm ex partibus cum ſpeciebus vomitus. ſ. cholerici ⁊ aquoſi ⁊ eruginoſi quādoqꝫ ⁊ ſpeciebus fluxus ventris: ⁊ ſm plurimū ſunt fluxus ventris ⁊ vomitus ſimul: vt ait princeps tertij. 16a. tractatu primo caplo ſcdo. Et qꝛ hec paſſio eſt periculoſa: quandoqꝫ perducens ad mollificationem pulſus ⁊ ſpaſmum ⁊ ſudorē frigidum ⁊ ad mortem: vt ait princeps ibi. Et de leui excitaꝛ a pharmacia in diſpoſitis ad eam nō debet talibus dari pharmacia niſi magna vrgēte neceſſitate. Quidam etiam hominum debilium neruorum ſunt apti ſpaſmari ex leui cauſa veluti pharmacia quibꝰ prohibenda eſt: ne ſpaſmum incurrant qꝛ in pharmacie potione ſpaſmus mortalis: vt ait hypo. amphoriſmorum ſeptima. Sunt ⁊ alia multa mala accidentia que euacuationem prohibent vt aptitudo ad ſyncopiſ ⁊ ſubuerſionē animi ⁊ lienteriam ⁊ diſſynteriam ⁊ dyarriam longam cui apti ſunt trauli.

¶ In ſexta dicit ꝙ ſunt due etates que ꝓhibent euacuationem fieri. Prima eſt etas crementi qua nōdum corpꝰ puenit ad cōplementum crementi ipſius. Secūda eſt etas ſenij tendens ſeu trāſiens ad terminum conſumptionis humidi radicalis. Etaſ quidem cremēti ab ea ꝓhibet: qꝛ tenera eſt mollis reſolubiliſ vnde cito cadit in ea vtus euacuatione: ⁊ purgaꝛ ſatiſ reſolutiōibus aſſiduis naturalibꝰ: ⁊ idigꝫ ſuperflua humiditate qua pficiatur crementum ipſius ⁊ ſpecialr ante quartūdecimū annū quā pharmacia minuit ⁊ phlebotomia. Iuxta illud ga. 11. megategni. caplo. 3°. Cū ſi eger nōdum fuerit. 14. annorum nequaqꝫ phlebotometur. Puerilia enim corpora ⁊ multum ⁊ cito vnaquaqꝫ die diſſoluuꝛ. Ideoqꝫ ſufficit qd ex eorum corporibus a natura diſſoluiꝛ. Etas vero ſenij ꝓpterea ꝓhibet ab euacuatione: qꝛ decrepiti ſunt velut lucerna ad extinguēdum parata ⁊ vix cibos ſuſtinent: ꝙto minus igitur euacuationem artificialem cum pharmacia vl phlebotomia ſuſtinere poterunt.

¶ In ſeptima dicit ꝙ duo anni tempora ab euacuatione ꝓhibent. Primū eſt tempus vehementer calidū vt tempus eſtatis. Secūdum eſt tempus vehementer frigidū vt tempus hyemis. In eſtate quidem ꝓpter tria maxime ꝓhiberi ſolet euacuatio. Primo quidē ꝓpter debilitatem virtutis ex reſolutione ſpūs aſſidua. Secūdo ꝓpter euacuationem maximam ⁊ cōtinuam humiditatū corpis tam ſubſtātialium ꝙ nutrimentalium ac ſupfluitatum quā vix ſolā natura ſuſtinet ꝙto minus cum ea ſuſtinere valebit euacuationem artificialem. Tertio qꝛ medicina euacuans trahit humores ad interiora. feruor vero aeris nos cōtinentis ad exteriora: fit ergo in corpore motus agitationis humorum vehementer vexans et conturbans corpus. Adde his quartam cauſam. ſ. ꝙ euacuatiua medicina ſm plurimum eſt calida ⁊ ſicca augens diſcraſiam quam intulit eſtas: et maxime diſponens corpus ad febres. Iſtarum cauſarum galienus meminit amphor. quarta cōmento illiꝰ canon. Sub cane ⁊ ante canem moleſte ſunt pharmacie. ſicut ſupra allegauimus caplo primo huius fen ſup illo paragrapho. Ex reguliſ preterea quas tu obſeruare debeſ eſt fortes dimittere medicationes in tēporibus fortibus ꝙto plus poteris ſicut ventrem vehementer ſoluere aut vomitum ꝓuocare. In tempore vero hyemis non fit euacuatio ꝓpter tria. Primum eſt cōſtrictio viarꝫ vehemens ex fortitudine frigoris. Scdm eſt inſpiſſatio humorum fortis ⁊ veluti congelatio qua redduntur inhabiles fluere ⁊ inobedientes medicine. Tertium eſt: qꝛ medicina tunc tpis diu manet in viſceribus priuſqꝫ influat humoribꝰ purgādis ſuā virtutē ex ſtrictura viarꝫ: ⁊ qꝛ viſcera tunc natura calidiſſima ſunt ⁊ fortiſſima eſt digeſtiua virtus medicinā alterant ⁊ corrūpunt ipſius vires. ¶ Attende primo ꝙ nō eſt intētio pn. ꝓhibere penitus euacuatiōes in eſtiuo tpe. Poſſunt enim ꝓuocari vomitus cū aqua calida bibita vl cū impoſitione digiti in ore vl impulſione pēne in oleo intincte vſqꝫ ad gargareonē ⁊ leniri ventrem cum caſia fiſtula vl manna vl ſimplici dyaprunis vl thamarindis vl mirabolanis. Sed intendit ꝙ eſtiuo tpe neqꝫ magna fiat phlebotomia neqꝫ detur aliqua pharmacia fortis via electiōis hore melioris: ſed ſolū dū magna neceſſitas vrget ⁊ cōfidit medicus de vtute infirmi ꝙ nō deficiet. ¶ Attende ſecūdo ꝙ minoris piculi eſt in hyeme phlebotomare ⁊ pharmacare egrū magniſ ⁊ fortibus phlebotomijs ⁊ pharmacijs pparatis vijs ⁊ humoribus ad expulſionē ⁊ locato corpe in calida camera mediocris caliditatis ꝙ eſtiuo tēpe p-

¶ Figura aūt. ſ. ſuperfluitas maciei ⁊ raritatis ab ea ꝓhibet ppꝛ timorē ne ſpūs reſoluaꝛ. Et ſilr oꝫ ī regēdo debilē ⁊ macrū multā cholerā rubeā in ſanguine habentē vt ei blādiaris ⁊ nō ipm euacues: ⁊ vt eū nutrias ex eo qd bonū generat ſanguinē ad frigiditatē ⁊ hūiditatē dclinātē: qm fortaſſe ex hoc ēt ſui hūoris cōplexio rectificabiꝛ: aut fortaſſe ipꝫ fortē efficies ⁊ euacuatiōes tolerabit. Et ſilr oꝫ ne illū euacuare ſis auſus qui ex cōſuetudine parū comedit ꝙdiu ab eiꝰ euacuatiōe abſtinere poteris. Superflua quoqꝫ pinguedo ab ea ꝓhibet ꝓpter timorē ne frigiditas domineꝛ: ⁊ ne caro venas comprimat ⁊ eas extinguat cū vacuas inuenerit: ⁊ calorem ſuffocet innatū: aut ſupfluitateſ exprimendo ad interiora expellat. ¶ Accidētia quoqꝫ mala ſicut aptitudo cholerice paſſioni ⁊ ſpaſmo ab ea ꝓhibent. ¶ Preterea etas etiam que nōdum ad augmēti complementum peruenit aut ad cōſumptionis terminum eſt tranſiens ab ea prohibet. ¶ Hora quoqꝫ multum calida: aut multum frigida ab ea prohibet.

ꝑterea ꝙ in hyeme fortior est virtus ⁊ corpus ineptius vt estuet ⁊ aut febricitet calore ⁊ cōmotiōe pharmacie. Et humores euacuandi tūc sunt ꝓniores ad interiora fluere ⁊ obedire medicine trahenti post eorū digestionē ⁊ ꝑparationē viarū: qꝛ frig⁹ aeris iam impulit eos versus interiora. ¶ Attēde tertio ꝙ hyems in

¶ Et regio quidem meridionalis vehementer calida ab ea prohibet: qm̄ plurima eorū que ventrē soluunt sūt calida ⁊ duarū acuitatum cōiunctio tolerari nō pōt: qm̄ virtutes in eis debiles erunt ⁊ dissolute: ⁊ qꝛ exterior calor materiā ad exteriora trahit: et medicina ipsam trahit ad interiora: quare inde ꝓuenit in diuersas ꝑtes ꝓtractio: ⁊ ad resistentiā ꝑducit. Et septētrionalis multū frigida ab ea

tribus primis climatibus est ita remissa cōiter ⁊ vt in pluribus in frigore ipsius ꝙ in mꝉtis diebus ipsius nō est ꝓhibenda phlebotomia aut pharmacia ex qualitate tꝑis ⁊ in fine septimi climatis et regionib⁹ que sub eo sunt estas in plurimis suis diebus est ita remisse caliditatis ꝙ in eis tute ministrari possunt phlebotomia ⁊ pharmacia: ꝓpterea plurimi dies electōis in almanach signant̄ ꝓ phlebotomijs ⁊ pharmacijs in mensibus estiuis ⁊ hyemalib⁹. Ideo dicit hic ꝑnceps Hora multū calida aut multū frigida ab ea ꝓhibet nō noians estatē aut hyemē. ¶ In octaua ꝑticula dat duas regulas circa regionē. Prima est. regio meridionalis vehemēter calida qualis est ethiopia: ⁊ generaꝉr primum ⁊ scōm climata ꝓhibet ab euacuatiōe ꝓpter tria. Primo quidē qꝛ plurime medicinarū que ventrē soluunt sunt calide ⁊ sicce: ⁊ corpa rara macra dicte regionis sustinere nequeūt ꝯiunctionē duarū acuitatū vꝉ acutarum caliditatū. s. caliditatis regionis ⁊ caliditatis medicine. Scđo qꝛ virtutes inhabitantiū has regiones sunt multū debiles ⁊ resolute ꝓpter maximā spirituū resolutionē i eis ex ardore nimio radiorū solis: vnde fit vt cadāt vꝉ syncopisent ex pharmacia vel phlebotomia. Tertio qꝛ calor exterior huius regionis trahit materias ad exteriora: pharmacia vō trahit eas intus: ⁊ inde ꝓuenit ꝓtractio humorū in diuersas ꝑtes. i. motus horum agitatiu⁹ nunc intus nūc extra. ⁊ ad resistentiā ꝑduxit qua calor aeris exterius trahēs resistit tractui medicine intus. Scđa regula ē. regio septētrionalis multū frigida ꝓhibet ab euacuatiōe. Et id itelligas de regione declināte versus polū articū: cui⁹ frigiditas tāta est ꝙ fortiter ꝯstringit vias ⁊ venas ⁊ cōpingit humores ⁊ q̄si ꝯgelat sicut hyems fortis si que talis ab hoībus habitata inueniat̄. Qđ ideo dico qm̄ hibernici qui se dicūt esse de culo mundi ⁊ in extremitate plage regionis septētrionalis sunt hoīes robusti latarū venarum multum voraces bene digerētes cibaria grossa sustinentes optime magnas phlebotomias ⁊ vehementes euacuationes vomicas ⁊ secessiuas.

¶ In nona dicit ꝙ ꝯsuetudo ꝑua euacuādi. i. rarus vsus vꝉ nullus phlebotomie ⁊ pharmacie ꝓhibet euacuationē fieri. Nō q̄dem oīno sed nō ita leniter neq; ita audacter ꝑsertim in egris g̃ui egritudine ⁊ ꝑiculosa. Primo quidē: qꝛ assueti assuetos ferre labores siue euacuationis siue alterius modi: ⁊ si fuerint imbecilles aut senes insuetis ⁊ fortibus ⁊ iuuenibus facilius ferunt. Scđo qꝛ pharmacie sunt vt in pluribus abominabiles et natura solet ab eis terreri ꝑmo suo occursu: quare frequēter prius euomunt̄ q̄ reducte fuerint sufficienter de potentia ad actū. Et a phlebotomia multi terrent̄ tam facta in eis q̄ visa in alijs ꝑ viam cōpassionis: qꝛ thesaurū nature educit. Tertio qꝛ sunt in hoībus quedā ꝓprietates indiuiduales sequētes mixturā elementorum cōparatione ad pharmacias solo experimēto cognoscibiles: quibus aliqui purgantur faciliter ⁊ a leui medicina: ꝙ si fortis eis detur vehementer effrenitabit ⁊ virtutem deijciet ⁊ dissynteriam fortassis inducet. Alij sunt vix purgabiles etiam a pharmacijs fortibus ⁊ violentis: quibus si debiles dentur cōmouebunt humores ⁊ forte corrūpent ⁊ nō educent. Propterea expedit ꝙ dispositi ad repletiones ex modo viuendi dum iuuenes sunt fortes ⁊ incolumes vt assuescant interdū purgari: quatinus melius purgationes ferant quando egrotabunt ⁊ indigebunt. Item expedit medico dum purgat aliquem sanum ꝓ prima vice ꝙ inquirat ab eo de more suo si cōmuniter ⁊ vt in pluribus constipatus fuerit vꝉ sit solitus habere beneficium ventris ⁊ a leui causa sponte laxari. Si primum det ei medicinā aliquā mediocris fortitudinis sicut reubarbarū agaricum vꝉ sene: que si nō satis eum laxauerit acuat eam quando alias dabit cum modico dyagredij vꝉ pulpe coloquintide vel lapidis lazuli. Si secundum ꝓ tutiori incipiat a

ꝓhibet. ¶ Parua q̄; euacuandi ꝯsuetudo ab ea ꝓhibet. ¶ Ars etiā q̄ mꝉta fit euacuatio sicut fuiēdi i balneo: ⁊ onera dorso deferētiū ab ea ꝓhibet. ⁊ ad vltimū oīs ars laboriosa. Scias ꝑterea ꝙ intētio i oī euacuatōe ē vna quinq; rerū. Aut euacuatio ei⁹ qđ ē euacuādū. Et sequit̄ ipm̄ ꝓculdubio trāqllitas: nisi ꝙ receptaculorū lassitudo ipm̄ seq̄t̄: aut caliditatis ebullitio: aut febris ephimera. aut alie egritudines

medicinis debilib⁹ lenientibus aut cōprimentibus vt casiafistula māna thamarindis aut mirabolanis: que si non sufficiant alias addant̄ eis alique mediocrium. Item consideret medicus si ille quem purgare intendit sit tener delicatus consuetus vti subtilibus cibis Uel grossus compactus cibis enutritus grossis aut viscosis. Si primum purget hunc cum benedictis. Si secundum purget cum fortioribus. Item si medicus egrū visitet periculose egrotantem vt febre continua squinantia pleuresi vꝉ peripneumonia qui purgatione vel phlebotomia indiguerit et nunq̄ purgatus nec minutus fuerit si purget aut minuat hunc faciat illud cum timore ⁊ cautela ⁊ predicat amicis periculi magnitudinem: neq; faciat illđ sine eorum cōsensu.

¶ In decima dicit ꝙ ars seu mechania in qua fit assidue multa euacuatio ꝑ resolutionē humiditatū corpis ex forti motu vꝉ statiōe in sole vꝉ ꝓpe ignē sicut ars cōtinue seruientium in stuphis ⁊ ars deferentiū onera grauia sup humeros suos ꝓhibet ab euacuatione. Et ad vltimū. i. generaliter ⁊ summarie loquendo oīs ars laboriosa sicut fabrorum coquorū aratorum fossorum ꝓhibet ab euacuatione: qꝛ neq; magna necessitas ingruit cōiter ⁊ vt in pluribus propter quā purgent̄ cum supfluitates labore assiduo forti satis resoluātur: neq; virtus debilis ⁊ resoluta multis laboribus debilitationē iterum que ex medicina ꝯtingere solet bene ferre poterit: sed potius eget cōfortatione ꝓpter qđ plurimi laboratorū quando infirmant̄ mittūt ꝓ nectare vꝉ ꝓ bono vino vꝉ ꝓ pane specierū dato ꝙ egrotent egritudine repletionali calida a natura instructi vꝉ estimatiua querere ex talibus cōfortationē: ⁊ sepe eis bene succedit inde fortificata virtute per talium vsum quapropter insurgit vigorosius in morbū ⁊ expellit ipm. Qđ si facerent diuites delicati repleti crapula ⁊ requie morbus horū aggrauaretur forte vsq; ad mortem.

c Scias ꝑterea. In hac ꝑte tertia que est de quinq; intētionibus seu cōsideratiōibus quas medicus habere debet in oī euacuatione. Primo agit de cōsideratione huius qđ debet euacuari. Scđo de cōsideratione ꝑtis sue declinationis ibi [Et scđa est] Tertio de cōsideratiōe mēbri egressionis materie euacuande a ꝑte declinationis eius ibi [Et tertia est mēbrum] Quarto de ꝯsideratiōe hore euacuatiōis eius ibi [Et quarta quidē est hora] Quinto de mēsura aut q̄titate euacuationis ibi [Omnis preterea]

¶ In ꝑma ꝑticula dicit ꝑmo sciēdum esse a medico vltra hec que dicta sunt ꝙ intentio seu cōsideratio habenda a medico in oī euacuatione est vna quinq; rerum. Prima est euacuatio huius qđ debet euacuari. Scđa est pars declinationis materie euacuande. Tertia est membrum ꝑ quod hec materia educenda est. Quarta est hora sue euacuationis. Quinta est q̄titas euacuandorum. Secūdo dicit ꝙ prima consideratio habenda a medico in euacuatione est vt euacuetur id quod est euacuandum: videlicet materia peccans. Et ad huius euacuationem sequitur indubie tranquillitas euacuati. scilicet alleuiatio ⁊ quies demptis quattuor casibus. Prim⁹ est cum lassitudo receptaculorū sicut relaxatio stomachi ⁊ intestinorum derelinquitur ex euacuatione seu sequitur ipam: tunc enim patiens sentit se debilem atq; fatigatum: ꝓpterea ꝙ cibus effluit a stomacho ⁊ intestinis priusq̄ membra sumpserint ex eo refocillationem. Secundus est ebullitio caliditatis in humoribus per euacuationē: tum ex motu humorum ꝑ pharmaciam: tum ex pharmacie caliditate. Tertius est. febris ephimera post euacuationē ex vehementi commotione ⁊ inflāmatione spirituum naturalium in venis vnde extrahunt̄ humores per medicinam. Quartus est morbus alius concomitans fluxum vꝉ euacuationem ꝑm speciem eius: vt excoriatio intestinorum quem fluxus ventris inducit: vꝉ vlceratio vesice ex prouocatiōe vrine cum fortibus diureticis. His casibus ⁊ similibus demptis alleuiatio corporis cōmuni

que comitanť sicut excoriatio quam vētris solutio in ītestinis efficit: aut vlcera q̄ vrine ꝓuocatio in vesica facit. Et hoc quidem licet iuuamentū cōferat: eius tamē vtilitas nō sentiť īmo quandoqꝫ p̄sentialiter dolet do nec accidēs remoueať. ¶ Et scđa est consideratio ꝑtis sue declinationis sicut nausea que per vomitū mundatur: ⁊ mordicatio in ventre que ventris solutione remoueť. ¶ Et tertia est mēbrum egressionis eius a parte declinationis eius: sicut basilica dextra in egritudine epatis ⁊ nō cephalica dextra: qm̄ si error ꝓuenerit in tali quale est istud qñqꝫ sequeť inde timor. Et oportet quidē vt sit mēbrum egressionis ignobilius illo a quo fit euacuatio: ne materia ad illud declinet qđ est nobilius. Oportet p̄terea vt sit eius exit⁹ naturalis sicut membra vrine gibbositati epatis ⁊ intestina concauitati ip̄ius. Est tñ cum mēbrum ex quo expelliť est ip̄m mēbrū ꝑ quod euacuatio faciēda est: ꝫ est ī ip̄o egritudo vetus aut recēs ꝓpter quā est timendū de cursu humorum suꝑ ip̄m. Ipsi ergo ad aliđ qđ sit melius trāsponēdi sunt. Et est etiā cum ex suꝑatione humoꝝ timeť suꝑ ip̄m egritudo sicut cū tractus fit ab oculo ad gulam: qm̄ timetur quandoqꝫ ne illi suꝑueniat suffocatō: iō q̄le est hmōi suauiter ⁊ molliter fieri debet

ter sequiť euacuationē huius qđ debꝫ euacuari. Iuxta illud hypo. ampho. p̄ma. Si qualia oꝫ purgari purgenť ⁊ confert ⁊ bene ferunt. Et nō soluꝫ verificať id in artificiali euacuatōe ꝑ medicinā: sed etiā in euacuationib⁹ spontaneis ꝑ naturā. Iuxta illud hypo. ibi. In ꝑturbationibus v̓o vētris ⁊ vomitibus qui spōte fiunt si quidē qualia oꝫ purgari purgētur: ⁊ ɔfert ⁊ bene ferunt. Confert quideꝫ hec purgatio: qm̄ naturā a graui sarcina exonerat. Bene ferunt aūt hi qui purganť qꝛ subtrahiť ꝑ purgationē hostis corū s. nociuus humor illatur⁹ egritudinē si ī corꝑe manereꝫ. Tertio dicit. Et hoc quidem. s. euacuatio huius qđ debꝫ euacuari: lꝫ iuuamētum cōferat tollendo a corpore materiā peccātem illaturā egritudinem: non tñ interdum statim sentitur ei⁹ vtilitas ab eo qui fuit euacuatus: imo qñqꝫ p̄ñtialiter seu ꝑ hora dolet magis q̄ ante donec cessauerit accidēs lesiuū quod inde exortuꝫ est. Hac de cā medici modesti ⁊ prudentes frequēter exꝑti detractiones honoris ⁊ fame tam in purgationib⁹ sanorum q̄ infirmoꝝ rarius ꝙ p̄ñt pharmacias exhibent maxime timidis ⁊ delicatis. Naꝫ mos hodie est vt quisqꝫ facile detrahat medicis īproperās eis si modicum accidēs relaxatōis vł estuatiōis vł ephimere febris cito cessaturuꝫ ex purgatione incurrerit nō attēdens neqꝫ cōsiderās vtilitatē nō ꝑuam quā ɔsequiť ex euacuatiōe materie peccātis ex qua fortasse diu lāguisset vł mortuus fuisset. Propterea ɔsulo iuuenibus ⁊ nouis practicis ꝙ summe caueāt ab exhibitione frequenti pharmaciaꝝ: ⁊ ꝙ in ꝑiculis tarde ⁊ caute ꝓnosticent ⁊ circa inspectiōes vrinaꝝ parum loquantur. In his enim sepe decipiunť ⁊ diffamanť vnde quandoqꝫ tota vita habentur in modica reputatione ⁊ reuerentia.

¶ Et scđa. In hac ꝑticula scđa dicit ꝙ scđa cōsideratio habenda in oī euacuatione est ɔsideratio partis ad quā declinat illud qđ debet euacuari. Per hanc enī ꝑtem euacuandū est: vt nausea significat materiaꝫ purgandā ad orificiū stomachi declinare: quare ꝑ vomitum expurganda est. Et mordicatio in vētre significat materiā purgandaꝫ declinare ad intestina: quare solutiōe ventris educēda est. Id voluit hypo. dicēs ampho. prima. Que oꝫ ducere vndecunqꝫ repit natura inde ducere oꝫ ⁊ ꝑ ɔuenientes regiones seu ꝑ cōuenientia loca. Sunt aūt cōueniētes regiones membra naturaliter deputata expulsioni. Iuxta illud galie. in cōmento nunc dicti amphorismi. Loca vero per que apte sunt purgationes sunt hec intestina stomachus vesica vulua cutis. Item fauces aures ⁊ nares. Cum enim cerebrum debet purgari purgabitur fluxu sanguinis qui ex naribus fit maxime morbo oppositis. ¶ Attēde tamen ꝙ si materia peccans ad loca declinet nō conuenientia euacuationi potius diuertenda est ab illis locis q̄ per ea purganda. Et declinare dicitur ad talia loca dum declinat ad mēbrum nobilius vł suspectius ad patiendum. Iuxta illud galieni ibi. Currere auteꝫ chimos ꝑ loca sibi nō ɔueniētia est cū mēbrū nobilius sit ⁊ subtilius ⁊ ad patiēdum suspectius. Verbi gratia si in epate sint chimi morborum generatiui quos purgare necesse sit ⁊ ad pectus ⁊ ad pulmonem currāt seu ad cor ꝑueniāt nō signū laudabile erit: vnde ⁊ medicū maxime oportebit īuestigare vbi natura humores destinare velit: ꝙ si ad apta loca miserit preparet viam ip̄is ⁊ succurrat eis: si autem quoquo modo possit repugnet eis: ⁊ ad apta loca eos mittat.

¶ Et tertia est. In hac particula tertia dicit primo ꝙ tertia res consideranda in omni euacuatiōe est mēbrum egressionis eius a parte declinationis eius. i. mēbrum per quod materia peccans a corpore debꝫ egredi ſm ꝑtem versus quaꝫ declinat: vt vena basilica dextri brachij est mēbrū ꝑ qđ sanguis extrahēdus ē in egritudinib⁹ epať. qꝛ ad ꝑtem dextraꝫ v̓sus venā illā declinat sanguis qui minuendus ē: ⁊ in dicto casu nō est minuēda cephalica dextra seu vena capiť in dextro brachio: qꝛ basilica dextra directius respicit epar q̄ cephalica dextra: ⁊ procedit ab eo rectiori via ⁊ breuiori semita. Qꝛ si fuerit erratum in dicto casu vł in casu tali qualis est iste sic. s. ꝙ pro basilica phlebotomeť vena cephalica timor aliquando consequeť inde: qꝛ p̄mo exibit plurimum ex sanguine nō euacuando: videlicet de regione capitis a qua principaliť cephalica euacuat. Et si dimittatur sanguis ea fluere donec etiam malus ab epate effluat eger vehementer debilitabiť et forte syncopisabit.

Consequenter dat sex reglas circa mēbrum egressionis hui⁹ quod debet euacuari. Prima est. membrum egressionis materie peccantis debet esse ignobilius illo a quo materia peccans extrahitur ⁊ euacuatur: vt materia nō declinet ab ignobiliori ad nobilius veluti ad terminum. Qđ significanter dicitur: qꝛ plerunqꝫ per pharmacias materie peccantes de venis ad epar vel ad stomachum pharmacia trahuntur: sed nō vt ad terminum neqꝫ vt illic resideant: sed sicut per viam magis idoneam. Secunda est. in progressu materie peccantis de membro a quo euacuatur ad membrum per quod exit oportet vt eius exitus sit naturalis. id est nature bene regulate non symptomaticus: vt exitus fecum per os in yliaca: vł ſm modum colligantie naturalis horum mēbrorum ad inuiceꝫ: vt membra per que vrina exit gibbositati epatis naturaliter colligata sunt per venas emulgētes diuisas a vena kilis ⁊ cōcauitati epať intestina naturaliter alligantur per meseraicas. Tertia regula est. interdū membrum ex quo expellitur. id est naturaliter editum ⁊ ordinatum ad expulsionem peccantium materierum est ip̄mmet membrum per quod expellitur ⁊ ad quod declinat materia peccans. Veruntamen in illo membro est egritudo recens aut antiqua ꝓpter quā timetur de cursu humoꝝ suꝑ illud membruꝫ ne morbum adaugeat vł dolorem suscitet: vt si vlcera sint in intestinis inferioribus aut in vesica ⁊ cholera plurima decurrat ad ea potius diuertenda est ab eis q̄ medicine ope conuertenda ad ea. Id idem intelligas de polipis ⁊ de fluxu sanici ad aures intus vlceratas: ⁊ de lippis que oculis affluunt. maxime si curas coruꝫ queris vł de eis plurimum times. Ip̄i ergo humores qui super hec membra de se sponte effluunt ⁊ ad hec declinant transponendi sunt ad aliud membrum quod sit eius melius id est magis aptum sustinere humores absqꝫ detrimēto vł graui periculo currentes per ipsum: vt si intestina sint vlcerata declinetur cholera currens ad ea sursum cum vomitu. Et si in vesica fuerint vlcera declinetur cholera versus intestina. Si vero lippa vł sanies currat ad angulum oculi trahatur ad nares q̄tum possibile est. Et ista regula quasi exceptio est a regula priore. Quarta est. interdum timetur aduentus egritudinis ex superatione humorum super illud membrum ad quod hi trahuntur per diuersionem: sicut cum humores fluentes ad oculos diuertuntur ad gulam cuꝫ gargarismatibus ex sinapio vł alijs acutis aut ex masticatione staphisagrie aut masticis quādoqꝫ ad gulam tanta timetur effluxio humorum ꝙ inde sequatur suffocatio vel strangulatio propterea ꝙ gula directe satis oculis supposita est ⁊ vie aperte sunt inter eos ⁊ eam ⁊ humores de se sunt proni descendere sua grauitate. Ideo in hoc casu ⁊ consimilibus diuersio ⁊ attractio facienda est molliter ⁊ suauiter. Molliter quidem scilicet cum dulci ⁊ debili medicamine. Suauiter autem. scilicet absqꝫ vehementi impetu vel agitatione ⁊ cum lento motu. Et hec regula

est vt modificatio regule ꝑoris. Quinta regula est. natura quoqꝫ plerunqꝫ aliter operaẜ. i. nō ars solum interduꝫ diuertit ⁊ trahit humores ad cōtrarium declinationis ꝓprie ipsorum ꝓpter supportare ꝑtem ad quam fluunt iam morbo oppssam: sed etiā quādoqꝫ natura operaẜ aliter ꝙ̄ iudicet humoruꝫ cursus vl' declinatio: ⁊ per partem aliaꝫ purgat humores ꝙ̄ per ꝯsuctaꝫ vt supportet partem solite purgationis alicūde infirmaꝫ vl' debilitatam. Exempli gratia vidi semel iuuenem empimate oppressum ꝙ iaꝫ pertrāsiuerat diem q̄dragesimuꝫ nec adhuc erat a sanie purgatus: licet cū sputis vix credibilem nisi videntibus iam ꝓiecisset eius q̄titatem quem demacratum iam ptisi ⁊ ethica credidi firmiter inde moriturum: sed natura in eo mirabile fecit. Nam saniē diuertit a pulmone ⁊ cāna iam debilitatis. ⁊ spōte sua facto foramine inter duas costas ꝑ id salubriter sanieꝫ depulit ⁊ sanus factus est ille pauper iuuenis de quo desperabat omnis qui videbat eum. Et opus huius artis huic simile in facto: sed nō in successu tetigit hypo. ampho. sexta. amphorismo illo. Quicunqꝫ empici aut hydropici vrunẜ aut incidunẜ his effluente sanie aut aqua multa repente pereunt. Debent ergo ista paulatiue educi sicut eduxit in dicto iuuene natura saniē. Simile huic vidi in quodaꝫ ꝑsbytero nisi ꝙ foramē inter duas costas a natura factum mansit fistulosum. Et ista regula est vt confirmatio regule tertie. Nam si natura salubriter operans quādoqꝫ diuertit humores peccantes a mēbris ad q̄ spōte declinant imitatrix eius ars itideꝫ recte efficere poterit. Iuxta illud hypo. ampho. quarta. In pharmacijs talia educere oportet ex corpore qualia ⁊ spōte venientia vtilia sunt: que vero cōtrarie veniētia vtilia quiescere. Et galienus in cōmento ait. Hypo. innuit medicū actionē nature semper debere sequi. Sexta regula est. frequēter contingit ꝙ illud mēbrū per quod humores euacuat natura sit ꝑtis longinque seu multum distantis ⁊ opposite fm̄ situm ꝑti siue membro a quo educuntur vl' eradicanẜ: ita ꝙ natura quandoqꝫ transmittit materias peccantes nō ad vias proximas ad quas frequentius declinare solent: sed ad partes plurimum distantes a membro: vnde euacuanẜ ⁊ remanet dubium vl' ambiguitas cum ipso medico vl' cum ipso infirmo: vl' cum ipso membro: vl' super ipso: sic ꝙ pro certo nō bene scitur adequate locus ex quo educiẜ materia peccās sicut cum natura humores euacuat a capite ad anum vl' crus vl' pedem. Non enim scitur ꝓ certo a medico si huiusmodi humores a toto cerebro vl' aliquo suorum ventrium descendāt. Talis purgatio ad distantia loca interdum cōtingit in morbo manie dum natura mittit humores adustos ad venas ani cum emoroidibus eos educens: vl' ad venas que sunt in crure vl' pede varices generans aut elephantiam. Et per istos modos sanaẜ mania. Iuxta illud hypocratis amphorismorum sexta. Maniacis varicibus aut emoroidibus innatis manie fit solutio. Hoc etiam modo sanatur caluicium nō naturale sed accidentale. Teste hypocrate parte illa dicente. Quicunqꝫ calui fiunt his varices nō innascunẜ. Quibus caluis existentibus varices magne innascuntur rursus capillati fiunt.

¶ Et quarta quidem est. In hac quarta particula tertie partis capituli istius primo agit ꝑnceps de hora euacuationis tam in chronicis morbis ꝙ̄ in acutis. Scd̄o de modis ⁊ hora euacuatōnis ⁊ eradicatōis materieꝝ de suo loco ibi [Et scias ꝙ] Tertio de facilitate ⁊ difficultate euacuationis materieꝝ ibi [Ex materijs aūt] Quarto de regimīe euacuati ibi [Euacuatio ꝑterea] Quinto de differētia minutionis a pharmacia ibi [Minutio ꝙ̄] Prime particule que est presens textus sunt quinqꝫ partes. In ꝑma declarat q̄ est quarta rerum ꝯsiderandaꝝ in oī euacuatiōe. Scd̄o horā euacuatiōis in chronicis ⁊ quid ꝑmittendū est euacuationi ibi [Dixit nāqꝫ] Tertio horā euacuatōis in acutꝭ ibi [Sed in acutꝭ] Quarto horā euacuatiōis humoris com̄prehēsi in vno mēbro ibi [Cum aūt humor] Quinto horā euacuationis vbi timeẜ casus virtutis ante maturitateꝫ ibi [Et similiter]

Natura quoqꝫ plerunqꝫ aliter operatur: ⁊ euacuat nō per partem qua cōsueuit ideo vt mēbrum custodiat cuꝫ debile fuerit. Et plerūqꝫ etiam est vt sit illud ꝑ quod natura euacuat ꝑtis lōginque ⁊ opposite. ⁊ remaneat cuꝫ ipso ambiguitas: sicut cū a capite ad anum aut crus aut pedem euacuat. Non eniꝫ ꝓ certo scitur si ex toto sit cerebro aut ex vno ventriculo. ¶ Et quarta quidē est hora euacuationis ipsius. Dixit nanqꝫ galienus penit' ꝙ in chronicis egritudinib' maturatio tm̄ ⁊ nihil plus expectāda est. Et tu quidē iam sciuisti quid sit maturatio. Et anteꝙ̄ euacues ⁊ post maturationē ex subtiliatiuis in potu tribuere debes sicut aquaꝫ hysopi ⁊ hasce.

Sed in acutis etiam egritudinib' maturationē expectare melius est: ⁊ ꝑcipue cuꝫ quiete fuerint. Qd̄ si mobiles fuerint tunc ad euacuandam materiā festinare erit melius: qm̄ impedimentū mot' ei' est mai' ꝙ̄ sue euacuatōis anꝙ̄ ipsa sit maturata. ⁊ ꝓprie cū humores fuerīt subtiles: ⁊ ꝑcipue cum in cōcauitatib' venarum fiūt ⁊ non in membris egredientes.

In prima dicit ꝙ quarta rerū ꝯsiderādarum in oī euacuatione est hora q̄ fieri dꝫ euacuatio. Et lꝫ hic sub hora possꝫ intelligi tꝑs anni aptī' euacuatiōi: spāliter tm̄ hic intendit ꝑn. horā egritudinis seu tꝑs eius. s. ꝑncipium augmētuꝫ statum ⁊ declinationē cōsideratiōe habita ad digestionē vl' indigestionē materie. In scd̄a dicit ꝑmo gal'. dixisse penitus ⁊ determinasse ꝙ maturatio sola m̄e peccantis sine pluri expectāda est in egritudinib' chronicis. Inquit gal'. ampho. 2ª. cōmento illius cañ. Corpa vbi q̄s vult purgare oꝫ flura facere. Subtiliādi sunt humores grossi ⁊ viscosi ⁊ pori aperiendi quib' valeant currere ⁊ medicaminibus expelli ⁊ extrahi facile medicina tēperata qua nō conturbeẜ natura qd̄ qui neglexerit ⁊ ad medicinā tm̄ intēderit humores dissolutos ⁊ angustiosos reddit: ⁊ cū nimijs torturis defectiōibus ꝙ̄ ⁊ vertiginibus multis ⁊ pulsib' inordinatis. Scd̄o dicit ꝙ ex ꝑcedentib' edocti sumus q̄d sit maturatio materie peccātis. s. ꝑmi ꝑma doctrina. 6ª. ca. 3. ꝑagrapho illo. Digestiua vo est illa que qd̄ attractiua attraxit ⁊ retētiua retinuit in essentiā ꝯuertit aptā operationi virtutū in ea ꝑmutationē facientiuꝫ ⁊ cōplexionē que ꝯuersioni nutrientis in effectu est cōpetens. Hec est eius operatio in nutritiuo q̄ vocaẜ digestio. Eius vo operatio in superfluitatibus ē vt si possibile fuerit eas in hāc mutet dispōnē q̄ etiā vocaẜ digestio: aut vt eaꝝ egressionē a mēbro in q̄ sit retēte facilē efficiat cū expulsiue expulsione eaꝝ attenuādo essentiā si qd̄ ꝓhibet fuerit grossicies: aut ingrossando si qd̄ vetat fuerit tenuitas: aut incidēdo si qd̄ ꝓhibet fuerit viscositas. Et hec quidē operatio vocaẜ maturatio: ē tm̄ cū digestio ⁊ maturatio synonyme dicunẜ: hec ꝑn. Tertio dicit ꝙ medicine subtiliatiue sicut aqua hysopi ⁊ hasce debēt dari in potu post maturationeꝫ ⁊ ante euacuationē. Cōtra. statim dictū est auctoritate ga. ꝙ in chronicis egritudinib' maturatio tm̄ ⁊ nihil plus expectāda est. Dic ꝙ tribuere in potu subtilia subtiliatiua ad aꝑiendū vias taꝫ pharmacie ꝙ̄ m̄e purgāde est quodā modo ꝑs maturatiōis cū maturatio sit habilitatio ꝓprie peccātis humoris ad expulsionē. Et medicine aꝑitiue nūc dicte: ⁊ sil'es nō solū aꝑiant vias hūorib' ⁊ medicie: sꝫ etiā subtiliēt grossas m̄as ⁊ viscosas euacuādas. ¶ Attēde ꝙ hasce alhasce haxe asse sūt noīa synonyma. Et in synonymis ianueñ. ⁊ mesue dicunẜ significare thymū: sꝫ in synonymis auicē. exponiẜ ꝙ hasce ē hysop' q̄ nasciẜ in ortꝭ. Et ī glosis margialib' auic. trāslator sepe expōit ꝙ hasce ē hysop' ortolana. Et nō ē magna vis de his ꝯtrouersijs: qꝛ thym' hysop' ⁊ satureya.

In tertia dicit ꝑº ꝙ melius (fere siles hn̄t cōplones ꝟtutes ⁊ opatōes.) etiā est expectare maturatōeꝫ m̄e peccātis in egritudinib' acutꝭ: maxime cū q̄ete fuerit ⁊ nō furiose. Cui' rō est: qꝛ tūc obedit m̄a peccās pl' expulsioni sue ꝑ nām ⁊ attractōi ꝑ medicinā ⁊ facili' fert isto mō patiēs euacuatiōem. Scd̄o dicit ꝙ si m̄a peccās ī egritudinib' acutꝭ fuerit instabilis mobil' ⁊ furiosa: tūc erit meli' festinare ad euacuatōeꝫ ei' añ digestionē. Cui' rōnem reddit: qꝛ nocumētū sui furiosi mot' q̄ corp' inq̄etat ꝟtutē deijcit ⁊ timorē incutit ne fluat ad aliqd̄ ꝑncipaliū mēbrorū: est mai' nocumēto sue euacuatiōis añ eius maturitatē marie cū fuerit in ꝯcauitatib' venaꝝ ⁊ nō egrediens a venis in mēbra. Nā nocumētū qd̄ timeri solet ex euacuatiōe m̄e ante digestionem est difficultas sue euacuatiōis ⁊ cōturbatio corꝑis ⁊ ꝑmixtio humoꝝ maloꝝ cū bonis: ⁊ ꝙ interdū boni euacuanẜ relictꝭ malis: qꝛ ꝑus ꝑꝑati nō sunt ad euacuationē: sꝫ a dictꝭ nocumētis in h̄ casu multa ꝓhibēt. Primū est vehemēs conatus nāe ad expulsionē furiosi hūoris irritātis eā. Scd̄m ē ꝓmptitudo furiosi humoris ad motū. Tertiū est pharmacia trahēs nō indif-

fer eu ter ſed electiue humorē peccantē coadiuta plurimum ab expulſi ua virtute. Quartum eſt. idonea via ꝛ patens tranſitui medicine ꝛ ex pulſioni mãe peccantis cū in venis cōtineatˀ nōdum ingreſſa membra

Cum aūt humor in vno fuerit mē bro cōprehēſus nullo modo moueatur donec matureˀ ꝛ eſſentiā habeat tēperatam quā tu sciuiſti in ſuo loco Et ſilr cum nō fuerimus ſecuri ꝙ ꝟtus vſqꝫ ad maturitatis horā ꝑduret euacuabimˀ eā poſtꝙ nobis cauerimus vt eius ſubtilitatē aut groſſiciē ſciamus: qm̄ ſi ſpiſſa fuerit ꝛ groſſa ipſam mouere nō debemˀ niſi poſt ſubtiliationē. Eius ꝟo groſſicieꝫ cognoſcemus: ꝓpterea ꝙ faſtidiū preteritū iam p̄ceſſit: aut ſub hypocondrijs dolor extenſiuus: aut aduētus apatuꝫ in interioribus. Qđ aūt magis cuſtodire debemus in huiuſmodi diſpoſitione eſt habitudo cānalium ne ipſi ſint clauſi. Et poſt hoc quidem totum poſſibile tibi erit vt ante maturationē ventrē ſoluas. Et ſcias ꝙ materiei euacuatio ꝛ ipſius de ſuo loco eradicatio ē ſm vnū duorū

In quarta dicit ꝙ cū peccās humor cōprehēſus fuerit ꝛ coartatus fixe ꝛ ſtabiliter in vno mēbro nullo modo moueri debet motu euacuationis donec maturatus ſeu digeſtˀ fuerit ꝛ ſbam habeat ſatis tēperatā. ſ. mediam in ſubtilitate et groſſicie ꝑtiuꝫ equalium bene ꝑmixtaꝝ. Quaꝫ quidē ſbam ſciuiſti in ſuo loco. ſ. paragrapho allegato ꝑte ſecunda littere p̄ntis ꝑ quem declaraˀ qđ ſit maturatio p̄mi prima doctrina ſexta. c. tertio ¶ Contra in pleureſi peccans humor cōprehenditur in vno membro: ꝛ tamen a principio p̄uſꝙ maturatus ſit iubetur euacuari ab hypo. ſcđo regiminis acutorū dicente. Quādo ergo dolor ad ſpatulas aſcendēdo iam ſaltū cōpleuerit ſi grauitas quoqꝫ in brachio vl̄ circa pectus vl̄ diafragma ꝯtigerit de baſilica vena eſt phlebotomandū. Phlebotomo ergo adhibito nullatenus reuoces q̄n tantam minuas ꝙtitatem ſanguinis vſqꝫ dum videlicet illū in ſplendidum colorem vel ex ſplendido in rubeum aut ex rubore in nigredinem videas cōuerti. Porro ſi paſſio ſub diafragmate fuerit dolorqꝫ vſqꝫ ad furculas deſcenderit naturā cū elleboro nigro vl̄ fellicino lenias Item ſi in forti ſquinātia maturationē expectaremus eger p̄us ſtrangularetur vl̄ fame decederet ꝙ tp̄s adeſſet euacuandi. Iteꝫ in bochijs peſtilētialibus ꝯſuli ſolet ꝙ aperiantˀ ante maturitatē vt materia q̄ venenoſa eſt ſpiraculū foris habeat ꝛ minus ad cor effumet. Item in heriſipila humor cōprehenditˀ in vno mēbro ꝛ non expectatˀ in ea digeſtio ante maturationē: imo ꝯbitur maturationi cuꝫ extinctione: qꝛ in heriſipila putredo aut ſanies malum. 7ᵃ. amphο. Item ſi in colica ex phlegmate vitreo infiltrato inter tunicas inteſtinorū maturatio expectaretˀ ante euacuationē dolor prius ad mortē ꝑduceret. Idē argui poteſt de phlegmate groſſo fixo ꝛ coartato in ventriculis cerebri inducente apoplexiā. ¶ Pro ſolutione harū obiectionū ꝛ ſimiliū attēde primo ꝙ humoris cōprehenſi in vno membro duplex eſt maturatō. Una ꝑfecta videlicet cōuerſio ipſius in ſaniem albā ſubſtātie equalis nō mali odoris Alia impꝑfecta. ſ. habilitatio quedā eius ad expulſionē: ſic equando ſbſtantiam ipſius vt facile abeat a loco in quo eſt. ¶ Attende ſcđo ꝙ mēbrorū in quibus cōprehenſi ſunt mali humores: quedā ſunt in quibus dicti mali humores ſine ꝑiculo paulatim p̄nt in saniē cōuerti: vt inguina crura clunes ſubaſcelle. Alia in quibus ſanici generatio magni ꝑiculi eſt, vt diafragma pulmo ꝛ pellicula que interius tegit coſtas quoꝝ ſanies valde ſuſpecta eſt ne ptiſim inducat. ¶ Attende tertio ꝙ egritudinum dependētium ab humoribus clauſis in aliquo mēbro quedaꝫ cōpetentes dant inducias ad maturationē materie cōpletam ſine euacuatione vt phlegmones mēbrorum exteriorum. Alie precipitant ꝛ cogunt ante maturationē euacuare ſicut ſquinātia bochiū epidimiale ꝛ alia apoſtemata de materia venenoſa colica ꝛ apoplexia. ¶ Attende quarto ꝙ materiaꝝ clauſarum in membris quedā magis indigent extinctione ꝙ maturatione ꝛ euacuatiōe vt materia heriſipile. Alie magis maturatiōe ꝛ euacuatōe vt materia phlegmonis. Iuxta illud p̄n. quarti tertia tractatu p̄mo caplo 5°. Et ad vltimum infrigidatio in heriſipila eſt magꝭ neceſſaria ꝙ phlebotomia ꝛ dolor inflāmationis plus in ea eſt. Et euacuatio in phlegmone eſt magiſ neceſſaria: qm̄ materia in ea eſt magis inobediens ꝛ groſſior. ¶ His premiſſis. Dic primo ꝙ maturatio ꝑfecta humorum cōprehenſorum in vno mēbro nō eſt expectanda ante euacuationē vbi timor euidens imminet ex ꝯuerſione eorum in ſanieꝫ ſicut clare apꝑet in pleureſi ꝛ ꝑipneumonia. Dic ſcđo ꝙ maturatio q̄ eſt habilitatio quedā ad expulſionē dꝫ expectari in pleureſi ꝑipneumonia ꝛ ſil̄ibus ante euacuationē eradicatiuā cū pharmacia: ſed nō ante minoratiuā nec ante phlebotomiā. Cauſa p̄mi qꝛ facilius ꝑfectius ꝛ portabiliˀ nature ſine eſtuatione ꝛ ſupinflāmatiōe febris eradicatˀ humor p̄paratus. Cauſa ſcđi eſt. qꝛ p̄minorata mā natura potentior reddiˀ ſup reſiduo maturando ꝛ expellendo: ꝛ in minoratione ſanguinis nō eſt opus expectare digeſtionē. Iuxta illud gal̄. u. mega tegni ca. 4°. Dico quoqꝫ phlebotomiā membris apatis eſſe vtiliſſimam ꝛ nō fallacē ꝛ nō ſolū in cōtinuis: verū etiaꝫ in ꝑiodicis febribˀ cōueniens eſt maxime ſi de putredine humoꝝ ſint ꝛ tp̄s ꝟtus ꝯueniūt. Nā enīꝫ expulſa ꝑte ſanguis q̄ grauabaˀ putredine ad ſuā ꝓpriā actionē leuigata ꝛ ꝯfortata ꝯuertiˀ ad excoquēdū ꝛ digerēdū q̄ coqui et digeri ꝯgruūt ꝛ excludēdū q̄ nec coqui nec digeri neceſſaria ſūt Materia. n. q̄ grauabaˀ ꝛ a ſua actōē cohibebaˀ excluſa eſt. Dic. 3°. ꝙ humores clauſi in vno membro nō dātes inducias ad maturationē ante euacuatōēꝫ debent p̄minui ſicut in ſquinantia colica ꝛ apoplexia p̄us argutum eſt. Sꝫ dantes inducias ad ſui maturitatē debēt p̄us maturari poſtea euacuari vt facilius cōpletiˀ ꝛ tolerabiliˀ euacuētur Dic quarto ꝙ mãe clauſe in vno mēbro: q̄bus magis opus eſt infrigidari ꝙ maturari p̄us ſunt euacuāde poſt infrigidāde. Iuꝫ illō p̄n. q̄rti tertia tractatu p̄mo ca. 3. ſic curā heriſipile incipictis Oportet vt euacues corpˀ ab ea cū ſolutione cholere: ꝛ ſi indiget phlebotomia phlebotomia etiam. Et ſi indigueris reiteratione ſolutiōis vētris poſt phlebotomiā fac illud: deinde ꝑmuta te ad infrigidandū eā cū infrigidatiuis fortibˀ ꝛ cū effuſione aque frigide: ꝛ fac illō donec altereˀ color: ꝛ nō queriˀ in ea ſanatō: ne mā eius fiat acutior ꝛ corroſiua vl̄ ambulatiua. Dic 5° ꝙ mãe clauſe in vno mēbro iam tote fluxe q̄bus magis opˀ eſt maturari ꝛ euacuari ꝙ infrigidari maturatio p̄cedere dꝫ euacuationem niſi he materie venenoſe fuerint. Id clare apꝑet in apatibus extrinſecꝭ que cū aꝑiunˀ āte maturitatē dolor augmētatur: nā grauaˀ: vir maturanˀ: ab his ſolū effluit virˀ aquoſum: ꝛ qđ ibi remanet eſt durū crudū groſſum rebelle digeſtioni. Per hec dicta clare appa ret ſolutio obiectionū.

In quinta dicit p̄° ꝙ ſicut in acutis mobilibus ꝛ furioſis meliˀ eſt feſtinare euacuationē: ſilr cum nō fuerimˀ ſecuri ꝙ virtus ꝑduret vſqꝫ ad horā maturitatis euacuabimˀ mām peccātē an̄ maturitatē dato ꝙ q̄eta fuerit ꝛ in vno mēbro clauſa poſtꝙ nobis cauerimˀ. i. caute attēderimˀ vt ſciamˀ ſi mā peccās ſit ſbtilis aut groſſa: qꝛ ſi groſſa ꝛ ſpiſſa ſit nō dꝫ educi donec ſit ſubtiliata. ¶ Sꝫ inſtabit q̄s ꝙ hˀ eſt euacuare eā nō an̄ maturatōēꝫ: ſꝫ pˀ eā cum mãe groſſe maturatio ſit ſbtiliatio ipſiuſ Dic ꝙ loquiˀ hˀ de quadā ſbtiliatōe leui ꝛ incōpleta q̄ nō mereˀ dici maturatio: ꝛ ď euacuatōe nō eradicatiua mãe totiˀ ſꝫ minoratiua. Scđo dicit ꝙ mā aliq̄ cognoſciˀ eē groſſa aliq̄. triū modoꝝ Priˀ q̄dē ex faſtidio p̄terito qđ iā p̄ceſſit ꝛ diu durauit. Tale nanqꝫ iduci ſolꝫ a groſſis hūoribˀ q̄ replēdo ſtomachū tollūt ab eo appetitū. Scđo ex ꝑſeuerātia extēſiui doloris ſb hypocōdrijs q̄ cōtingē ſolꝫ ex hūoribˀ ĝſſis oppilātibˀ has ꝑtes: q̄ꝝ ꝑtē calor agēs in hos i ventuꝫ ꝯuertit. Terˀ ex aduētu apatis in iterioribˀ marie mollis vđimici vl̄ duri ſcliroticí. Ter° dicit ꝙ illō qđ diligētiˀ eſt obſuādū i hmōi diſpōne. ſ. euacuatōe mãe peccātis an̄ maturitatē ē habitudo cānaliuꝫ. i. modˀ ſe hn̄di talˀ ad purgatōēꝫ ꝙ n̄ ſint clauſi neqꝫ oppilati: qꝛ tūc nō poſſꝫ medicine ꝟtˀ ꝑ eos trāſire: neqꝫ peccās hūor libere effluē ꝟſus loca expulſiōis. apianˀ ĝ ſi clauſi fuerit an̄ euacuationē. Quar° dic ꝙ pˀ hˀ totū. ſ. pˀ ſbtiliationeꝫ mãe groſſe ꝛ aptionē cānaliū poſſibile tibi erit. i. vtile ꝛ expediēs vt vētrē ſoluas an̄ maturatōēꝫ cū timuerꝭ ꝙ virtˀ nō ꝑduret vſqꝫ ad horā maturitatˀ.

Et ſcias ꝙ. In hac ꝑte ſcđa p̄mo diuidit modū diuerſionis ꝛ eradicatiōis materie de ſuo loco declarans mēbra diuidētia ꝛ horam aptiorē ad ſcđm modū ꝛ dans exēpla ſup his. Scđo dat cautelā circa longitudinē dyametroꝝ obſeruandam in diuerſione ibi [Et nō oportet] Tertio circa ſedationē doloris an̄ diuerſionē ibi [Cūqꝫ mām] Quarto circa rebellioneꝫ materie in diuerſione ſui ibi [Cumqꝫ ad locum] Quinto agit de diuerſione mãe ſine, euacuatōe ibi [Et forſitā]

In pˀ ꝑte dicit primo duos eſſe modos euacuationis ꝛ eradicatiōis materie

peccantis ex suo loco. Prim⁹ eo⁊ fit vt materia trahaꝭ ad lõginquã diuersitatẽ.i.ad ptẽ oppositã pti ĩ q̃ est multũ distãtẽ ab ea. Iuxta quẽ modũ p̃cipit p̃n.tertij p̃ma trac.p̃mo ca.29°.in diuersione sanguis a capite phlebotomare sophenã dicẽs. Et si vis vt exẽhas plus illo phlebotoma sophenã ⁊ cruribus vẽtosas appone supra calcaneum parũ et phlebotõa venã pedis. Talis diuersio cõpetit plectorico pcusso in capite. Secũd⁹ modus ẽ ppꝭ attractionẽ vꝭ rõne attractionis ad partez ppinquã parti illi vñ extrahiꝭ vꝭ a q̃ diuertiꝭ. Iuxͣ quez modũ laudat p̃n.tertij.17.ca.2. prouocationẽ menstruo⁊ in mulierib⁹ patientib⁹ emorroidas dicẽs. Et cũ ĩ mulieribus dediãt sanguis emorroidarum ad matricẽ ⁊ egreditur in menstruis iuuatur eo. Et oz etiaz vt fiant illa arte ⁊ puocẽtur mẽstrua earũ.

modorũ. Unus eorũ est ppter attractionẽ que fit ad longinquã diuersitatẽ. Et alter ppter eam q̃ est ad propinquã. Et suarũ quidẽ horarum dignior est cũ in corpe nullo modo est alicui⁹ materiei repletio. Ponamus itaq; q ab ore viri supius mult⁹ fluat sanguis ⁊ ab emorroidib⁹ mulieris supflue fluat sanguis. Unũ itaq; ex duob⁹ faciem⁹ aut attrahemus p̃ declinationẽ que fit ad ppinquã diuersitatẽ: ⁊ oportebit tũc vt materiã ad nares declinem⁹ faciẽdo sanguinez ex naribus fluere: ⁊ in altero ad matricem puocãdo menstrua. Aut si voluerimus ad longinquã diuersitatẽ attrahere euacuabimus in p̃mo sanguinẽ a venis ⁊ locis q̃ sunt in iferiori parte corpis. Et in scdo a venis et locis q̃ sunt in sup̃ma parte corpis.

Et nõ opz quidẽ vt in duas diametros plongationẽ facias: sed in vna tñ q̃ sit diameter magis longinqua. Nam si materia fuerit in sup̃mo dextre partis nõ erit trahẽda ad ĩfimũ

Scdo dicit q dignior horarũ suarũ.i.cõuenĩẽtius ⁊ aptius tẽpus euacuatõis seu diuersionis ad ptẽ ppinquã est tps in q̊ nullo modo est repletio alicui⁹ materie in corpe. Ut si q̃s pcussus ãt cõtusus fuerit in capite suo vel casualꝭr sup̃ hoc ceciderit ⁊ ĩ toto corpe nlla repletio p̃extiterit: sed ppter dolorẽ timeꝭ accursus sãguinis ad caput sufficiet fluxus sanguis nariũ ad diuertẽdũ vel phlebotomia ex vena cephalica later⁊ pcussi. Qr si plectoria foret in toto sophena potius minuẽda esset ⁊ sanguis trahẽdus ad lõgiquã diuersitatẽ. Ter° p declaratõe exẽplari euacuatõis vtriusq;.s.tã ad ppĩquã q lõgĩquã diuersitatẽ p̃suppõit q ab ore viri alicui⁹ supflu⁹ sãguis effluat supi⁹ ⁊ ab emorroidib⁹ mulier⁊ decorsũ õcurrat supflu⁹ sãguis: q̊ dato si diuertẽ volucrim⁹ ad ppiquã diuersitatẽ sãguinẽ q̃ fluit ab ore viri diuertem⁹ ad nares ⁊ sãguinẽ q̃ fluit ab emorroidib⁹ mlier⁊ ad matricẽ ꝭhem⁹ puocãdo mẽstrua. Si v̊o velim⁹ ad lõgiquã trahẽ diuersitatẽ sanguinẽ q̃ manat ab ore viri euacuabim⁹ a vẽis ⁊ loc⁊ q̃ sꝭ ĩ iferiori pte corpis videlz p phlotõiã sophene vꝭ vẽtosa tõez cruriũ: ⁊ sãguinẽ manãtẽ ab emorroidib⁹ mlier⁊ euacuabim⁹ a vẽis ⁊ loc⁊ q̃ sũt ĩ sup̃ma pte corpis phlotomãdo ex cephalica vꝭ puocãdo fluxũ sãguis nariũ vꝭ p vẽtosas collo adhibitas. ¶ Attẽde q si p̃dicti flux⁹ sãguis iã diu supfluxerĩt et corp⁹ plurimũ debilitauerint ⁊ inaniuerĩt sanguine nõ est euacuatio facienda ad longinquã diuersitatẽ: sed si cum vehemẽtia incepint ⁊ verisilꝭr supfluxuri credanꝭ in plectorico corpe tũc eos diuertere expedit ad longinquã diuersitatez: vt et plectoria tollatur et fluxus pacificetur

In scda dicit q in attrahẽdo materiã ad lõgĩquã diuersitatem plõgatio ptis vnde trahiꝭ vsq; ad ptem p quã educiꝭ a corpore nõ ẽ faciẽda fm duas ĩtegras diametros vt fm lõgitudinẽ ⁊ latitudinẽ cõpletas simul. Quia facta aptõe in pte opposita dyametro duplici necessario materia plurima p̃us euacuabitur q pueniaꝭ ad materiã cui⁹ extractio queriꝭ seu diuersio: q̃re v̊tus eijcieꝭ ⁊ tota turbabiꝭ humo⁊ massa: corpus quoq; perducetur inde ad estuationẽ. Istud sic declarat p̃nceps. Nam si materia fuerit in sup̃mo dextre ptis vt in aure dextra vel in parte dextra

cerebri: tũc trahenda nõ est ad infimũ sinistre: vt ad pedem sinistruz pter causas dictas: imo trahẽda ẽ ad alterã duarũ partiũ corpore existẽte plectorico scz vꝭ ad ĩfimũ dextre ptis phlebotomãdo sophenã vel venam sciaticã. Et hoc quidẽ est illud quod est magis necessarium. id est cõueniẽtius ⁊ vtilius in hoc casu ppter aspectũ directũ sup̃me ptis ad infimaz partem eiusdẽ lateris ⁊ pnitatẽ descẽsus hũorũ grauiũ directe ad infima. Uel trahẽda est ad sinistrã a sup̃mo.i.a sup̃ma parte dextri lateris ad sinistrã partẽ dũmodo dyameꝭ tante sit lõgitudis quãta est lõgitudo humeri vꝭ brachij vni⁹ ad brachiũ vel humerũ alterũ vbi est integra dyameter: ⁊ nõ fuerit dispõ distãtie dextri ad sinistrũ talis qualis ẽ dextri timporis ad sinistrũ tipus vbi dyameter ẽ nimis breuis pro diuersiõe ad lõgĩquã diuersitatẽ. Propꝭ ea si materia sit ĩ dextra capitꝭ ñ erit trahenda ad sinistram capitis: sz ad inferiora: ⁊ hoc altero duorum modorũ: quia vel traheꝭ ad ĩfimũ dextre vel ad mediũ sinistre vt si sanguis supfluxerit ĩ dextra

sinistre ptis: immo ad infimũ ip̃ius dextre. Et hoc quidẽ est illud quod ẽ magis necessariũ. Aut ad sinistraz a sup̃mo si fuerit tñ lõginqua quãtũ est ab humero ad humerũ ⁊ non fuerit dispositio ei⁹ sicut dispõ duorũ laterũ capitis. Materia nãq; si in dextra capitis fuerit eã ad iferiora ⁊ nõ ad sinistrã trahes capitis. Cũq; materiã ad longinquã partẽ trahere volueris loci dolorẽ p̃us sedabis: vt ip̃sius minuaꝭ cõpressio p attractionẽ qm̃ dolor est trahẽs. Cũq; ad locũ nõ obedit ad quẽ ip̃am trahis nõ velociter nec violenter agas: quoniaz quãdoq; violentia illa ipsam mouebit et subtiliabit: et non traheꝭ ⁊ fiet velocius declinãs ad dolẽtẽ locum.

Et forsitan tibi sufficiet vt trahas lz nõ euacues: qm̃ ip̃a attractio eius iter ad membrũ prohibet: licz nõ extrahatur. Per ip̃am ergo attractionem ad intentionẽ p̃ueniemus lz cũ ip̃a attractione non euacuaueris: sz declinatiõe contẽtus fueris: que fit

cerebri parte phlebotoma si volueris sophenã dextrã: vel si malueris aut si patiẽs plus elegerit in brachio phlebotõari phlebotoma cephalicam sinistram: quia quasi tãta est distãtia dextre partis capitis a cephalica sinistra quãta est a dextra capitꝭ ad sophenã dextraz et vtraq; ꝯparaꝭ vni integre dyametro.

In tertia talẽ dat medico cautelã q cũ voluerit trahere mãz ad lõgiquã ptẽ p̃us pacificet dolorẽ ptis vñ ip̃a trahiꝭ vt minuaꝭ cõpssio ip̃ius.i. cõculcatio hũo⁊ in ea p attractõnem quã facit dolor. Nã dolor attrahit hũores ad suũ locũ sicut vẽtosa: q̃obrẽ est vna d̃ potiorib⁹ causis apatũ: nisi ḡ medicus sedet dolorẽ p̃usq; trahat ad partẽ lõginquã materiã peccantẽ dolor p̃extñs in particula ex qua trahere satagit impedit medicũ trahẽs ad ꝯ̃riũ ⁊ inq̃etat ac debilitat egrũ motu agitatiuo nũc hinc nũc illic fluentiũ humorũ.

In quarta medico dat hanc cautelã q cũ trahere vult ad lõgin quã partẽ materiã aliquã ⁊ nõ obedit: imo rebellis ẽ tractioni ipsi⁹ ad illaz partẽ hãc nõ debet trahere nimis velociꝭ ac violẽte: sz paulatĩ ⁊ suauiꝭ qr violẽtia tractiõis ei⁹ q̃nq; commouet ⁊ subtiliat eã: ⁊ tũc nõ traheꝭ ad partẽ oppositã nec educeꝭ a loco ipi⁹: sed potius ꝯflueꝭ ⁊ declinabit ad locũ dolentẽ scz ad partẽ in qua cũ moueꝭ ĩmoderate suscitat dolorem. ¶ Attende p̃mo q duo p̃ncipalꝭr reddũt mãm inobediẽtẽ tractui matie ad ꝯ̃riũ. Pri^m ẽ indispositio materie trahẽde: vt qr est nimis ĝssa vel viscosa vehemẽter adherẽs: ⁊ tũc priusq; trahaꝭ est subtilianda vel incidenda. Scdm est obstructio viarũ inter locum vnde trahiꝭ ⁊ locuz ad quem trahiꝭ: ⁊ tũc sunt apiende p̃usq; tractio fiat. ¶ Attende scdo q p̃nceps nõ intẽdit hic phibere actum velocẽ et violentũ in parte ad quam queriꝭ tractus materie: sed in pte a qua trahiꝭ vel prope ip̃am: imo violenter ⁊ velociꝭ agere circa ptẽ ad quã trahiꝭ vt applicare vẽtosas vel dolorose ligare frequenter pficit ad attractionem.

In q̃nta dicit p̃mo q fortassis in diuersiõe materie de pte aliq̃ in ptẽ oppositã sufficiet vt ꝭhaꝭ ip̃a q̃uis a corpe ñ educaꝭ: qr q̃nq; sola ip̃i⁹ attractio phibet eã fluere v̊sus illã ptẽ a q̃ q̃riꝭ diuerti: lz a corpe ñ exꝭhaꝭ. Assecq̃ꝭ ḡ medic⁹ ĩtẽtũ: lz nõ euacuet sz sola ꝯtẽt⁹ diuersiõe vꝭ declinatõe materie ad ꝯ̃riũ fuerit. Scdo tãgit.4.modos tres sp̃ales ⁊ vnũ generalẽ q̃bus materia trahiꝭ ad oppositã ptẽ sine euacuatõe. Prim⁹ ẽ sꝭz ligatura forti ⁊ dolorosa ĩ pte opposita illi pti vñ q̃riꝭ diuersio. Et hũc

modũ ſepe practicaui in pueris ſub anno q̃rtodecimo patiẽtibus ſquinantiã vel pleureſim vel epidimiale apoſtema vel q̃ ꝯ̃uiter ex caſu vel ꝑcuſſione cõtuſi erãt: ligari faciẽs doloroſe ſatis coꝝ extrẽa loco phlebotomie. Poteſt etiã in ꝑgnãtibus ⁊ decrepitis q̃bus phlebotomia ꝓhibet vice phlebotomie practicari. Et debet hec ligatura fieri cũ inſtitis aut corrigijs ãt chordulis talit̃ conſtringẽtib' ꝙ veſtigia relinquãt ⁊ dolere faciãt vt ꝓpter dolorẽ fortificet̃ attractio. Scđs mod' fit cum applicatõe vẽtoſarũ i ꝑte oppoſita. Iſtũ modũ ꝑcticari iubꝫ hypo. aph. q̃nta i ſuꝑfluis mẽſtruis applicãdo mamillis vẽtoſas dicens. Mulieri menſtrua ſi vis retinere ſitiaꝫ maiorem ad mamillas appone. Tertius modus fit cũ medicinis rubificantibus. Et eſt medicina rubificatiua medicina cuius ꝓꝓ̃etas eſt vt calefaciat mẽbrũ cui obuiat fortiter: ita vt ad ip̃m vehementi attractione ſanguinẽ trahat ꝑuenientẽ ad eius exteriora ⁊ rubificat ip̃m: ⁊ hec eſt ſicut ſinapis ⁊ calamentũ. Et medicine rubificãtes efficiũt oꝑationeꝫ cauteriſationi ꝓpinquã vt ait ꝓ̃n. 2. cañ. ca. 4. Iſtũ modũ practicare ſolent mulieres alique in rubore nimio ſuoꝝ vultuũ ſub mẽto applicantes cãtarides imixtas fermẽto forti. Quart' v° mod' gñalis eſt cuꝫ oi quod dolorẽ efficit: q̃a ois dolor exacuit reuma: vt ait ga. tertio tegni. Hoc modo ſanant̃ epilẽtie cõicate cerebro ab exteriorib' membris vt a digitis manuũ vel pedũ cauterio adhibito ſuꝑ mẽbro cõicãte. Sanant̃ etiã rubores vultus ꝑ adhibitionẽ ſetonuꝫ in radice colli. Et lepra occultatur ꝑ vlcera illata ſub plantis pedum.

ligando mẽbra oppoſita: aut ventoſis ⁊ mediciuis rubificãtibus. Et ad ſummũ cũ omni quod dolorẽ efficit

Ex materijs autẽ que ad euacuanduꝫ ſunt faciliores ſunt ille q̃ ſunt in venis: deinde ille que in mẽbris ⁊ iũcturis: quoniã q̃nqꜫ eſt difficile eas extrahere ⁊ euacuare: ideo ꝙ neceſſarium eſt vt cũ euacuabunt̃ alie cum eis egrediant̃. Euacuato preterea eſt neceſſariũ ne properet comedere

Ex materijs aũt ⁊c. In hac ꝑte tertia dicit ꝓ̃mo ꝙ int̃ materias euacuandas ille facilius euacuat̃ q̃ ſunt in venis. ¶ Cõtra. q̃ in ore ſunt ⁊ in palato ⁊ in naribus ⁊ in auribus facili' educunt̃. Ab ore quidem et palato cũ raſcatione. A naribus aũt cũ emũctõe vel caputpurgio. Ab auribus v° cũ curella vel mĩmo digito. Item materie q̃ ſunt in ſtomacho vel in inteſtinis facilius euacuant̃ his q̃ ſunt in venis. A ſtõacho quidẽ vomitu. Ab inteſtinis v° ſeceſſu facili: q꜡ pharmacie cũ ſb̃a ſua et plenitudine v̇tutis obuiãt eis. Et inde eſt ꝙ medicine bñdicte lenitiue ⁊ cõpreſſiue: ſicut mãna caſiafiſtula thamaridi ⁊ myrabolani materias educũt a ſtomacho ⁊ inteſtinis: a venis v° nõ. Item materie aq̊ſe ⁊ humoroſe ſubtiles in poris carnis cont̃ẽte facilius euacuant̃ ſub forma vaporis vel cũ ſudorib' q̃ꝫ materie tales cõtẽte i venis eo ꝙ caro eſt poroſior ⁊ rarior venis. ¶ Ad ꝓ̃mũ ⁊ ſcđm dic ꝙ ꝓ̃nceps h̃ intendit cõparare materias q̃ cõtinent̃ in venis ad eas q̃ iam fluxerũt a venis ĩ iũcturas vel in poroſitates occultas mẽbroꝝ ⁊ nõ ad eas que in ore ſũt vel in palato vel in naribus vel in aurib' vel in ſtomacho aut ĩteſtinis

Ad tertiũ dic ꝙ hic loquit̃ de euacuatione q̃ fit ꝑ attractõeꝫ ad vias expulſionis interiores ꝑ pharmaciã vomicã vel ſeceſſiuã ⁊ nõ de ſudorali. Scđo dicit ꝙ poſt materias q̃ ſunt ĩ venis ſunt materie comprehenſe in mẽbris et ĩ iũcturis. i. ĩ poroſitatib' membrorũ ⁊ vacuitatib' iuncturarũ quo ad facilitatẽ vel difficultatẽ euacuatõis: q꜡ quandoqꜫ difficile eſt eas ext̃here de ſuis locis ⁊ euacuare ꝑ pharmaciã ſcꝫ q̃ñ ſunt groſſe et viſcoſe vel infiltrate vehemẽter in mẽbris vel in corꝑib' ꝯ̊ſſis et cõpactis. Et vna de cauſis difficultatis ſue euacuatõis eſt q꜡ opꝫ cũ euacuabunt̃ vt plures alie materie q̃ nõ ſunt euacuãde egrediant̃ cum eis vel ante eas. lꝫ em̃ aliq̃ pharmaciarũ ad iũcturas ꝓprie reſpectũ habeant ⁊ ad partes lõginquas ac ab his educãt materias earuꝫ vt hermodactili pulpa colloq̇ntide ſcamonea: ꝓ̃us tñ attrahũt hũores proximos vijs expulſionis ſuꝑ quos fortius ⁊ libere influũt. Et q꜡ lepra et hypoſarca ex materijs fiũt cõprehẽſis in poris mẽbroꝝ vix vnq̃ꝫ ſanãt Et ſilr̃ gutte ſeu paſſiones artetice vix ſanari pñt vt docet experimentũ q꜡ fiũt ex materijs compħenſis in vacuitatibus iũcturarum.

Euacuato ꝓ̃terea ⁊c. In hac ꝑte quarta dicit ꝓ̃mo ꝙ opꝫ vt euacuatus ſiue a pharmacia ſiue a natura nõ feſtinet ſumere cibos multos ⁊ malos: quos natura q̃ famelica eſt ⁊ inanita trahat indigeſtos. Ex mlt̃titudine em̃ ciboꝝ poſt euacuationeꝫ vel noua plectoria ſubſequit̃ vel multiplicatio crudoꝝ humoꝝ. Plectoria quidẽ ſi euacuatus fortis et bone digeſtiue fuerit. Multiplicatio v° crudoꝝ hũoꝝ ſi vis digeſtiua euacuati debilitata ſit ſiue a pharmacia ſiue a natura. Sed ex malitia ciborum poſt euacuationẽ cito renouat̃ cacochimia ꝓpter quaꝫ opus erit noua pharmacia. Cuius frequens vſus frangit vires corꝑis accelerãs ſeniũ. Scđo dicit ꝙ ſi neceſſe ſit euacuato fieri aliquid ex hoc ſcilꝫ comedere nutriẽtia mala: q꜡ caret bonis nec ea ꝓ ſuis inuenire põt tũc oportebit vt paulatim fiat et ſuauiter Paulatiꝫ quidem dando ꝓ̃mo modicum ex dictis cibis poſtea parum plus: deĩde iteruꝫ plus. et ſic cõſequent̃ cuꝫ gradatõe: ſuauiter vero preparando ip̃os delectabilius ad appetituꝫ euacuati quo commode fieri põt: et bene maſticãdo: ⁊ dulciter nõ voracit̃ tranſglutiẽdo donec ſit ꝯ̇m ordineꝫ. i. donec ꝯ̇m ordinẽ ſeruatũ in gradatõe ſue miniſtratõis natura aſſueſcat delectabilr̃ vti eis: ⁊ vt ſit quod corpus ĩgreditur digeſtũ ⁊ ꝯueniẽs. i. ſic paulatim ⁊ ſuauiter miniſtret̃ cib' malus vt ꝑtes ip̃ius q̃ cedũt in ſb̃am corꝑis ꝓ reſtauratõe deꝑditi competenter ꝑfecte corpori aſſimilent̃. Et illud eſt eſſe digeſtũ ⁊ conueniens, quod fit cum natura ſuper malo cibo potens ſeparat partes nociuas veluti ſuperfluas et a corpore reſecat: bonas autem nutritioni vtiles in bonum ſanguinem vertit.

nutriẽtia multa et mala: que natura indigeſta trahat. Q꜡ ſi aliquid ex hoc fieri neceſſe fuerit: oportebit vt paulatim et ſuauiter fiat donec ſit ꝯ̇m ordinem: ⁊ vt ſit quod corpus ingreditur digeſtum et conueniens.

Minutio quoqꜫ eſt euacuatio humoribus equaliter augmẽtatis propria. Euacuatio vero humori qui in quãtitate ſolus augmentat̃ aut corrumpit̃ propria eſt a minutõne alia.

Minutio qꜫ ⁊c. In hac ꝑte q̃nta dicit ꝓ̃mo ꝙ minutio eſt euacuatio ꝓpria humoribus equaliter augmẽtatis ſcꝫ plectorie que eſt repletio humoꝝ peccãtiũ in quãto. Et ca. 20. fen preſent. ait. Phlebotomia eſt euacuatio vlis q̃ multitudinẽ humoꝝ euacuat. Multitudo vero eſt augmentuꝫ humorum ſuꝑ equalitatem ip̃oꝝ in venis. ¶ Attende ꝓ̃mo ꝙ minutio int̃dũ ꝓ ſola artificiali vene vel arterie inciſione accipit̃: q̃nqꜫ latius vt ſub ſe cõtineat ſanguis extractionẽ cuꝫ ventoſis ⁊ ſanguiſugis. ¶ Attẽde ſcđo ꝙ minutio nõ dicit̃ euacuatio ꝓpria humoribus equalr̃ augmẽtatis: quia ſolũ cõpetat repletioni in qua q̃libet humoꝝ vniformiter ꝓpriam menſurã comparatione ad alios et ad totum corpus ſuperexcedit: immo ſi ſolus ſanguis excedat competit phlebotomia: ⁊ quãdoqꜫ etiã ip̃o ſanguine nõ excedẽte: neqꜫ diminuto cõuenit phlebotomia ſi peccãtes humores vehementer mixti cũ ſanguine fuerint. Iux̃ illud ꝓ̃n. tertij ꝓ̃ma trac. ꝓ̃mo. c. vltimo Cũ materiã euacuare volumus cõtemplamur tũc ſi ſignificatio oſtẽdit ſanguinẽ cũ ip̃a abundantẽ eſſe ⁊ in ſanguĩe nõ eſt diminutio quecũqꜫ ſit materia. Incipimus a phlebotomia cephalice ⁊ venarũ capitis. Sed ꝓpria đr humoribus equalr̃ augmẽtatis quia nõ educit electiue aliquẽ hũorẽ determinatũ: ſed oẽm indifferenter ex parte ſui qui fluere aptus eſt ꝑ vene foramẽ. Dicit̃ etiã ꝓpria: q꜡ nulla medicinalis euacuatio educit indifferẽter omnẽ humorẽ niſi effrenitet excepta phlebotomia. Dicit̃ etiã ꝓpria q꜡ ſibi ꝓp̃e et ꝑ ſe cõuenit ſanguinẽ educere in q̊ cõtinent̃ humores actu aut potẽtia. Dicit̃ etiã ꝓp̃a q꜡ prõpte ſine adiutorio ⁊ mora educit oms̃ humores ſicut eſt videre in ſanguine extracto. Secũdo dicit ꝙ euacuatio propria humori vni ſoli ſuꝑabũdanti in quãto aut corrupto eſt alia a minutione: quia determinate ⁊ electiue educit hũorẽ cui propria eſt. ꝙ ſi alium educat maxime non ſuperfluũ effrenitare cenſet̃. ¶ Hic queri poteſt ſi ſit aliqua medicina ſanguis eductiua ꝓprie ⁊ electiue. Hãc queſtionẽ mouet gal'. libro pharmacoꝝ capl'o ſexto dicens. Forte igit̃ queres ſi eſt aliq̃ medicia mox a ꝓ̃ncipio ſanguis eductiua. cũ vtiqꜫ vteret̃ ante ip̃ſa nullus. Quod ꝓpter hoc dices forte: q꜡ hoc eſſet inficere hominẽ nõ purgare. Nam purgãtia ꝓpter hoc ip̃m ab oib' nominant̃ purgãtia: q꜡ purũ relinquũt ſanguinẽ a dict̃ ſuꝑfluitatibus. Neqꜫ etiã eſt ſic ſapiẽs medic' vt velit euacuare totũ ſanguinẽ et relinquere in corꝑe alios hũores. Vñ int̃ venena oia talia dinumerant quecũqꜫ euacuationẽ ſanguis oꝑant̃ ꝑ eas que ꝯ̇m ventrẽ ⁊ inteſtina venas. Noĩa aũt taliũ medicinarũ neqꜫ ſi firmiter ſcirem notificarẽ vtiqꜫ in libris. Cõſequẽter ibi refert quẽdam caſum circa illud dicẽs. Inuenit quidã homo talem herbã vt qui aſſumeret ip̃am emitteret ſanguineꝫ et ſic ꝑiret. Multis

igit̃ morientibus simili modo inq̃sitione diligẽtiori facta inuẽtꝰ est medicator ⁊ ad p̄sidem gẽtis duxerũt ip̄m. Opus autem illi fuit nõ solum ip̄m hoiem punire: sed et si q̃s alius aut docuissꝫ ip̄m aut didicisset ab eo. Didicisse quidẽ a nullo inquit herbaꝫ sed cũ aliquãdo porcellũ ad quoddã suburbiũ duceret applicato ventre reposuisse penes herbaꝫ ip̄m et cũ post remouisset vidisse liquores sanguineos ex toto epate ad herbaꝫ defluẽtes Et hinc coniecturatus verisimileq̃ herba attraheret sanguĩeꝫ õdit alicui superuenientiũ hoim experientie grã vt aũt que sperauerat inuenit ad malũ vsus est in aliquo. Dixit aũt ꝙ nũq̃ ondisset alicui alteri homini herbam. hec dixit medicator ille ad plurimũ tortus. Preses aũt gentiꝫ qm̃ ẜm narrationẽ quã fecerat de herba valde mirtã inq̃t nasci vbiq̃ ligatũ oculos iussit ip̄m adduci moriturũ ne alicui intermedio ostenderet. Deinde galienus ibi sic soluit motũ dubium. Itaq̃ multa quidẽ optime visibile inueniri medicamina talẽ vtutẽ habẽtia vt mox a p̄ncipio attrahãt sanguinẽ: ſꝫ tacere rõnabile ip̄a sicut alia venenosa tacẽtur ab hoibus habẽtibus intellectũ.

¶ Omnis p̄terea euacuatio que est superflua ẜm plurimũ febrẽ generat. Cũq̃ vẽtris cõstrictio qui fluere solebat aliquã egritudinẽ possidere fecerit illius euacuatiõis reuersio ẜm plurimũ ip̄m medicabitur: sicut ab eo quem cõstrictio saniei auriũ aut mũcorum nariũ vertiginẽ possidere fecerit eiꝰ, reuersio ip̄am remouebit. Et scito ꝙ residuũ materiei dimittere qõ nccẽ erat euacuare minꝰ nocumẽtũ ẽ q̃ exq̃sitissime euacuare et ꝑuenire ĩ ip̄a ad hoc vt vtꝰ terreat̃: qm̃ multotiẽs nã hoc resoluit residuum.

¶ Ois p̄terea euacuatio ⁊c. Superius in initio scd̃e ptis capl'i p̄ntis dixit ꝙ intẽtio in oi euacuatõe ẽ vna q̃nq̃ rerũ: ⁊ iã declarauit q̃ttuor p̄mas ex eis. Nũc q̃ntã declarat in hac q̃nta ꝑticula que est de quãtitate euacuatõis. Et p̄mo agit de nocumẽto euacuationis supflue. Scd̃o de iuuamẽto reuersionis euacuatõnis que fluere solebat ⁊ restricta est ibi [Cũq̃ vẽtris] Tertio de cõparatione diminute euacuatiõis ad exquisitã ibi [Et scito] Quarto de casu in quo cõpetit euacuatio exquisita ibi. [Cũq̃ humor illius] Quĩto in q̃bus casibus competit euacuatio paulatiua ibi [Cũqꝫ alicuius] Sexto d̃ modis quibus euacuãt secessus vomitus ⁊ phlebotomia ibi [Et debes scire] Septimo de hoibꝰ quibꝰ minus competit euacuatio ibi [Minus itaq̃]

In p̄ma ꝑte dicit ꝙ q̃libet euacuatio supflua gñat febreꝫ ẜm plurimũ: q: cõmouet ⁊ exagitat spũs ⁊ hũores ⁊ deiicit virtuteꝫ taliter ꝙ eos regere nõ sufficit vñ inflãmãt spũs ⁊ fit ephimera vel putrescũt humores ⁊ gñant putridã. Et id potissime verificat d̃ euacuatõe supflua repẽtia ex pharmacia ꝓpterea ꝙ oẽ laxatiuũ ẜm plurimũ est calidũ et siccũ: vt ait ga. amph. p̄ma cõmẽto illiꝰ canoñ. In acutis passiõibꝰ raro ⁊ i p̄ncipiis pharmaciis vti. Et haly. 3. tegni cõmẽto illius cañ. Euacuatiões vo: ait. Plures medicine solutiue st̃ calide ⁊ sicce: q̃re addũt ⁊ inflãmat caliditas febris. Sed fluxus antiq̃ paulatiue facti sicut dyarie vel emorroydes: lꝫ supfluant raro febrẽ gñant. Signãter dicit ẜm plurimũ: quia q̃dam hoim sunt ita robusti ꝙ neq̃ febriũt neq̃ deiiciuntur sue virtutes vnica superflua euacuatione.

In scd̃a dicit ꝙ dũ cõstrictio fluxus vẽtris soliti genuerit aliquem morbũ reuersio talis fluxus sanat ip̄m vt in pluribus. Id ꝑ simile declarat in retẽtione fluxus saniei ab aure vel munci a naribus que cũ vtiginẽ possidere fecerit ꝓpter retentionẽ saniei vel materie mũcose corrupte in cerebro vel ꝓpe ip̄ꝫ reuersio talis fluxus vtiginẽ remouet. ¶ Attẽde ꝙ fluxus inueteratus ⁊ iam ꝯsuetudinarius effectꝰ siue vẽtris siue mẽstruorũ siue emorroidũ siue nariũ vl' auriũ vel oris vl' vlcerũ veterũ aut fistularũ corpus mũdificat a supfluitatibꝰ plurimis. Et lꝫ tandẽ debilitet ip̄ꝫ diu tñ p̄seruat a pluribꝰ egritudinibꝰ p̄cipue vtẽtes malo regimie. Et si cito restringat̃ sine rectificatiõe regimis ⁊ purgatõe corpis aliunde corpus inde egrotat. Iuxta illud hypo. ãpho. sexta. Emorroidas sanãti antiquas si nõ vna relicta fuerit ꝑiculũ est hydropisim fieri aut ptisim aut maniã. Videmꝰ etiã expimẽtal'r ꝙ sanati de fistulis antiq̃s vel cito intereũt vel grauius incurrũt incõmodũ. Retento igit̃ indiscrete aliquo tali fluxu inueterato ⁊ inde orto morbo reuocet̃ fluxus ⁊ sanabit̃ morbus si nondũ fuerit habituatus. Nam remota causa effectus remouetur.

In tertia dicit ꝙ in euacuatõe artificiali minus malũ ẽ aliq̃d relinq̃re de materia peccãte q̃ exq̃sitissime hanc euacuare: ⁊ i ip̄a euacuatione ꝑuenire ad hoc vt vtus terreat̃ q̃si deficiẽs vel sincopisans ex multa spũum resolutõe cũ eductione peccantiũ materierum. q: natura frequẽter resoluit supfluũ modicũ in corpe relictum post pharmaciã. ¶ Contra nõ pura corpa quãtũcunq̃ magis nutries magis ledes. amph. 2. Nihil g̃ impurũ in corpe relinquẽdũ est ne cibũ aduenientẽ inficiat ⁊ corrũpat. Iuxta illud ga. cõmento dicti cañ. Cibi subeũtes corpa nõ p̄us mũdificata a malis hũoribus corrũpunt̃ q̃ruꝫ q̃titas necesse ẽ vt augmentet̃ ⁊ qualitas nõ mutet̃. Iteꝫ amph. 2ª. Que relinquunt̃ in morbis pꝰ crisim subuersiones facere cõsueuerũt: g̃ a sit q̃ relinquũtur post purgatões subuersionẽ faciẽt. Iux̃ illud ga. in cõmento dicti cañ. Ois humor extraneus q̃ nõ de natura corporũ esse cõprobat̃ impossibile est vt nutriat ea: sed potiꝰ in putredinẽ mutat̃. Item natura nõ debet terreri ab euacuatõe exq̃sitissima materie peccãtis: imo alleuiari ⁊ bene ferre eam: cũ ꝑ hanc tollat̃ integre eius hostis. In his eñ que egerunt̃ nõ multitudinẽ cõsiderare opꝫ: sed quõ egerunt̃ et si q̃lia oꝫ purgari purgent̃: ⁊ confert ⁊ bene ferũt. amphorismorũ p̄ma. Et ga. in commẽto ait. Si tñ materia et causa egritudinis purget̃ infirmus quiescit leuius: sed si cum re naturali purgandũ admisceatur grauat̃ ⁊ angustiat̃ infirmus cũ sua deficit vtus: vnde nõ sua ex quantitate purganda mã ꝯsiderat̃: ſꝫ ex dicẽdis significatiõibꝰ. i. lenitate infirmi ⁊ q̃ete ⁊ nociuorũ excũtiũ q̃litate. Item modica materia corrupta putredine vel adustione cito se dilatat ⁊ inficit ꝓximas ꝓpterea iubẽt medici cãcros nõ incidi nisi radicitus et ex toto euelli possint. expedit igitur vt tota educat̃ materia corrupta q̃tum possibile est. ¶ Pro solutõe harũ obiectionũ dic p̄mo ꝙ si materia peccãs cõp̄hẽsa fuerit in viis expulsionis vel ꝓpe eas vt in intestinis vel in stomacho vl' in meseraicis ⁊ digesta fuerit atq̃ sequestrata a materiis vtilibus potest secure tota euacuari si vtus sit fortis tolerare potẽs euacuationẽ exquisitã. Nã cum materia sit paratissima ad exitũ ⁊ pharmacia sibi ꝓpte occurrẽs cuꝫ substãtia et vtute: ⁊ vtus fortis ad regulandũ euacuationeꝫ faciliter effluet cũ pharmacia materia peccãs. ⁊ h' ꝑsuadet tertia obiectio. Dic secũdo ꝙ si medico constaret materiã peccantẽ esse penitus irreducibilem ad benignũ et esse digestam ac separatã a bonis humoribus et in venis ip̄aꝫ cõtineri vnde facile educi possit ip̄a tota est exquisite euacuanda si virtus sit adeo fortis vt euacuationẽ talem faciliter toleret. Iuxta illud ga. 11. megategni ca. 2. Sicut in carne videmꝰ fieri ⁊ in pinguedine extrinsecus putrefactis quod putridũ est incidũt: reliquũ vo ne putrefiat ad frigidũ aerem suspendũt. Sil'r opꝫ nos intrinsecꝰ facere vt purgemus cõuenienter quod putrefactũ est siue cũ egestione vel vomitu vel cum sudore vel vrina ⁊ sil'ibꝰ. qõ aũt purgare nõ possumus coaptemus illud cũ refrigeratiõe quã impẽdere valemꝰ cũ cibis videlꝫ et potibus ⁊ tempato flamine. Et haly. 3. tegni commẽto illius canonis Quecũq̃ vo non toto gñe p̄ter naturã sunt: ait. Supfluitas est tribꝰ modis. Vna earũ est supfluitas ledẽs qualitate sua scꝫ qualitas cuiꝰ tñ egrediẽs est a natura: sicut sanguis quãdo calefit ⁊ facit febrẽ ephimeram: tũc intẽtio in medicatõe eius est reducere ip̄am ad compl'onẽ suam. Et secũda est supfluitas ledens quãtitate ⁊ qualitate sua simul Et hoc genus est egrediẽs a natura sicut sanies que generat̃ et aggregatur in quibusdã membris ⁊ spẽs oppilatiõis. Intentio ergo in hac est extrahere eã totã a corpe. Et ttia ẽ supfluitas ledẽs q̃titate sua tñ scꝫ q̃titas cuius est egrediẽs tñ a natura: et ẽ q̃litas eius ꝯueniẽs: tũc intẽtio in hac est extractio ꝑtis eiꝰ. Et id ꝑsuadẽt p̄ma scd̃a ⁊ q̃rta ratões p̄inducte. Dic tertio ꝙ si materia peccãs ẜm aliq̃d sui sit reducibilis ad benigum nõ est exquisite euacuãda. Iuxta illud ga. vndecimo megategni cap̄. 2. Rursus oportet te scire nõ sic putredinẽ esse in corpe viuo velut in mortuo. In viuo eñ corpore natura existit putredinem ad melius cõmouens: quare nõ est necesse totam putredinem auferri: sicut in exteriori carne facimus: vtus eñ digestionis actõe nature cõfortata q̃cq̃d de putredine remãsit optime coaptat. Item dicit haly ttio tegni cõmento illius cañ. Euacuatões vo. Quãdo euacuamus chimũ quod remanet ex eo expirat: qm̃ vtus tolerat illud qõ remanet ex chimo ⁊ incipit regere ip̄m. Dic quarto ꝙ cõiter ⁊ vt in pluribꝰ siue materia peccãs sit incorrigibilis siue reducibilis ad benignum tutius est infra subsistere q̃ simul ⁊ semel eam totam exquisite euacuare. maxime si multa fuerit et virtus non sit vehementer fortis. Impossibile est enim magnam fieri euacuationem velociter et vna vice etiam de materiis nociuis penitus inutilibus corpori q̃n magna cũ eis spirituum

In tertia dicit p̄mo ꝙ euacuatōes aliq̄ ministrant̃ interdū non gr̃a cure p̄sentis egritudinis: sed ſm modū p̄seruatōis a futura egritudie. Tali euacuatōne indiget ille cui ꝑ ꝑiodos podagricus morbus euenire solet aut epilentia: vel reliq̄ ab his vt mania ⁊ melēa in hora cognita: videlꝫ in certa quadra āni patiēti cognita per experimentū: ⁊ precipue in q̄dra v̇nali vel autūnali. Nam podagra ⁊ mania vere ⁊ autūno mouent̃ vt ī pluribus. Teste hypo. ampho. sexta Et ga. in cōmento ait. Passio podagrica maniaca ⁊ artetica mouētur vt plurimū in vere: humores em̄ liquefiūt in corꝑe in vere ⁊ ad debilia currūt loca de fortiorib⁹ locis. Aliq̄n etiā in autūno mouent̃ ī corꝑib⁹ quoꝝ mali humores ꝓpter fructus ī estate comestos adunant̃. Scđo dicit esse necessariū illi cui sic egritudo ꝑ ꝑiodos ꝯtingere solet vt se preseruet ante horā aduētus egritudinis ⁊ purget humores ex q̄bus consueuit talis nasci morbus: siue minutio sibi cōgrua sit ꝓpt̃ sanguis abundantiā: siue solutio vētris ꝓpter excessum alterius hūorū. His euacuationibus p̄seruatiuis ga. nos vti docuit amph. sexta cōmēto illius cañ. Quibuscūqꝫ phłotomia aut pharmacia cōfert ꝑ exēpla. 4. dicēs. Ego aūt cognosco quēdā cui ānuatiꝫ solet euenire mania si nō purget corpus. de quo mirat⁹ sum: q꞉ cū venire mania incipiat ab initio eā futurā cognoscit: ⁊ cū me vocauerit data purgatione q̄escit: si aūt tp̄s purgationis neglexerit manie future signa sentit. Silr̃ ⁊ q̄dā mulier cancrū habuit quā forti medicina purgaui cholerā nigrā expellēte. Et dei de singulis ānis cū pharmacia in vere: quā si neglexerit intus in loco cācri dolebat. Noui etiā quēdā cui leꝑ īiciauerat quā tñ cū phlebotomia ⁊ pharmacia curaui: cui postea suffecit in vere phlebotōia ānuatim et p̄termittēti signa apparebāt passionis. Semꝑ ḡ indigebat purgatione necessaria cholere nigre. Epilentie asmati minoratio est necessaria phlegmat̃: artetica calida de gn̄e cholere est: frigida đ phlegmatico. Noui aūt quēdā cui ꝑ singulas estates tertiana veniebat data ē huic pharmacia cholere purgatiua: ⁊ sic ꝑ multos annos cessauit tertiana. Medicabat̃ aūt in fine veris sibi sicut etiā cōueniebat huic hūori. In epilentia artetica et melācholica aliisqꝫ egritudinibus de humoribus grossis in initio veris pharmacia conuenit: hec galienus.

In quarta dicit ꝙ fortassis applicare corꝑi deforis medicinas desiccatiuas ⁊ abstergētes est euacuare seu euacuatōis mod⁹ ꝑ poros exteriores: sicut hydropici faciūt se balneātes in aq̄s marinis salsis vel sulphureis calidis vł se volutātes in arenis maris soli exposit̃ vł faciētes se fricari sale: vel intrātes furnū tolerabilis caliditat̃. ¶ Attēde p̄mo ꝙ ꝑn. ꝓ fortasse loquit̃. Primo q꞉ q̄dā ex desiccātib⁹ deforis adhibita magis replēt q̄ euacuēt: vt balneari in aq̄s aluminosis vł in aq̄s ferrat̃. Scđo q꞉ aliq̄ ex hūorib⁹ euacuādis nō sunt apta euacuari ꝑ exteri⁹ adhibita: vt hūiditates grosse viscose. Tertio q꞉ aliq̄ corꝑoꝝ vt ꝯtura compacta tali euacuationi ꝑ exteriora mīme sunt apta. ¶ Attende scđo ꝙ euacuantiū foras adhibitoꝝ quedā euacuāt sua actuali caliditate: sicut stuphe balnea aq̄ calide dulcis: calor solaris vel calor igneus. Alia sua vi subtiliatiua ⁊ aꝑitiua: vt auetū camomilla paritaria q̄ foris adhibita in decoctōe vini albi aut aq̄ subtiliāt hūores ⁊ educūt subtiliatos sub forma vaporis p̄aꝑtis ꝑ ea poris. Alia sua vi abstersiua: vt lixiuia vel vrina hoīs deforis adhibita ꝑ modū loture. Talia siq̄dē acute abstergūt terrestreitates q̄ claudebāt poros cut̃ ⁊ extrahūt ab eis humiditates: ⁊ aliq̄s siccāt sua siccitate potētiali. ¶ Atende 3° ꝙ huiusmodi euacuationes ꝑ exterius adhibita miro modo ꝓsunt in declinationibus totius morbi ꝑiodicaliū febriū: ⁊ in rigoribus ⁊ horripilatōibus ⁊ frigorib⁹ intercutaneis sine febre. Sepe em̄ vidi quartanas et tertianas declinare incipientes curari sola dorsi fricatione ex albo

vino calido decoctionis camomille.

In q̄nta dicit ṗmo ꝙ interdū necessariū est medico dare pharmaciā que sit sil'is ī q̄litate purgādo humori ⁊ curāde egritudini: sicut scamonea necessaria est in cura tertiane interpolate ad euacuationē cholere q̄ñ nō habet̄ pharmacia alia cholere eductiua frigide cōpl'onis q̄ peccantē cholerā euacuare sufficiat. Secūdo dicit ꝙ in isto casu misceri deb; cū pharmaco aliq̄d qđ diuersificet ipm ī q̄litate sic ꝙ ipm rep̄mat veluti ꝯtrariū suo calori ſ; nō ipediat imo coadiuuet in soluēdo ventrē et purgādo humorem euacuandū: vt in casu dicto citrinos addim' myrabolanos qui frigidi sunt ī p° ḡdu: scamonee calide in tertio gradu. Ordinet̄ ergo pharmacia taliter. ℞. myrabolanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. ß. dissoluant̄ in. ʒ. 4. seri capni: deinde addant̄ dyagredij masticis tritoꝝ aā. grana. septē. ß. dosis Nam ex tali mixtura ꝓhibet̄ pharmacū ne cholerā inflāmet ⁊ febrem incēdat. Tertio dicit. si malitia cōpl'onis acciderit ex admistratōne talis pharmacie: q: post mixturā declinat adhuc ad caliditatē: ⁊ cholera ꝓna est incēsioni: ⁊ calor innat' inflāmationi ꝓpter febrē ⁊ putredinē; emendet̄ hec malitia complexionis cum sirupis ⁊ electuarijs infrigidatiuis: ⁊ cibis ⁊ potibus: vt lactucis ptisana.

Quādoq; etiā necesse ē te dare medicinam que sit ex genere euacuādi humoris in qualitate sicut ē scamonea que ē tibi necessaria ad euacuādum cholerā rubeā. Ei igit̄ admiscēdum est illud quod ipā; in qualitate diuersificet: ⁊ in ventrē soluendo cū ea cōueniat: ⁊ ipām ab euacuatōne non prohibeat sicut myrabolani. Et emēdet̄ cōplexionis malitia si post acciderit. ¶ Habentiū quoq; in interioribus apostema ventrē soluere est difficile ⁊ facere vt vomāt. Quod

¶ Habentiū ꝗ̄c. In hac ꝑticl'a q̄nta ṗmo agit de difficultate solutōnis tam ꝑ secessum q̄ ꝑ vomitū si sit in interioribus apa. Scōo de euacuatiōibus ministrādis f'm habitudinē corꝑis auc̄te hyp. ibi [Hypocras] Tertio de ṗparatiōib' faciēdis ante solutionē ventris ⁊ vomitu; ibi [Verūtñ anteq̄] Quarto de difficultate solutōis ventris et vomitus ex macredie ventris ibi [Amplius vētris]

In ꝑte ṗma dicit ꝙ difficile est soluere ventre; habentiū apostēa in interioribus corꝑis sc; in regione vitaliū ⁊ naturaliū mēbroꝝ: ⁊ maxie in regione nāliū. Et etiā difficile est facere vt ipi vomāt. maxie si illud apa fuerit ex calidis: vt phlegmō herisipila vl' cācer. Primo: q: omē tale apa cōcomitat̄ cōtinua febris debilitās nā;: ita vt vix sustinere possit ⁊ regulare pharmacie opus. Scōo q: pharmacia suis caliditate ⁊ siccitate attractiua cōmotione febrē auget: ⁊ apa vehemēter irritat. Tertio q: in solutōe ventris postq̄ pharmacia traxit hūores ad intestina musculi vētris: ⁊ dyafragma totū ventrē cōprimūt: sicut due man' ad expulsionē humoru; vnde comṗmit̄ locus apat̄ ⁊ dolor auget̄. In vomitu vō mēbra pectoralia multū laborāt agitatōe stomachi ysophagi ⁊ dyaphragmat̄: ⁊ sil'r mēbra nālia cōpssione musculoꝝ vētris. Scōo dicit ꝙ si fuerit necc̄riū hn̄ti apa in interiorib' soluere ventrē danda est sibi pharmacia suauis sc; vna. 4. h narratarū: aut alia sibi sil'is. Prima ē volubilis. de q̄ dicit iañ. suꝑ v̄bo lebleb. Lebleb arabice volubilis latine: q̄ mlt'as h; sp̄ēs. Verū in syria ⁊ egypto vocāt hoc noīe quādā volubilē quā minorē dicimus: q̄ nascit̄ vbiq; ⁊ in vineis ⁊ in locis cultis habēs lac: ⁊ est de facilioribus laxatiuis: ita ꝙ dat̄ in febre acuta. Et mesue in simplicibus ait ꝙ volubilis asꝑa est lupul': ⁊ educit de cholera citrina aliquā rē et mūdificat sanguinē ab ea: ⁊ clarificat ipm ⁊ sedat inflāmatiōe; eius. ⁊ affert ei iuuamentū magnū infusio ipius in aq̄ casei: ⁊ sirupus eius remouet icteritiā. Et o q̄ parū vtunt̄ admistratōe eius medici nr̄i tēꝑis cū sit medicina bōa. Et ipa quidē ⁊ succus eius cū sanich hordei sanat dolorē capitis calidū ⁊ cōfert calefactioni stomachi ⁊ epat̄. Et sirupus eius etiā confert febrib' cholericis ⁊ sanguineis valde. Et potio infusionis eius in aq̄ casei est circit̄ lib. i. hec ille. Scōa est semē croci hortēsis quod cartam' dr̄. de quo dicit mesue ca. de eo ꝙ est calidus in ṗmo ḡdu siccus in scōo: ⁊ est tarde ⁊ debilis solutiōis. Et dixit ga. decoquat̄ medulla eius in iure galli vel gallinarū cū sp̄ēbus ⁊ ꝓpinet̄ vbi o;. Ter' ē apozima. i. decoctio radic; polipodij. de quo dicit mesue capl'o de eo ꝙ eius oꝑatio est debilis ⁊ tarda: ⁊ ꝙ solutōe educit cholerā nigrā cū facilitate ⁊ phlegma grossum ⁊ muscilaginosum: ⁊ coquit̄ cu; iure galloꝝ vel gallinarū ⁊ fit solutiuū bonū. Quarta est medulla casiefistule. cui' dari pōt. ʒ. i. in potu. dissoluta in tribus vel. 4. ʒ. seri capni: ⁊ ista ē suauior ceteris. Pharmacie vō q̄ similant̄ his sunt dyaprunis māna tamarindi. ¶ Sed q̄ret aliq̄s ad quid dant̄ pharmacie in apatib' interioꝝ: cū materia hoꝝ iā icuneata mēbro nō possit ab his euelli. Dic ꝙ propter tria. Primo vt materia adhuc fluens ad apa pharmacia purget̄. Scōo vt aliq̄d ex materia cōtinue febris cōcomitātis apa euacuet̄. Tertio vt educāt vir' qđ cōtinue refudat ab apate interioꝝ. Iux' illđ ga. 13. megategni capl'o. 12°. Si interiora mēbra apa habuerit quida; sudor veluti colamētū ab eis excludit̄ q̄ aliq̄ñ palā habēt viā vel cōcauitatē q̄bus ab eis egredit̄: sic stomachus et ꝯcauū epatis ⁊ splen. Nam colamentū horum mēbroꝝ fluit ad intestina. Et gibbus epatis mādat colamentū suum ad renes: ⁊ renes ad vesicā ⁊ purgat̄ cū vrina. Pectus aūt nō habet viā q̄ fluat suū colamentū: ꝓpter hoc cū intrinsecus in eo apostema habuerit ⁊ sudauerit in pectoris spacio: sudor ille coadunabit̄: et vsq; ad pulmonē veniēs sua subtilitate vsq; ad pulmonis suorūq; cannaliū penetrat interiora ⁊ cū screatib' excluditur.

si necessariū fuerit da eis quod sit sicut volubilis ⁊ semē croci hortensis et apozima polipodij et casiafistula et his sil'ia. Hypocras quoq; inq̇t Qui fuerit macer ⁊ fuerit nature cui vomere sit facile melius erit in mundando ipsum vt ad vomitum adducatur: et vt sit hoc in estate aut vere aut autumno et non in hyeme. Ei vero qui mediocris fuerit figure cōuenientior est ventris solutio. Qđ si sibi euacuatio que fit vomitu necessaria fuerit vsq; ad estate; expectet.

In scōa dat. 4. regulas auc̄te hypo. circa euacuatōnes ministrādas circa habitudinē corꝑis. Prima ē. melius ē ad mūdificationē macroꝝ facile vomentiū ꝓuocare vomitū q̄ dare pharmacum solutiuū vētris. Et ꝓuocatio vomit' in talib' fieri d; ī estate vere vel autūno: ⁊ nō in hyeme. Hec nos ṗdocuit ṗmas nr̄ hyp. ampho. 4. Graciles (inq̇t) ⁊ facile vomētes suꝑius purgare timētes hyemē. Vtriusq; cām reddit ga. in cōmēto dicēs. Macillentis cholera rubea dn̄at̄. si aūt facile vomāt fit certius. his in hyeme hūores s't coagulati ī iteriorib' corꝑis. Et paulo añ docet hyp. purgare q̇dē estate suꝑiora: hyeme vō iferiora. Et ga. i cōm̄to ait. Cholera nāq; ī estate regnat: q̄ qm̄ ignea ⁊ leuis ē sp̄ suꝑiora petit. purget̄ ḡ in estate ⁊ autūno ꝑ suꝑiora: ne forte ab hac diffi pēt̄ mēbra. In hyeme vō nō: quia tūc cholera min' abūdat ⁊ frigore hyemis vie cōstringunt̄: ⁊ hūores inspissant̄ magis ⁊ inhabilitat̄ ad motū. ¶ Attēde ꝙ facile vomentes sunt hi q̇ habent nāl'r orificiū stomachi debile ⁊ fundū fortē ⁊ hysophagū latu; ⁊ pectoralia fortia. vel q̇ ista acq̄siuerūt in ꝓcessu tp̄is. vel q̇ sibi cōsuetudinē fecerūt facile vomendi ex frequētia vomit'. Et hi q̇b' cholera vel ali' humor mordax ⁊ acutus ad os sui stomachi frequēter affluit. Scōa regl'a est. solutio vētris plus vomitu conuenit hoī figure vl' hītudinis de se mediocris: q̄ sc; neq; ē crassus neq; macer cū forti excessu. Id mēorat hyp. ampho. 4. sed addit ꝙ talis difficile vomat: ⁊ ꝙ sibi caueat a solutōe vētris in estate. Ait ei ibi. Difficile vō vomētes et medie carnosos iferi' timētes estatē. Et ga. in cōmento ait. Si facile vomētes ⁊ macillētos o; purgari a suꝑioribus ⁊ hoc in vere: estate q̄; ⁊ autūno fit: solā aūt hyemē est caueri. tūc ⁊ medie carnosos ⁊ difficile vomētes ab inferiori necesse est purgari. Prohibet̄ aūt tp̄e estiuo vēter ei solui q: sub cane est: ⁊ añ canē moleste sunt pharmacie: vt ait hyp. ibi. Tum ꝓpter debilitatē v̄tutis: tū q: calor aeris nos ꝯtinētis trahens hūores ad exteriora pharmacie opus impedit: tu; q: facile solutio vētris tūc cōuertit̄ ad dysinteriam: eo ꝙ tūc tp̄is cholera abundat cuius acumīe vna cū acumine medicine intestina leuit̄ excoriant̄. Tertia regl'a est. si vomit' necessari' fuerit homini mediocris habitudinis differat sumere medicinā vomicam vsq; ad estatem. Iuxta illud ga. quarto amph. cōmento illius canonis: Difficile vero vomētes ⁊ medie carnosos inferius. Et si indigēt a superiori soli estati erit attribuendū: ⁊ alia tēꝑa sunt cauenda ¶ Contra dicit galienus cōmento illius canoñ. Sub cane ⁊ āte canē moleste sunt pharmacie hoc tp̄e est calidissima natura temporis non valens sustinere purgationē vomitus vel solutionis. plurimi enim inde incidunt i febre;. Item quia virtus deficit ex nimietate caloris que datis potionib' multo magis debilitaret

Ab ipō tamen sibi caueat cū eo non indiget. Uerūtamen anteꝗ̄ ventris fiat solutio aut vomitus p̄mittenda est humoris subtiliatio q̄ est euacuā dus ꝛ amplificatio canaliū, ꝛ ipsorū apertio: qm̄ hoc est ex eo quod corpus a pena securū reddit. Et scito ꝙ facere nature cōsuetudinē lenitatis et obediētie ei quod vis ex solutōne vētris ꝛ vomitu facili anteꝗ̄ medicina detur: aut vomitus est ex regiminibus aperiētibus. Ampli' vētris solutio ꝛ vomitus cū macredine ventris est difficilis ꝛ laboriosus ꝛ timorosus. ¶ Medicina quoqꝫ vomitū faciēs quādoqꝫ fit vētris solutiua cū stomachus fuerit fortis: aut bibita fuerit sup forte famē: aut q̄ eā bibit habuerit passionē cholericā ꝛ nature lenitatē: aut si vomere nō cōsueuerūt: aut si medicina in sua substātia grauis fuerit ꝛ velocis descēsionis.

Dic p̄mo ꝙ ga. ibi loquit̄ de vomitu ꝓuocato cū vomico forti et violento q̄lis est ille qui ꝓuocat̄ ex elleb oro albo: et de vomitu q̄ fit hora electōnis nō hora necessitat̄. Et p̄nceps hic nō de tali loquit̄. Dic scōo ꝙ homini mediocris habitudinis sola estate sua detur vomitus; q2 tūc tp̄is abūdat in eo cholericus hūor aptus vomitui. Nō sic ī ātpibus aliis: sed sanguis vel phlegma. Dic t̄tio ꝙ euacuatō p vomitū pōt eē necessaria homini mediocris habitudinis: q2 abūdat in cholera vel ꝑpter regimē calidū ꝛ siccū vel ꝑpter tp̄s vl' ꝑpter regionē in q̄ hitat: ꝛ disposit' ē ad dysinteriā ex debilitate suoꝝ itestiorum: vel ex multa cholere ꝓfluxione ad ip̄ius itestina: quare nō potest sine piclo deduci cholera p inferiora: vel q2 ḡuat̄ emorroidib' aut tenasmone. Quarta regl'a est. caueat sibi homo mediocris habitudinis a vomitu cū nō indiget eo: q2 stomachū debilitat pectus opp̄mit ꝛ visui nocet. ¶ Attēde ꝙ p̄n. nō intēdit hic ꝓhibere vomitū leuiter cōmotū p cibos aut potus quoqꝫ mēsebis quē suadēt hypo. ꝛ ga. sed ꝓuocatū cū vomico forti: sicut elleboro non egente corpe: p̄cipue tp̄e estiuo dū virtus plurimū debilitata est et resoluta vehementi estu.

In tertia tāgit tria q̄ p̄mittēda sunt exhibitōi pharmacie vomice vel secessiue. Primum est subtiliatio humoris euacuādi si grossus fuerit: ꝛ eius incisio si fuerit viscosus: ꝛ ingrossatio si fuerit subtilis imoderate. Per hoc ei cedit apte ꝛ facil'r pharmacie trahenti ꝛ v̄tuti nitenti ip̄m expellere. Scōm est aptio ꝛ dilatatio canaliū p quos hūores transituri sunt ꝛ expellēdi. Per hos enī libere defluūt hūores ad loca p que debēt foras eiici. Tertiū est ante exhibitionē pharmacie facere nature cōsuetudinē lenitat̄ et obediētie. i. ventrē reddere lenē mollē ꝛ obedientē facili vomitui: vel facili solutioni vētris quā intēdis. Et hoc est ex regiminibus apiētibus siue aptātibus vias expulsionis ad faciles expulsiones. Nam vie lenificate facil'r extendunt̄ ꝛ p eas velocit' lubricant hūores purgādi ꝛ tam v̄tus pharmaci ꝙ l̄ba libere ꝑtrāsit. Hui' snie memīt hypo. amph. scōa dicēs. Corpa vbi q̄s vult purgare oꝫ fluxa facere. Et gal. in cōmēto ait. Multi medicoꝝ fluxa facere arbitrati sūt vt vomitu purgādos ātea vomitui p̄parem' cū aq̄ calida ꝛ hūidis ꝛ fastidiosis cibariis: ꝛ sic tādē medicinā dare. Quib' vo pharmacia dāda ē vētres mollianc̄: vt veni̇t ad laxatōeꝫ p̄pet̄. Sꝫ tn̄ h̄ nō vult itētio hyp. sꝫ hic magis aliud necessarium posuit: quod mult̄ multotiēs ꝓbauim' expimēt̄. Sub[illegible]iliandi em̄ sunt hūores grossi ꝛ viscosi pori apiēdi quibus valeant currere ꝛ medicamibus expelli: ꝛ extrahi facile tēpata medicina qua nō ꝯturbet̄ natura: hec ga. Cōsequēter subdit incōueniētia ꝯtingētia ex omissione harū p̄parationū: dicens. ꝙ q̄ neglexerit et ad medicinā tm̄ intēderit humores dissolutos ꝛ angustiosos reddit: ꝛ cū nimiis torturis defectōibus q̄ꝫ et v̄tiginibus mult̄ ꝛ ꝯpulsibus inordinat̄.

In q̄rta dicit ꝙ in habētibus ventrē macrū seu multū tenuē solutio vētris et vomitus cū pharmacia sunt difficiles laboriosi ꝛ timorosi. Difficiles quidē: quia venter macer et extenuatus est plurimū debilis exāguis ꝛ excarnat' vix sufficiēs expellere hūores quos ad eū traxit pharmacia abūde. Laboriosi vo: q2 vēter macer nō est armatus sufficiēti pinguedine cōtra acumē medicie. ꝛ nerui ip̄i' sunt discoopti: vn̄ facillime patit̄ dolores ꝛ torsiones tā ex acumine pharmacie ꝙ ex acumie humoꝝ ad ip̄m tractoꝝ. Timorosi aūt. q2 si ex acumine medicine sibi supueniat excoriatio aliq̄ vix sanabit̄ ꝑpter debilitatē v̄tutū naturaliū in macro vētre p̄cipue nutritiue v̄tut̄. Hanc sentētiā quo'ad solutionē vētris p̄meminit hyp. ampho. 2. dicēs. In omnibus egritudinibus ea q̄ sunt circa vmbilicū ꝛ pectinē spissitudinē habere melius est: nimis vo tenue ꝛ tabefactū malū. aptū vo huius scꝫ vēter spissus ad inferiorē purgationē. Et per ꝯ̄riū cōcludi potest ꝙ vēter tenuis ꝛ tabefactus est ineptus ad hanc. Uel legat̄ in ampho. hyp. Ineptū vo huius ad inferiorē purgationē et referat̄ ad tenue ꝛ tabefactū: vt ga. in cōmento inuit: dicens. Si em̄ macri sunt vētres refrigerari necesse est ꝛ nō bene digeri q̄bus inferiorem purgationē difficilē esse dixit ꝛ bene. Sub pectore em̄ membra si nō fuerint fortia vt sunt purgādoꝝ adiuuamēta magna faciūt nocumēta. Sed querendū est inq̄t quare inferiorē dixit ꝛ vomitus purgationē reticuit cū sil'r piculosus sit vomitus. In oībus em̄ vomitū piclosū esse pꝫ. inferior autē occultatior atqꝫ minor. Cū ergo sit hec cauenda multo magis altera: q̄si dicat si solutionē ventris in vētre tenui ꝛ tabefacto hypocras prohibuerit a fortiori vomitum qui violentior motus est prohibere voluit.

¶ Medicina quoqꝫ ꝛc. In hac particula sexta p̄mo agit de causis ob quas pharmacia vomica fit secessiua. Secūdo de causis ob quas secessiuum pharmacū fit vomicū ibi [Et vētris solutiua] Tertio de nocumētis prouenietibus ex pharmaco solutiuo recepto quod non soluit: vel soluit immaturū ibi [Omnis preterea medicina]

In p̄ma parte dat q̄nqꝫ causas ob quas pharmacia vomica fit secessiua. Prima est fortitudo stomachi in quo recipitur. Nam medicina vomica vomitum prouocat debilitādo: conturbando: et subuertendo stomachum et trahendo ad ipsum superfluitates. Iuxta illud mesue capitulo secundo prime intētionis suorum simplicium. Educūt autē per vomitum quecūqꝫ de proprietate habent: vt stomachum superius debilitent. Deinde morātes in ipso attrahunt ad ipsum ab epate ꝛ intestinis et membris aliis: et generant in ipō agitationem cum subuersione. Deinde contra motum v̄tutis naturalis continuatur eius motus expellendi per os. Sed stomachus fortis non leuiter patitur hec sibi ingeri a pharmaco vomico: immo inq̄nātū potest deorsum expellit et hoc et humores per ipsum attractos qui proniores sunt deorsum repere ꝙ sursum ascendere. Iuxta illud mesue ibi. Et repere ad intestina est illud quod ē ſm plurimū. Et illud est propter sex res. Prima est. quoniā declinatio materierū plus est ad inferiora. Secunda est. quoniā ductus ꝛ vie in quibus membra superfluitates expellūt plus ad intestina ꝙ ad stomachū redūdant. Tertia. quia intestina fecit natura esse membra expulsionis et nō stomachum. Quarta. qm̄ melius est vt natura ad ignobiliora ꝙ ad nobilia mēbra trāsmittat. Quīta. quoniā melius est vt ex propinquioribus ducantur viis. Sexta. quoniam si ad stomachum repat materia: decentius est illam ad intestina descendere ꝙ ad mery. Uirtus enim naturalis inferiorem stomachi portam expulsioni: attractioni vero meri decreuit non expulsioni: hec ille. Secūda causa est cum medicina vomica bibita fuerit super fortem famem: tunc enim stomachus se claudit super eam et conatur eā digerere et vti ea veluti cibo: et membra famelica trahunt ip̄am ad inferiora que veniens ad intestina trahit illic humores et conturbat: pūgit ac stimulat ea mouens ad secessum. Per hunc enim modum fit medicina ventris solutiua. Teste mesue vbi supra dicente. Per ventrem autem educunt medicine quecūqꝫ in stomacho manentes: attrahunt ab epate et membris humorem quē attrahere est eis proprium ad intestina: faciuntqꝫ in ventre perturbationem. Deinde iuxta modum exigentie virtutis naturalis continuatur eius motus expellendi ad inferiora per anum. Tertia est. cum bibens medicinam vomicam habuerit vel habere consueuerit passionem colyricam: vel lenitatem nature id est ventris. Et est colyrica passio motus materierum corruptarum non digestarum ad separationem ex via intestini redeuntium ad ipsum a corpore ſm acuitatem ꝛ laborem expulsiue: vt ait princeps tertii decimasexta tractatu primo capitulo secundo. Habens enī vel habere solitus hanc passionem est debilium intestinorum facile recipientium superfluitates: quare ad ea confluunt humores attracti per pharmacū vomicū: vna cū pharmaco natura nitēte et plus assueta eo cētia mittere ad inferiora. Quarta est cū dat̄ nō ꝯsueto vomere. In talib' em̄ nā abhorret vt os efficiat officiū ani qđ deputauit itroductiōiciboꝝ nō eductioni supfluitatū. Quīta ē. si medicina vomica grauis ī l̄ba fuerit ꝛ cito labat̄ ḡuitate ip̄ius ad inferiora: sicut es vstum quod

illinitū palato ꝓuocat vomitū:⁊ bibitū cū oximelle sua ꝗuitate velocit̄ descēdit ad inferiora:⁊ soluit aquā citrinā extrahēs ipam absq; nocumento:vt ait ꝑn.2°.huius ca.de ere. ¶ Attēde ꝙ ebemesue capl'o scđo ꝑme intētiōis suoꝝ simpliciū fere easdē causas sub alia serie reddidit: q̄re pharmacia vomica fit secessiua dicēs.Et vomitiuā quoq; inuenim⁹ ventris solutiuā ꝓpter tria.Primū est si medicina ipa in se sit velocis descensionis aut sit cum admixtione nō facientis delectationem. Scđm vo est. si fuerit medicina exhibita ei qui stomachuꝫ habet fortē: aut q̄a suscipit eā sup famē vehemētē qñ stomachus est inanit⁹:aut

Et ventris solutiua facit vomituꝫ propter debilitatē stomachi aut propter multā fecis siccitatē:aut ꝓpterea ꝙ medicina abhorret̄:aut ꝓpterea ꝙ bibitor fastidium habere solet.

Omnis p̄terea medicina q̄ ventris est solutiua que nō ipsum soluit:aut soluit sed nō id quod est maturū mouet humorē queꝫ deberet soluere: et

quia lenitatē nature hꝫ.Tertiū ꝗ est intētionis distractio ad alia ꝓpt̄ res delectātes exteriores:⁊ q2 natura oīa regulās facere decreuit sapientius de re vomitiua solutiuā:hec ille.

In scđa dat.4.causas ecōtrario ꝓpter quas pharmacū vētris solutiuū fit vomitiuū.Prima est debilitas stomachi maxime oris eius:ob quā nō sufficit pharmacū assumptū vna cū hūoribus ꝑ ipm attract̄ inferius pellere:sꝫ irritatus ab vtrisq; simul cogit̄ vomere p̄cipue si fundus eius sit fortis ⁊ plurimum cōstrictus. Scđa est multa fecū siccitas q̄bus oppilant̄ intestina ꝗssa q̄re neq; pharmacū neq; mali hūores ꝑ ipm attracti descēdere possunt ad inferiora:sed regurgitātes tēdūt supius v̄sus stomachū ꝓuocātes vomitū.Tertia est ꝓpterea ꝙ assumēs medicinā secessiuā abhorret eā. Tūc ei stomach⁹ eā nō amplectit̄:sed toto posse reijcere q̄rit:ꝙto ꝑus ⁊ breuius pōt sua v̄tute nāli expulsiua etiā si nō dictet ꝯriū.Quarta est cū bibitor fastidio freq̄nter affici solet.Nam fastidiū media semita ē ad vomitū cibo2:quāto magis ad pharmacie vomitū q̄ plus cibo irritat.Adde si vis q̄ntā scꝫ cōsuetudinē facile vomēdi.Et adhuc sextā puta leuitatē pharmacie accepte:⁊ vnctuositatē q̄ natat in stomacho superius tendēs. ¶ Attēde ꝙ ebemesue altero ordine ⁊ altero nūero vbi supra reddit causas quare secessiuū pharmacū vomicū fit:dicēs.Causa aūt huius qñq; est ꝓpter dispōnē medicine:qñq; ꝓpter dispositiōeꝫ que est in suscipiēte:qñq; ꝓpter dispōnē cōtingentē sup vtrisq;.Horuꝫ aūt ꝑmū est.si medicina ē earū q̄ supnatāt stomacho:aut earū q̄ nimis abhorrēt̄: aut q2 est earū ē q̄ ꝑturbationē ⁊ agitationem faciūt nimiā. Scđm est exhibitio pharmacie sup stomachū debilē:aut exhibitio ei⁹ ei qui siccitatē fecū adherētiū intestinis patit̄:aut hꝫ canaliū ⁊ ductuū expulsionis coartationē.Et qñq; ē cā ei⁹ ipet⁹ vētositat̄ sublimāt̄ corp⁹ medicine.Tertiū vo est cōmotio corꝑca aut aīalis sup pharmaciam et fetor ⁊ aspectus rei abominabilis et similia:hec ille.

In tertia dicit ꝙ oīs pharmacia solutiua vētris interius sumpta q̄ nō laxat ventrē vel si laxet eū nō soluit maturū seu digestū humorē cōmouet humorē quē deberet soluere ⁊ sibi attrahere dilatans ipm siue dispgens hincinde in corꝑe:q̄re corpus supat ⁊ naturā vincit qua regi deberet.et alij hūores cōuertunt̄ ad ipm q̄re hūor iste multiplicatur in corꝑe adauctus. ¶ Attēde ꝑmo ꝙ sex sunt cause p̄ncipales ꝓpt̄ quas pharmacia exhibita nō soluit:vt ait mesue ca.ꝑmo tertie intētōis suorū simpliciū dicēs.Si medicina solutionē nō fecerit aut fecerit tardā fit illud ꝓpter debilitatē v̄tutis nō valētis opari in medicinā:q̄re nec ea in ipam:aut ꝓpter ventositatē grossam subleuantē corp⁹ medicine: aut cōculcantē in occult̄ vacuitatib⁹ ⁊ poris:⁊ fit cā ad febris putrefactionē ⁊ sincopim ⁊ mortē festinā:aut q2 expulsiua debilitat̄:aut ꝓpter oppilationē ⁊ cōstipationē in vno ex canalib⁹ expulsionis:aut propter materie inobedientiā ad expulsionē q̄re fit cōmotio ⁊ agitatio in ea ⁊ nō expellit̄:imo dilatat̄ ⁊ multiplicat̄ in corꝑe:aut q2 medicina debilis est in se ⁊ remissa in oꝑe suo.Et remedia ꝯtra hec refert ibi mesue: ⁊ dabit ꝑn.c.8.istius quarte fen. ¶ Attēde scđo ꝙ pharmacia assūpta soluens ventrē:sed nō soluēs illud quod est maturū difficult̄ soluit ⁊ laboriose:necnō diminute magis cōturbās hūores peccātes ⁊ totū corpus ꝗ eos euacuās: ꝓpterea ꝙ p̄paramēta ad eam nō p̄cesserūt q̄ ꝼm veritatem corpus a pena securū reddūt ⁊ sunt ꝓprie.4.Primū est adeq̄tio materie euacuāde. Scđm est canaliū ⁊ ductuū necessariorū p̄paratio Tertiū est facilis nature obediētia. Quartū est cōsuetudo lenitat̄: vt ait mesue in ꝓemio tertie intētionis suoꝝ simpliciū.Adde si vis alias causas:vt celū sinistrū seu horā nō electā:neq; ꝓpiciā ad euacuationeꝫ vel diminutionē dosis vel diuersionem nature ad alia:vel alia de foris

occurrētia:sicut terror:ira:frigus aut vētus intima penetrās:calor dissoluēs:sepelire pharmacū in cibo ⁊ potu ⁊ his silia. ¶ Attende t̄tio ꝙ pharmaciarū nō soluentiū quedā parū nocēt:imo quasi nihil:q2 vincunt̄ a v̄tute corꝑis ⁊ fiūt cibus:alie nocēt nocumēto plurimo:quas nec v̄tus vincere sufficit nec eas regere:sꝫ succumbit eis Iuxta illđ ga. tertio simplicis medicie.c.20. Et ꝓpter illud quod iā narraui fit ꝙ de medicis solutiuis qñ nō soluūt sunt q̄dam q̄ cū hoc ꝙ non nocent corpori fiūt cibus:⁊ quedaꝫ

dilatat ipm in corpore.superat ergo corpus et cōuertunt̄ ad ipsuꝫ humores alij:quare humor iste in corpore multiplicat̄. ¶ Ex humorib⁹ quoq; ē qui est velocioris obediētie vomitui ꝼm plurimum sicut cholera:et ex eis est qui vomitui rebellis existit: sicut melancholia:⁊ ex eis est qui int̄ hoc et hoc est medius sicut phlegma.

que alterant̄ ⁊ cōuertunt̄ ad dispōnē que corrumpit ⁊ interficit Et de istis secūdis loquit̄ hic ꝑn.dicens.ꝙ mouēt humorē queꝫ deberēt soluere ⁊ dilatāt ipꝫ in corꝑe:supant ergo corpus.Lꝫ em̄ possint humores mouere ꝯturbando ⁊ agitādo nō tm̄ valēt hos foras educere ꝓpter defectū directōis v̄tutis ab eis ꝓstrate.Istius modi sunt turbich nigrū ⁊ agaricus niger ⁊ durus ⁊ coloq̄ntida singularis in plāta sua. ¶ Attēde quarto circa hoc ꝙ dicit p̄nceps.Et cōuertunt̄ ad ipm humores alij. ꝙ dupl'r illud intelligi potest.Uno modo sic ꝙ humor cōmotus ꝑ pharmaciā ⁊ nō eductus alios humores in sui naturā trāsmutans cōuertat:vt si cholericus vel adustus fuerit cholerā fiet sanguinē vel adurat ipꝫ Alio modo sic ꝙ sibi imisceat alios hūores ⁊ ināliset nō trāsmutans eos s̄bal'r:vt si phlegma fuerit cōmotus humor sibi imisceat cholericos hūores vel sanguieos inspissando eos ⁊ ꝓhibendo ab vlteriori digestione.Et ꝑ istos modos maxime ꝑ ꝑmū crescit in corpore seu multiplicatur commotus humor.

¶ Ex humoribꝯ ꝗ ⁊c. In hac ꝑticl'a septima ꝑmo agit de obediētia ⁊ rebelliōe hūoꝝ secessui ⁊ vomitui.Scđo de corꝑib⁹ dispositioribus ad fluxum ventris ibi [Et febrē quidē] Tertio de ieptitudine vomitui ibi [Et cui⁹ humor]

In ꝑma ꝑte tangit hanc diuisionē. humoꝝ quidā sunt obediētie velocis vomitui ꝼm plimuꝫ sic cholera:alij sūt iobediētissimi sibi sicut mel'ia:alij medij iobediētia ⁊ rebellione sicut phlegma. Hac de cā iussit hyp.amphor. quarta purgare estate supiora ⁊ graciles ac facile vomētes purgare supius:q2 dñat̄ et supabūdat i istis cholera.⁊ melacholicos inferius purgare:q2 abūdat in his mel'ia. ¶ Sed ꝯtra.in pharmacijs talia oꝫ educere a corꝑe qualia ⁊ spōte veniētia vtilia sunt que vo cōtrarie veniētia vtilia quiescere: vt affirmat illic hypo. Sed spōte ⁊ natural'r mel'ia sursuꝫ defluit ad orificiū stomachi suscitās ibi appetitū ⁊ cholera deorsum ad intestina ꝑ eis abluēdis.Iuxta illud ꝑn.ꝑmi ꝑma doc.quarta ca.1.Et quēadmoduꝫ illa cholera rubea postrema v̄tutē euigilat expulsiuā inferius: sic et ista cholera nigra postrema v̄tutem appetitiuā euigilat superius.Uidet̄ ergo mel'ia aptior vomitui:cholera autē secessui. Item phlegma videt̄ ineptissimuꝫ vomitui:tum q2 inferius sua grauitate tendit.tum q2 adheret sua viscositate vijs ꝑ q̄s trāsit. Item cholera sua subtilitate ⁊ acuitate facile imbibit̄ ⁊ infiltrat̄ substātie stomachi: ⁊ ñ ibibita facile spgit̄:ita vt expulsiua nō valeat satis circa eam figi:quare nō facile vomitui obedit. ¶ Ad primū dic ꝙ lꝫ cholera naturalis ex destinato ⁊ ordinatione nature inferiora petat ⁊ melāc̄holia naturalis superiora ꝓpter causas dictas:cholera tamen nō naturalis pharmacia purgāda q̄a ignea ⁊ leuis est semꝑ superiora petit:vt ait ga.4.ampho.commento illius canoñ.Purgare si quidē estate.Purgetur ergo in estate ⁊ autūno ꝑ superiora ne forte ab hac dissipentur membra Melancholia vero excedēs inferius quidē educēda est:quia humor grauis est:vehemētius quidē:quoniā et glutinosior est.Est em̄ fex aliorum humoꝝ:vnde solus portat corruptionē omniuꝫ aliorum humoꝝ:vt ait gal'.amphorismoꝝ quarta cōmēto illius canoñ.Melāc̄holicos vo inferius. Ad secūdū dic ꝙ arguit de phlegmate viscoso vel glutinoso vehementer herente. princeps vero de crudo aquoso hic loquitur. Ad tertiū dic ꝙ p̄nceps nō intēdit hic de cholera infiltrata stomacho neq; de multū subtili et quasi furiosa.Et ad excipiendū tales modos cholere nō obe-

dientes vomitui dicit in littera.ſm plurimum.

In secūda dicit ꝙ melius est febricitāti soluere ventrē secessiuo pharmaco ꝙ̄ facere vt vomat medicina vomica. Cuius rō est quadruplex. Prima est. qꝛ motus vomitus est cōturbātioꝛ ⁊ magis cōtra naturā: quare plus inflāmat ⁊ incēdit febrē. Scda est qꝛ in motu vomitus pectoralia membra magis laborāt ꝙ̄ in motu secessus quibus compatiṫ subiectū febris: videlꝫ coꝛ ⁊ inde inflammatur.

Et febrē quidē habentis ventrem soluere melius est ꝙ̄ facere vt ip̄e vomat. Et cuius humoꝛ descendens fuerit sicut lyenteriā habentis facere vt vomat est incōueniens. ¶ Medicinarū preterea vētris solutionem

Tertia est qꝛ in vomitu materie defluūt sup̱ os stomachi qd̄ precordiū ab ātiq̄s dr̄: qꝛ sibi ilico coꝛ cōpatiṫ ⁊ sua vehementissima sensibilitate facillime dolet vnde febrilis caloꝛ aggrauaṫ. Quarta est. qꝛ medicina vomica manet in stomacho cōturbās ip̄z ⁊ ad ip̄m trahens humores purgādos: secessiua vō deoꝛsum labiṫ ad itestina q̄ sunt vilia mēbra trahēs ibi hūores euacuādos. ¶ Cōtra dicit p̄n. quarti p̄ma trac. 2. ca. de curatōe vl'i febriū putridarum. Qꝛ si inuenis hūorē in p̄mis declinare ad stomachū fac vomere. Item dicit gal'. primo de febrib' ad glauconē cap̄. de cura tertiane vere. Rubee vō cholere humoꝛ oīm eoꝝ q̄ in coꝛp̱e sunt humoꝝ siccissimus ⁊ calidissimus sil' existit. cōcedere igitur opꝫ eum qui ad ventrē fluit humorē euacuari p̱ vomitū. illū vero q̄ de subtus subduciṫ eodē modo p̱ eam q̄ de subtus excretionem. Itē dicit ibi ca. de cura q̄rtane. Et si digestiōis signa appareāt purgare cōfestim cū melancholicū humorē purgantibus pharmacis nō solū semel: sed multotiēs si sic opoꝛtuerit: vti vō ⁊ his q̄ a cibis vomitibus tūc frequēter: ⁊ nullo p̱hibēte elleboꝝ albū dare p̱mixtum raphano. etsi nihil p̱fuerit ip̄m elleboꝛuꝫ. Item dicit ibi ca. de cura q̄tidiane. Circa statū vō p̱uidere opꝫ de vētre maxie aūt de oꝛe ei': ⁊ deinde vomere a raphanis ⁊ cibarijs: et p̄cipue phlegma euacuātibus subductiuis vti. Itē dicit q̄rti prima trac. 2. ca. de cura tertiane. Cura cū eo quo iuuaṫ natura ex p̱uocatione vrine aut solutione vētris aut vomitu. Item dicit ibi cap̄l'o de cura febris phlegmatice. Et vomitus quidē cū eo qd̄ ē in eo de debilitate stomachi est vehemētis iuuamēti valde et est vltimus huic egritudini. Item dicit ibi ca. de cura q̄rtane. Et vomit' iterū et p̱p̄e ante cibū ⁊ post cibū etiā est cōueniētioꝛ ⁊ p̱p̄e in die paroxismi an̄ paroxismū. ⁊ p̱p̄e qn̄ med'ia est phlegmatica est de rebus iuuātibus in ea ⁊ nō in p̄ncipio tm̄: imo in omni hoꝛa. His testimonijs clarū videṫ ꝙ in multꝭ febribus multū ꝯfert vomitus. ¶ Ad hec obiecta dic ꝙ ſmo p̄n. ħ intelligiṫ de febribus acutis maxie de arsiuis ⁊ continuis ⁊ de vomitibus q̄ p̱uocanṫ cū foꝛtib' vomicis: vt azarabaccara vel elleboꝛo albo.

In tertia dicit ꝙ incōueniēs est p̱uocare vomitū in illo cuius humoꝛ est descendēs vt in lyētrico maxime in hyeme. Iuxͣ illō hyp. amph̄o. 4. Quibus vō vētres lyētrici: hyeme sup̱ius medicari malū est. ¶ Attēde p̄mo ꝙ lyēteria est quādo illud quod cōediṫ in eisdē q̄litatibus q̄b' p̄us cito fuit egrediṫ. vt ait gal'. in cōmento dicti canonis. ¶ Attende scd̄o ꝙ gn̄alis causa lyēterie est defectus v̄tutis retētiue stomachi vl' intestinoꝝ. Et ip̄ius cause sp̄ales sunt tres. Prima est malitia cōpl'onis in aliq̊ hoꝝ membroꝝ. Scd̄a est pustule aut vlcera in aliquo eoꝝ. Tertia ē phl'ma sup̱ficietenus eis adherēs ⁊ lubrica reddēs. Iuxta illud ga. ibi. Est aūt ex defectōe v̄tutis cōtētiue q̄ fit ex mala stomachi et intestinoꝝ cōpl'one. Et aliq̄n p̱pter vulnera seu pustulas in stomachi vel intestinoꝝ sup̱ficie: vel ex phlegmate crudo vel acetoso ī stomacho vel in intestinis incluso. ¶ Attende tertio ꝙ si lyenteria p̱cesserit ex vulnerib' stomachi plus valꝫ in ea vomit' secessu. Iuxta illud ga. ibi. Vulnera aūt ex hūoꝛibus sunt calidis quos necesse est a sup̱ioꝛibus purgari: qꝛ leuius est eos ita emitti: sꝫ tm̄ nō in hyeme. ¶ Attēde q̄rto ꝙ si lyēteria p̱cedat ex mala cōplexione p̄dn̄ante stomacho sine materia nō cōpetit in ea vomitus necꝫ secessus: sed si a phlegmate fuerit inducta pharmacia cōpetit educens phlegma illud p̱ inferioꝛa. Iuxta illud gal'. ibi. Humores vō phlegmatici si sunt in intestinis inuiscati nō cū vomitu sunt purgādi: qꝛ nihil cū vomitu erit: nisi quod in stomacho solū fuerit: ⁊ qꝛ phlegma solū inferioꝛa petit quod fuit cā huius moꝛbi melius p̱ inferioꝛa purgaṫ ꝙ̄ p̱ sup̱ioꝛa: hec ga. Et id intē dit hic p̄nceps. ¶ Attende q̄nto ꝙ ī lyēteria ex phlegmate si debeat dari secessiuū pharmacū debet dari in p̄ncipio dū v̄tus est foꝛtis: q̄a soluere ventrē sup̱ vētris solutionē v̄tute iam debilitata est timoꝛosum. Et in illo pharmaco debet esse aliquid qd̄ post eductōnē phlegmatis derelinquat aliquid stipticitatis aut myrabolani kebuli.

facientium deterioꝛ est que ex medicinis est composita multe diuersitatis in temp̱e quo soluēdus est vēter. quoniā vētris solutio cōturbatur: ⁊ prima ventrē soluit anteꝙ̄ secūda: et quādoqꝫ p̄ma ip̄am scd̄am expellit.

¶ Mediciarū p̄terla ⁊c. In hac p̱ticula octaua p̄mo agit de malitia pharmaciarū ex m'ltitudine cōponentiū. Scd̄o ex hoc ꝙ bibunṫ coꝛpore mūdo ibi [Amplius q̄ biberit] Tertio de signis quādo pharmacia nō sup̱fluit et qn̄ sup̱fluit ibi [Et ad vltimū] Quarto de signis bone ⁊ cōplete euacuationis ibi [Somnus quoqꝫ]

In p̄ma parte dicit ꝙ medicine solutiue vētris deterioꝛes sunt ille q̄ cōposite sunt ex medicinis plurime diuersitaṫ in hoꝛa qua soluēdus ē vēter. Cuius rōnem reddit hic triplicē. Prima est. qꝛ p̱ has medicinas solutio vētris nō oꝛdinate fit sed ꝯturbaṫ sicut attractio currus vl' nauis p̱ plures equos nō simul trahētes: sed successiue ad diuersa latera et natura etiā ip̄a cōturbaṫ in reductiōe harū de potētia ad actū. Secūda est. qꝛ p̄ma ip̄arū p̄us ventrē soluit ꝙ̄ scd̄a soluat: vnde fatigatur amplius natura magis durante seu p̱seuerāte cōturbatōe p̱ pharmaciam: ⁊ qn̄qꝫ scd̄a effrenitat p̱pter p̄parationē ad fluxus excessum quā p̄ma induxit. Et p̄mā ħ vocat q̄ foꝛtius laxat vel citius attrahit humorem p̱p̱riū. Tertia est. qꝛ p̄ma interdū festinās opus laxatōis ei' scd̄am educit secū: ⁊ hūoꝛes quos ip̄a attraxit p̄usꝙ̄ 2ª op̱ari cep̱it: ⁊ sic scd̄a nihil operaṫ nec in aliquo p̱dest: imo magis nocet ¶ Attēde p̄mo ꝙ p̄n. nō intēdit hic p̱hibere vsum pharmaciarū cōpositarū ex medicinis laxatiuis pluribus multū diuersis: necꝫ eas vitup̱are general'r et ī toto. Nam hiere' magne q̄s describit q̄nto hui': ⁊ pil'le plurime sunt istius modi. Multꝭ tn̄ laudibus eas extollit. Et rasis ⁊ p̄n. frequēter iubent pharmacias debiles cū foꝛtibus acui. Rasis quidē sepe addendo dyagredij dragme vnius q̄rtam. Princeps vō dragme vnius sextam scilꝫ ʒ. ſ. Et in ista terra sufficit addere ʒ. vnius duodecimā vt in pluribus scꝫ grana q̄nqꝫ cum granis totidē electi masticis ad sui repressionem. Item dicit mesue can̄. p̄mo cap̄l'i p̄mi scd̄e intentionis suoꝛum simplicium. Addere aūt opꝫ in v̄tutē medicinarū quarū op̱atio debilis est per aliquod eis adiūctū. quod quidē faciat earū operationem virtuosam sigillatione p̱p̱rietatis sue cum ip̄is ⁊ cōmensuratione p̱p̄e vnius ad alterā. Et cap̄l'o tertio eiusdē intētionis ait. Subtil'r operatus est qui scamonee aloen miscuit. Nam se in idip̄m rectificant. Et iterū infra de v̄tute tractans pharmaciarū debiliū fere quolibet earuꝫ cap̄l'o iubet eis foꝛtioꝛes addi. Sed intēdit hic p̄nceps vitup̱are pharmacias que componunṫ ex laxatiuis plurimis diuersificatis multū in tempoꝛe solutionis cum cōturbatione ⁊ sine oꝛdine. Que quidē cōturbāt et inoꝛdinate soluūt: vel quia nōdum sunt bene fermētate seu reducte ad vnā laxādi foꝛmā. vel quia dissident ⁊ nō seiuicem idonee sigillant suis p̱p̱rietatibus. Quod solo noscitur experimēto vel iam habito p̱ prioꝛes nostros: vel habituro per nos ⁊ sequaces. Attentos ergo nos reddere intendit: ne leuiter vtamur laxatiuis pharmacis plurime compositionis nisi iaꝫ p̱batis. ¶ Attēde secūdo ꝙ due potissime cause p̱pter quas egent pharmacie adiuncto quod iuuet eas in opere laxandi sunt debilitas ⁊ tarditas earum in opere suo. De debilitate quidem earum dicit mesue canon̄. p̄mo capituli p̄mi intētionis scd̄e. Si aūt medicina debil'r op̱aṫ ⁊ efficit operationē incompletā: aut minus operaṫ ꝙ̄ opoꝛtet: sicut turbith: quod ſm veritatē educit de phlegmate quod est subtile tm̄. Et sicut epithymū de quo nisi quātitas magna exhibeaṫ nō soluit nisi parum: aut nō soluit: ⁊ sicut manna que debiliter soluit: et hermodactili cōuenit confoꝛtare virtutes eoꝛum cum eis que patiuntur sese: vt sigillatim ex eis resultet virtus completam faciens op̱ationē. De tarditate autē dicit idē ibi. Si autē medicia tarde operatur ⁊ efficit operationē suā post tempus extensuꝫ: sicut agaric' ⁊ aloe ⁊ hermodactili ⁊ turbith ⁊ similia erit ei admiscendū aliq̄d quod ip̄am facilem reddat ⁊ festinare faciat. Sicut v̄bi gratia confoꝛtatur agaricus cum manna et sale gemma: et aloe cuꝫ speciebus alefangine seu coquine: et hermodactili cum squilla et raphano: et turbith cum zinzibere precipue: hec ille. ¶ Attende tertio ꝙ princeps hic solum loquitur de pharmacijs solutiuis ventris et non de vomicis: quia vomice suum complent opus conturbatione stomachi: ad quam coadiuuat medicinarum diuersitas.

In scđa dicit p̄mo ꝙ si quis corp̄e suo limpido existente.i.mundo a cacochimia sumpserit pharmaciā siue vomicā siue secessiuā supueniet sibi necessario vtigo vel mordicatio in ventre ⁊ angustia: et quod educetur a corp̄e ip̄ius p̄ pharmaciā vix egredieꝛ cum difficultate multa. Id voluit hyp. amph. scđa dicēs. Sana habētes corpa a pharmacijs purgari difficile est.

Ampli' qui biberit aliquid vētris solutionē aut vomitū sibi faciēs corpore ipsius limpido necesse erit vt ei vertigo accidat aut mordicatio i vētre et angustia: et quod ab eo expelletur egredieꝛ cū difficultate multa. Et ad vltimū quidē dum medicia superfluitates euacuat nō erit cū ea estuatio. Cūq̄ medicinā qui biberit estuationē habere ceperit iam euacuat quod superfluū nō est. Humor preterea qui vomitu aut vētris solutione euacuaꝛ cum ad aliū mutabiꝛ

Et ga. in commēto reddēs causam ait. Multi em̄ vtiginē et torturā vētris inde patiunꝛ cum magna angustia ⁊ duritie expellēdi nocitura: quia laxatiua potio cū sit sibi sitiū attractiua et nō inueniat cholerā rubeā phlegma ⁊ cholerā nigrā ⁊ aquosos humores vtit se ad sanguinē ⁊ carnē sitiēs sibi cū angustia magna īde trahēs. Cā vo vtiginis est vehemens humoꝝ cōturbatio pharmacia trahēte et natura sibi resistente: vnde magna fit effumatio ad caput cōturbās spūs: q̄re videnꝛ omnia circūmoueri q̄ sunt corā oculis. Sed cā mordicatōis ventris et angustie est: quia pharmacia nō inueniēs superfluū humorē in quē opereꝛ suis acumine ⁊ mordacitate torquet ventrem ⁊ intestina.

In tertia dat.4.regulas. Prima est. estuatio nō supuenit illi q̄ purgaꝛ cum pharmacia q̄diu ip̄a supfluitates euacuat. Id voluit hypo. ampho. p̄ma cañ. illo. In pturbationibus vo vētris. Et adhuc in illo. Que egerunꝛ. Et iterū in illo. Si qualia opꝫ purgari purgenꝛ ⁊ ꝯfert purgatio ⁊ bene ferūt hi qui purganꝛ. Et id intelligendum est si purgatio fiat materia digesta ⁊ vijs aptis ⁊ lenificat ⁊ in corp̄ibus ⁊ tēporibus aptis ⁊ cū pharmacia debite correcta ⁊ sub dosi ꝓpa recte ministrata circūstātijs extrinsecis debite obuiaꝛ. Scđa est. cū ille qui pharmaciā sumpsit incepit estuationē pati iam pharmacia euacuat illud quod nō est supfluū nec euacuandū si a pharmacia non ab alio ꝓcesserit estuatio. Tūc em̄ significaꝛ resistētia seu pugna nature vehemens ꝯtra pharmaciā retinere conātis vtiles humores quos pharmacia attrahere nitiꝛ ⁊ euacuare. q̄re vehemēter sanguis ⁊ spūs agitati moueꝛ et corpus estuat. Juxta illud mesue ca.2. intētionis tertie suoꝝ simplicium. Si aūt nō corruptū sed bonū educat humorē: estuationē in corpore gn̄at. Nāq̄ dum medicina supfluitates euacuat nō erit cum ea estuatio. Cū em̄ qui eā sumpsit estuabit ⁊ vexabiꝛ ⁊ debilitabiꝛ debilitatione supflua: scito qm̄ euacuaꝛ necessariū quod natura refugit expellere. Festinandū igiꝛ tūc talē medicinā a corp̄e expellere ilico ⁊ eius vires frāgere. Et illud quod aggregat has duas intētiones est potus aque calide ex qua hora post horā bibat: eius em̄ potus medicinā cito lubrificare facit ⁊ ipsius vtutē frangit: hec ille. Tertia est qn̄ humor q̄ per pharmaciā vomicā aut secessiuā euacuaꝛ: pmutaꝛ ad aliū humorē ab illo qui peccat ⁊ cuius euacuationē queris: signū est ꝙ corpus iam mundū factū est et euacuatū ab illo hūore cuius querebaꝛ euacuatio. ¶ Cōtra. in vētris fluxibus mutatōes egestionū iuuāt si nō ad maluꝫ transmutenꝛ. ampho.2. Et ga. in cōmēto ait. Diuersitates egestionū et mutatōes earū significāt purgatōes multoꝝ ⁊ diuersoꝝ humorum fiduciāq̄ sanitatis ⁊ mūdificatōis corporuꝫ. Item amphorismorū q̄rta laudat hypo. mutatōes coloruꝫ in egestionib' cū pharmacia: dicēs. Cum pharmacijs vo melius est ⁊ quātocūq̄ plures colores fuerit nō malū est. Dic ꝙ si corpus pharmacia purgandū fuerit repletū varijs humoribus a corp̄e purgādis velut inutilibus mutatio humorum in egestionibus de vno ad aliū iuuat: ⁊ est bonū signū. Sed si peccet vnicus humor: et post eius eductionē pharmacia se cōuertat ad aliuꝫ humorem euacuandū: tūc supflue purgare incipit: ⁊ est malū signū vt notat hic p̄nceps. Quarta est. si purgatio cū pharmacia sit adeo fortis ꝙ p̄ueniat vsq̄ ad rasuram intestinoꝝ ⁊ ad rem nigrā fetidi odoris illud erit malū: quia ex rasura significaꝛ ꝙ euacuatio iam supfluit: et ꝙ intestina p̄dunt suam tunicā ⁊ disponunꝛ ad disynteriā. Sed per rem nigram fetidi odoris significaꝛ cancer vlcerosus in visceribus. Juxta illud gal. amphorismoꝝ quarta cōmento illius canoñ. Disynteria si a felle nigro inchoauerit mortale est. Sed si fit ex cholera nigra impossibile est vt succedat sanitas cū huius morbus ab vulneroso cancere nō differat. Et p̄nceps tertij.16. tractatu p̄°. ca.2. ait. Quecūq̄ excoriatio melācholica est eueniēs s̄m semitā inceptōis est mortalis qm̄ significat cancrū putrefactū. ¶ Attēde ꝙ nigre egestiones i p̄ncipio morbi sem̄p significāt malū: sed qn̄q̄ post digestionem materie morbi significāt bonū. Juxta illud ga. amphorismoruꝫ

humorē significabit ꝙ iā corpus est mundificatū a superfluo hūore quē euacuare volumus. Quod si mūdificatio vsq̄ ad intestinorum rasuram peruenerit: et ad rem nigrā fetidum habentē odorē erit malū. Somn' quoq̄ cum post vētris solutionē aut vomitū fuerit multus demōstrabit ꝙ euacuatio perfecte mundauit corpus ⁊ contulit. Et scias ꝙ cum sitis post ventris solutionē aut vomituꝫ fuerit fortis maximam et vltimam purgationis bonitatē significabit.

quarta cōmēto illi' canoñ. Egestiōes nigre. Egestiōes aūt cum nigre appareant in morbi initio nō bonū significāt cum magnā passionē cpatis portendant. Sed si post statū aliquādo bonuꝫ fit signū: quia naturam mōstrat humoribus p̄ualere ⁊ eos posse a corpore expellere: sꝫ egestiōes hm̄oi: nec sūt cū rasura nec cū vehemēti fetore.

In quarta dat duo signa cōplete purgatiōis tā vomitu q̄ secessu. Primū est somnus plurimus post solutionem ventris vel post vomitū. Significat em̄ ꝙ euacuatio p̄fecte mūdauit corpus et ꝓfecit ei. Nam corpus exoneratuꝫ malis hūoribus ⁊ inanitū suis spiritibus hora euacuatōis sedatis humoribus et spiritibus moꝛ querit se reficere ꝓfundo somno velut fatigatus labore plurimo. Istud signū memorat gal. amph. p̄ma cōmento illius cañ. Que egerunꝛ: dicens. Si tm̄ materia et cā egritudinis purgenꝛ infirmus q̄escit leuius. Sed si cuꝫ re naturali purgandū admisceaꝛ grauaꝛ ⁊ angustiaꝛ infirmus cum sua deficit vtus: vnde nō sua ex quātitate materia purgāda ꝯsideratur: sed ex dicēdis significatōib': ⁊ leuitate infirmiq̄ q̄ete ⁊ nociuoꝝ excūtiū q̄litate. Scđm signū est sitis fortis post solutioneꝫ vētris aut vomitū: q̄ q̄dē significat bonitatē vltimā purgatiōis ip̄a em̄ denotat ꝙ pharmacia siꝛ cū natura supfluitates cōplete purgauit: ⁊ ꝙ iaꝫ incipit aliq̄d purgare de rorali humido. cuius officiū est ab incēdio ꝓhibere calorē p̄seruando a siti. Propterea iussit hyp. ampho.4. ꝙ quicūq̄ in pharmacijs nō sitiunt cū purgantur nō quiescāt p̄usq̄ sitiant. ¶ Attende p̄mo ꝙ sitis i pharmacato qn̄q̄ p̄ueīt euacuatiōeꝫ moderatā: qn̄q̄ succedit euacuationi modeste: qn̄q̄ sequiꝛ euacuatōis excessum. Juxta illud mesue ca. sexto q̄rte intētionis suoꝝ simpliciū. Quādoq̄ sitis supoccupat purgationē āteqū euacuet. ⁊ qn̄q̄ succedit ei: et quādoq̄ succedit supfluitati opationis eius. ¶ Attende scđo ꝙ tres sunt cause sitis que p̄uenit euacuationē sufficiētē. Juxta illud galie. cōmento amphorismi nūc allegati. Quidam cū pharmaciā accipiunt sitiūt statim. Quidam vero nō ilico: sed aliquātulum morantur. Qđ cōtingit ex stomachi natura vel ip̄ius potionis vel humorum qui inde debēt purgari. Ex natura stomachi si siccus vel calidus vel vtrūq̄ sit. Ex natura potionis vt si acuta ⁊ pūgitiua fuerit. Ex humoribus purgādis: vt si cholera rubea affuerit: his oībus sitiūt vtētes potionibus. Si cōtraria assunt id est non caliditas nō siccitas nō sitiunt. Si aūt nimie purgationes sunt similiꝛ sequiꝛ sitis: hec ga. ¶ Attende tertio ꝙ mesue capl̄o p̄allegato diffuse declarat has tres causas sitis p̄occupanꝛ opus completū pharmacie: dicens. Supoccupatio sitis fit: aut ꝓpter aliquid quod est ex parte medicine: aut ꝓpter aliquid quod est ex parte stomachi: aut ꝓpter aliquid quod est ex parte ei' quod ē euacuandū. Dispositio vo medicine fit causa sitis si cholerica fit aut acuta: aut amara: aut salsa: aut quoquo modo desiccatiua. Et dispositio receptoris fit causa huius si positus sit ꝓprie sb dominio caliditatis aut siccitatis aut amboꝝ. Euacuande autem materie dispositio est causa huius quādo receptor posit' est sub dominio humoꝝ calidoꝝ ⁊ acutorū: sicut cholere rubee proprie aut humoris salsi. Qui si cū bonitate opationis medicine educuntur sitis reprimiꝛ nisi forsitan malitiā cōplexionis dereliquerint. ¶ Attende quarto ꝙ humores phlegmatici pingues visco si nō inducunt ex se sitim: sed si sitis supueniat post horuꝫ purga

tionē significat complementū bone purgatiōis. Juxta illud mesue ibi. Si aūt stomachus positus fuerit sub dominio humorū pinguiū viscosoꝝ ⁊ phlegmaticoꝝ sitis nō fit. Sꝫ si tūc cum bonitate opationis pharmacie succedat sitis bonitatē acquisitā p eam significat. Et hoc est illud quod hyp. verificauit cum dixit. Non sitientē ꝓpter plenitudinem suaꝫ: et iteruꝫ sumpto pharmaco nō sitientē opꝫ denuo ac denuo sumat vsqꝫ dū sitiat. Sic exponit ibi mesue amphorismū illū. Quicūqꝫ in pharmacijs non sitiūt cum purganṫ nō quiescāt ꝑusqꝫ sitiant. ¶ Attende quinto ꝙ sitis succedēs excessui euacuatiōis nō est bonū signū: nec ē illa vsqꝫ ad quā ꝑcipit hyp. euacuare. Juxͣ illud mesue ibi. Supfluitati aūt opationis catartici succedēs sitis nō est quā hyp. cōsiderauit. supflua eñ inanitio i extenuationē ⁊ ethicā et sitim ⁊ asperitatē cadere facit vnde plus terroris q̄ꝫ bonitatꝭ signū est. ¶ Attende sexto ꝙ illa sitis quā ibidem hyp. ⁊ hic pn. cōsiderauerunt nō est compescēda potu: sed potius somno tolerando sitim. Juxͣ illud mesue ibi. Dico aūt ꝙ in siti quā hyp. cōsiderauit obuiandum nō est nisi cū tolerātia ⁊ somno ad hoc vt cōforteṫ digestio: sedāt eñ eam: neqꝫ cōfidas in exhibitiōe multi potus subito. destruit eñ v̓tutem ⁊ addit potius ad sitim q̄ꝫ minuat eam ⁊ facit cadere in oppilationes malas ⁊ cām ad hydropisim. ¶ Attēde septimo ꝙ siti ꝑuenienti completā purgationeꝫ cōuenit blandiri cum aliquo humido retēto in ore donec pharmacia suā cōpleuerit opationē. Juxta illud mesue ibi. In siti aūt facta ꝓpter calorem stomachi cura est blandiri ei vsqꝫ dū catartici ꝑficiaṫ operatio: ⁊ post illud si malā cōplexionē dereliq̄rit cāꝫ ad siti cureṫ cū eo quod cōuenit. ¶ Attēde octauo ꝙ cura sitis succedētis euacuationi supflue est omne regimē addēs ad humectationē cū rōne ⁊ digestionis confortatione: vt ait ibi mesue.

a In p̄ᵃ pte q̄ est pn̄s text⁹ p̄mo refert q̄sdā malignarū pharmaciaꝝ. Scđo dat remedia ꝫ eas qn̄ bibite fuerit ibi[Et qꝛ res iste] ¶ In p̄ma pticula dicit ꝙ aliq̄ pharmaciarū soluētiū ventrem sunt magne malignitaꝛ. Et exēplicat de.4. Prima est elleborus niger: nō ꝙ niger sit malignior albo: imo niger ē incolumior: q̄m albus minaꝛ accidētia frōris: imo est sicut venenū p̄pe p̄focatiu⁹ niger vo acquirit corpori iuuenescentiaz ꝛ incolumitatem: vt ait mesue ca°. de eis: sed qꝛ niger ē solutiu⁹ vētris: alb⁹ vo p̄uocatiu⁹ vomit⁹: iō dicit hic. Ellebor⁹ niger. Agiꝛ em̄ hic de secessiuis. Elleborus aūt piculosus est ꝛ violētus in toto gn̄e suo: cui⁹ laxatio difficulter toleraꝛ. Juxta illud mesue ca. d̄ eo. Nigri aūt vsq̄ ad tpa nr̄a virtus tolerabilis est: lꝫ adhuc difficilis. Inq̄t em̄ hypo. Molestus est elleborus quoꝝ corpa sunt sana: ꝛ nō cōuenit nisi robustis corpibus ꝛ carnosis ꝛ tpe veris p̄pe. Et de eodem dicit p̄n. quarti sexta trac.1. sum.3. ca°.17. Accidūt ex eo solutio vētris vehemēs et p̄focatio. Et cū danꝛ in potu ex eo.ʒ.2. spasmat ꝛ inficit. Et antecedūt illud pulsus cordis ꝛ adustio lingue ꝛ strictura sup eam: ꝛ eructuatio plurima ꝛ inflatio: deinde spasmaꝛ ꝛ tremit et moriꝛ. Scđa est turbich nō bonū citrinū. De q̄ dicit mesue ca. de eo. Citrinū vo malū: ꝛ nigrū est peius. Et de h̄ dicit p̄n. sūma nūc dctā.c.27. Accidūt ex eo sicut sūt accn̄tia ellebori nigri Tertia est agaricū nō albū ꝛ purū: sed nigredini attinēs. de q̄ dič mesue ca. de eo. Mascul⁹ vo ē mal⁹: ꝛ ille p̄pe q̄ est lōg⁹ niger. Et q̄rti sexta trac.1. sum.3. c.16. de eo ait p̄n. Ellebor⁹ alb⁹ ꝛ agaric⁹ niger sunt siłis imp̄ssionis. Et ellebor⁹ albus facit nauseaz et facit vomere: et q̄n̄q̄ aggregat qđ nō expelliꝛ: imo p̄focat: ꝛ q̄n̄q̄ mouet solutionē vētris ꝛ oīa pueniūt cū hoīe ad sincopim ꝛ ca sum ṽtutis ꝛ sudorē frigidū ꝛ spasmū. Quarta ē laureola. de q̄ lꝫ iaꝛ. afferat ꝙ nō est mezerion: sꝫ camelea: cui⁹ semē cocognidiū diciꝛ. Credo tn̄ p̄n. h̄ intelligere p laureolā meserion. de q̄ dicit mesue ca°. p̄po ꝙ est plāta vocata apud psas rapiēs vitā: ꝛ a q̄busdam faciēs viduas: ꝛ a pluribus leo terre dr̄. Est plurimo veneno nocens mēbris q̄ sunt minera ṽtutū debilitās ꝛ dissoluens ea solutione educit aquā citrinā cum fortitudine vehemēti. ¶ Attēde ꝙ medicinarū malignarū ventrē soluentiū: q̄dā maligne sunt in toto genere suo: sicut ellebor⁹: esula: laureola: alie vo fm̄ sp̄ēs vel modos aliq̄s sui generis: vt turbich citrinū: agaric⁹ niger: coloq̄ntida q̄ sola crescit. Juxꝛ illud mesue p̄mo simpliciū ca.1. Sūt malignarū quedā gn̄a sup q̄b⁹ nō ambigiꝛ de effrenitate: sicut mezeriō ꝛ euforbiū ꝛ in gn̄ib⁹ pluriū siłr: sicut turbich nigrū et agaricū nigrū: ꝛ coloquintida singłaris ī plāta sua a q̄b⁹ elōgarioꝫ: nisi forsitā cōgruant q̄dā ex eis ī magnis causis: ꝛ tūc sup eis p̄sumēdū ē cuz tiore ꝛ cautela: post fractionē tn̄ malitie sue vltimā si possibilis est: vel saltem q̄ melius fieri pōt: hec ille.

si bibite fuerint ꝛ mala inde accidētia p̄uenerint melius erit vt medicīa a corpe expellaꝛ quāto plus possibile fuerit vomitu aut purgatiōe ꝛ medicetur cū tyriaca. Multarū p̄terea earuz remouebiꝛ malitia ꝛ cōturbatio quā faciunt anime dādo in potu aquā vehemēter frigidā: et sedendo in ipsa sicut turbich citrini putridi. Omnis quoq̄ res que acuitatē frāgit glutinatione ꝛ lenificatiōe et vnctuositate in qua sit dulcedo vel suauitas ad hoc confert. Quedāᵇ etiā medicinarū quādoq̄ aliquibus proportionales existūt cōplexionibus et alijs nō conueniunt. Scamonea nāq̄ in eos qui in frigidis morātur regiōibus nō operaꝛ nisi debiliter: nisi magna inde deꝛ quātitas: sicut est mos eius in terra turchorum.

¶ In scđa dat.4. genera remedioꝝ ꝫ mala accidētia p̄uenītia ex assumptōe alicui⁹ dictarū medicinarū. Primuz est eductio ip̄ius a corpore breuis et totaꝛ q̄ tomagis possibile fuerit per vomitum aut purgationē. i. solutionē ventris. Per vomitū q̄dē si pharmacia sursum declinet vna cū hūorib⁹ p ip̄am attracꝛ: ꝛ accidētib⁹ ab ea cōmoꝛ. Per solutionē vo vētris si hec oīa declināt ṽsus inferiora ꝛ torsio sentitur in intestinis. Debet aūt p̄uocari vomitus nō cū violēto pharmaco ne malū aggrauet: sed cū impositōe digiti in ore: vel pēne intincte ī oleo: vel cū potu aq̄ calide ꝛ modici olei. Solutio vo vētris p̄uocāda ē. cum supposi torio vel leni clisteri vel potu māne vel casiefistule: vel muscilaginis psilij cū aqua hordei vel sero capno. Scđm est exhibitio tyriace: nō quidē recētis sed fermētate: q̄tinus rep̄mat a forma specifica venenositatē dictarū medicinarū. Nam tyriaca est sublimior medicinarū compositarū: ꝛ melior earū p̄pter multitudinē sui iuuamēti: et p̄prie in venenis q̄ sunt ex pūcturis: sicut serpentū et scorpionuz ꝛ canis rabiosi ꝛ venenis bibiꝛ interficiētibus: ꝛ nō efficit has opationes nisi p̄pter p̄prietatē forme eius sequentē complexionē simplicium ipsius vt ait p̄n. 5. huius ca. deca. Et auerroys cap̄lo tertio libelli sui de tyriaca ait. Et p̄ma causa p̄pter quam fuit inuēta tyriaca fuit vt curenꝛ per illam nocumēta venenosoꝝ que sunt in aīalibus: sicut in lacerta et cane rabioso: et venenosoꝝ que sunt in plātis inuēta. Tertiū est exhibitōe aque vehemēter frigide in potu ꝛ sedere in ipsa per modū balnei. Ipsa nāq̄ remouet malitiam multarum ex eis: veluti turbich citrini putridi: quia tam sua frigiditate actuali q̄ habituali venenositatez caloris medicine extinguit ꝛ membra inhabilitat ad receptionē impressionis eius et sua fluiditate pharmaciā inferius deducit. Quartum est generale scilicet exhibitio cuiusq̄ rei dulcis ꝛ suauis frangentis acuitatem medicine violēte accepte: vel per suā glutinationē: vt muscilagines lini vel psilij faciunt: vel per suam lenificationem vt faciunt casiafistula et manna: vel per suam vnctuositatē vt oleum cōmune vel violatū vel butyrum recens vel iura pinguia. ¶ Attēde ꝙ vltra hec quattuor generalia remedia contra malignitatē pharmaciarū violentarū vnaqueq̄ ex eis hꝫ remedia specialia sibi p̄pria que ptractat p̄nceps quarti sexta summa tertia p̄mi tractatus que est de venenis sumptis ex plantis calidis et curis eorum.

b Quedam etiā medicinarum ꝛc. In hac parte secunda dicit primo ꝙ alique pharmaciarū quibusdā hominū ꝛ regionum proportionanꝛ sic ꝙ eis competūt ad suos ventres laxādos: ꝛ hominibus alijs aliarum regionū nō cōueniūt. Exempli gratia. scamonea cōuenit h̄itātib⁹ in regionibus frigidis: immo in illis parum operatur: nisi magna quātitas ex ea detur: vt habitantibus in regione turchoꝝ: vel in regione anglie: scotie: aut hibernie. Tales em̄ vt in plurib⁹ sunt solidi robusti vix passibiles ab occurrentibus eis intus et extra: suntq̄ eis viscera

calida fortia q̃ debile pharmacū cito dissiparēt. Sed habitātibus ī regionibus estuosis feruidis: vt in p̄mo vel scḋo climate neq; scamonee neq; alterius pharmacie fortis sba cōuenit: imo necesse est si solutōne ventris indigeāt: vt nō deꝫ eis corpus pharmacie: sed sola eius ṽtus vt aqua vel serū vel liquor alius in quo reubarbarū turbich aut agaricus

Et quādoq; est necessariū q̇busdam corporibus in aliq̇bus regionibus ne medicinarū corpora denꝫ: sed virtutes earū tm̄. Necesse est etiā vt medicinis ventrē soluētibus bene redolentes medicine misceanꝫ: ꝓpterea vt membrorū ṽtutes eis cōseruenꝫ. Medicie quoq; cordis ad hoc iuuamentū conferūt ꝓpterea ꝙ spm̄ animalē in vnoquoq; mēbro confortāt. Plurime quoq; earū subtilitate sua et facilitate iuuāt. Due ꝑterea medicine quādoq; cōiunguntꝫ: quarum vna suū humorē cito expellit: ⁊ altera tarde. Una ergo suā operationem efficiet postq̄ ipa iam alteraꝫ in suo etiā humore cōpressit. ⁊ opabitur in ipaꝫ: ⁊ eius debilitabit virtutē. Cūq;

vel aliud pharmacū fuerit infusum vl' intro bullitū. ¶ Attē de p̄mo ꝙ quidā incolētiū regiones frigidas facile solubiles sunt: imo de leui incurrūt fluxus ventris diuturnos: q̇a laute viuūt ⁊ paruꝫ laborāt ⁊ balnea frequētant: et abunde vtunꝫ rebus vnctuosis: vt butyro plurimo remollictibus ītestina corꝫ: sicut flamigi q̇bus nō cōueniūt pharmacie fortes. ¶ Attēde scḋo ꝙ lꝫ incole regni frācie ⁊ regionū sibi vicinarū bene sustineant corp' scamonee nō tn̄ sustinent ipsi' mltā quātitatē imo ʒ. f. magna est dosis vt in plurib'. Et mesue. c. de ea dicit. ꝙ dosis ei' ē a g̃nis q̇nq; vsq; ad. 12. Et de ea dicit democrit' ꝙ est solutiuū antonomasice ⁊ ꝙ est gen' solutiuorꝫ ⁊ fortius sup oia solutiua. Scḋo dicit necessariū esse ꝙ medicie aromatice ꝑmisceanꝫ cū medicinis solutiuis vētr[is]: q2 solutiue vim nature īferūt: accelerāt seniū: mineras ṽtutū oēs debilitant. Aromatice ṽo cōtraria faciunt. Juxta illud mesue capl'o tertio intētionis secūde suorꝫ simpliciū. Et sciuisti ꝙ boni odores incolumitant medicinam. sedant eni̅ agitationē ⁊ nauseam: et confortant cor et cerebrum: et dilatāt animū: et gaudium generāt. ¶ Attende ꝙ he medicine aromatice sunt sicut viole: rose: sandali: canfora: spica: lignum aloes: macis: cinamomū: gariofilus: ambra: muschus: cortex citri quibus vti potes modo frigidis modo calidis ꝫm exigentiā casuū.

Tertio dicit ꝙ medicine cordiales ꝑstant ad id iuuamentū scꝫ ad reꝑssionē malitie mediciarū solutiuarū ⁊ ꝯseruatōeꝫ ṽtutū mēbrorꝫ: q2 cōfortāt spm̄ aialē ī q̇libꝫ mēbrorꝫ. Et itellige h' ꝑ spm̄ aialē spm̄ vitalem. Nā sic vitalis ṽtus: quādoq; aialis ḋr ab aiali vt sup̄ patuit primi p̄a doctrina sexta ca. 4. sic vitalis spūs quādoq; animalis ab aiali. ¶ Attende ꝙ medicinarū cordialiū conferentiū in hoc casu: quedā cōfortāt tm̄: alie confortāt et alterant: alie cōfortant ⁊ addūt in solutioneꝫ: alie ꝯfortant et diminuūt de solutione. Juxta illud mesue capitulo primo secūde intētionis suorꝫ simpliciū canone scḋo. Medicinarum autē cordialium ṽtutes quattuor modis eligēde sunt. Sunt eni̅ que ꝯfortant tm̄: sicut poma dulcia ⁊ aromatica ⁊ xiloaloes et doronigi: alie que cōplexioneꝫ alterant aut calidā sicut iungiꝫ scamonee rosa ⁊ sandali: aut frigidam sicut iungiꝫ thamarindis macis ⁊ similia: alie vero cum hoc ꝙ cōfortant etiam ad solutionē iuuant: sicut succus rosarum ⁊ viole ⁊ emblicus ⁊ similia: et alie sunt que minuūt de medicina laxatiua excessum in solutionem ⁊ acumē: sicut spodium camphre ⁊ similia. Quarto dicit ꝙ plurime medicinarū bene redolentiū ⁊ cordialiū subtilitate sue substantie ⁊ facilitate sue penetratiōis iuuāt vel ad cōseruationeꝫ ṽtutum membrorū: vel ad felicitandū operationem pharmacie aperiendo vias virtuti pharmaci ad hūores purgādos: ⁊ ab humorib' ad intestina: ⁊ habilitādo materias expulsioni ꝑ subtiliationē earū. Et notanter dicit plurime: q2 aliq̄ ex cordialib' medicis sunt grosse sbe: sicut margarite granati rubini: os de corde cerui: corallus: cristallus.

c Due ꝑterea medicine ⁊c. Jn hac parte tertia p̄mo agit de inconuenientibus ex ꝑmixtione pharmaci cito soluentis cum tarde soluente. Scḋo de remedijs ibi |Quare aliquid ei erit admiscendum| Tertio remittit nos ad considerandum principia virtutum pharmaciarum ibi |Amplius considerare debes principia|

¶ Jn p̄ma particula dicit ꝙ in vna dosi laxatiua iunguntꝫ interdum due pharmacie: quarum vna cito: alia tarde agit: vt in dyafinicon turbich tarde soluēs scamonee iungiꝫ que cito laxat. Et ad hoc sequitur

duplex incōueniēs nisi ꝓuideaꝫ. Primū ē ꝙ pharmacia cito operans efficiet operationē suā attrahendo sibi ꝓpriū humorem et educendo a corꝑe postq̄ cōpresserit iā ī suo hūore quā sibi attraxit pharmaciā aliā tarde soluentē: et opabiꝫ in tarde soluentem alterādo eam ⁊ debilitādo ṽtutem ipius ꝓpter dissonantiam et contrarietatē iter medicias que sibi attrahunt diuersis temꝑibus cōtrarios humores. Scḋm est ꝙ cum postea medicina alia que tarde operaꝫ opari incepit erit debilis ṽtutis: q2 re sibi ꝓpriū mouebit humorē et nō perficiet attractōꝫ ei' ⁊ eductōeꝫ vnde īsurget timor ne cōmot' humor ebulliēs putrescat vel ad aliq̇d currat p̄ncipaliū membrorū.

secunda post opari ceperit erit debilis ṽtutis mouēs et nō perficiens. ¶ Quare aliq̇d ei erit admiscēdū q̇d ipam facilē reddat ⁊ festinare faciat sicut ꝫiꝫiber turbich: qm̄ ipꝫ stupefieri non permittit. Et simil'r fiet si eas bene scíueris ꝑmiscere. ¶ Ampli' cōsiderare debes p̄ncipia q̄ in virtutibus medicinarū ventris solutiuarū declarauimus cuꝫ locuti fuimus de principijs vniuersalibus medicinarum simpliciū. Medicina' ꝑterea solutionē faciens plerūq; operatur illud soluendo proprietate sui sicut turbich. et plerunq; efficit illud exprimēdo proprietate sui: sicut myrabolani. et quādoq; operaꝫ illud lenificando proprietate sui sicut xiraset.

¶ Jn secūda dat duo remedia cōtra hec duo incōueniētia. Primū est ꝙ admisceaꝫ pharmacie tarde operāti aliq̇d quod ipsam facilem reddat. i. cito reducibilē a calore nostri corꝑis ⁊ cito influentem suam ṽtutem attrahēdo humori ⁊ festinare faciat opus actractionis ⁊ solutionis ipsius: sicut cōiungimus ꝫinꝫiber turbich: quia nō ꝑmittit ipm stupefieri. i. torpescere et diu morari ī visceribus absq; solutione vētris. Juxta illud mesue ca°. de turbich. Turbich est opationis debilis ⁊ tarde ⁊ ex maxime cōfortātibus ipm ē ꝫinꝫiber: et cōfortatū cū ꝫiꝫibere educit hūores phlegmaticos grossos et viscosos ⁊ a remotis et iūcturis proprie. Et ipsum quidem mūdificat stomachum ⁊ expellit ab eo superfluitates adherentes villis eius: et mundificat pectus a phlegmate grosso ⁊ putrido. Solꝫ aūt sub forma pulueris tal' exhiberi. R. turbich albi ⁊ gūmosi. ʒ. i. ꝫinꝫiberis. ʒ. f. ꝫuccari albi. ʒ. i. et. f. terantur ⁊ fiat puluis qui ꝓ vna dosi detur. Scḋm remedium est. ꝙ debite misceaꝫ pharmacia cito soluēs cum tarde soluente tali hora scꝫ et tali mora ꝙ pharmacia facta ex his iā fermētata sit ⁊ reducta ad vnam formā laxationis q̄n ministrabiꝫ. Nam si bn̄ scíueris eas ꝑmiscere sil'r fiet: scꝫ ꝙ sil' opabūtur tarde ⁊ cito soluens: nec vna impediet vel debilitabit alteram.

¶ Jn tertia p̄nceps hortaꝫ medicū vt in cōpositiōe pharmaciarum consideret p̄ncipia q̄ declarata sunt in ṽtutibus medicinarum soluentiū ventrē cum ꝫmo habitus est de p̄ncipijs vl'ibus simpliciū medicinarū tractatu p̄mo scḋi canonis. Et maxime attēdat ⁊ cōsideret iudicia ꝑmixtionis medicinarū q̄ tradidit p̄n. in vltima ꝑte capl'i q̇nti decī trac. sic icipiēte. Judicia ṽo ꝑmixtiōis sunt: qm̄ medicinarū opatōnes q̄nq; fiunt fortes ꝓpter ꝑmixtionem: et q̄nq; destruunꝫ ipsarū opationes ꝓpter admixtionem: et q̄nq; rectificaꝫ ⁊ remoueꝫ ipsarū malitia. vt ibi declarat plib' exēplis. ¶ Attende ꝙ p̄ncipiorꝫ ꝯsiderandorꝫ in cōpositōe pharmaciarū quedā cōsistūt in electōe bonorꝫ simpliciū nō adulteratorꝫ nec inueteratorꝫ: alia in artificiali ꝑparatōe decēti ꝑ decoctionē vel lotionē vel infusionē vl' triturationē: alia in festinatōe tarde operantium: alia in correctōe malignarū: alia in ꝯueniēti sigillatione bone ꝓprietatis cuiuslibet q̄ felicitaꝫ eius operatio.

d Medicina preterea solutiōeꝫ ⁊c. Jn hac parte quarta diuidit pharmaciā solutiuā ventris in quattuor membra ꝫm q̄ttuor modos quibus laxat ventrē. Nam plerūq; laxat sua ꝓprietate dissoluendo et eligēdo sibi ꝓprium humorē: sicut turbich phlegma scamonea cholerā. Et quādoq; laxat sua proprietate cōprimendo id cui obuiat: vt myrabolani. Et quādoq; laxat lenificādo seu lenē reddēdo vl' applanādo superficiē stōachi ⁊ intestinorum: quare cito labiꝫ et facil'r quod per eos transit: sicut xirasct

id est rob de succis fructuū solubiliū. Et interdū laxat labifican do.i. labile reddēdo seu facil͛r fluxibile id quod euacuat: vt musci lago psilij ⁊ pruna q̄ feces remolliūt ⁊ labiles reddūt. Ad idem capl'o scd̄o simpliciū inq̇t ebemesue. Mediciarū educētiū ꝑ ven trem opatio fit.4.modis a ꝓp̄etate quodā modo inata eis.

Et plerūq̨ operatur labificando sicut muscilago psilij et pruna. In^e plurimis quoq̨ violentarū medicinarū existit aliqua venenositas: ⁊ solutionē ventris efficiūt ſm modum quo nature violentia infert. ¶ Ipse igit͛ aptāde sunt medicinis in quib' existat bezariū. Plerūq̨ etiam adiuuant amaritudo et acuitas et ponticitas ⁊ stipticitas ⁊ acetositas ī operationibus medicine cum proprietas ei presens affuerit. Amaritudo nāq̨ et acuitas in resoluēdo iuuant et ponticitas et stipticitas in premēdo: et acetositas in incisionem faciēdam que ad labendum preparat.

Aut enim educunt dissoluēdo ꝓprietate sua: sicut scamonea ⁊ turbich: aut cōprimēdo ꝓprietate sua et exp̄mendo: sicut myrabolani: aut lenificādo ꝓp̄etate sua: sic̄ casiafistula ⁊ thamarindi: aut lubrificādo ꝓp̄etate sua: sicut muscilago psilij. ¶ Attēde p̄mo ꝙ quidā addiderūt his.4. modis modū q̇ntū laxatōis videlȝ eliquādo cōgelatos humores vel coagulatos: ⁊ hoc modo dicūt euforbiū laxare. ¶ Attende scd̄o ꝙ in laxatiuis p̄mi modi est ṽtus eliciēs ⁊ notorie trahēs ac eradicās sibi ꝓpriū humorē. Juxta illud mesue ibi. Et dico ꝙ medicina q̄ de ꝓp̄etate educit dissoluēdo ſm plurimū sigillata est ṽtute attractiōis ⁊ eradicationis. ¶ Attēde tertio ꝙ in laxātibus comp̄mēdo vel lenificādo vel lubrificādo est aliq̇d de attractiua ṽtute a ꝓp̄etate: sed debile remissum nō multū apparēs: imo sua obuiatiōe corꝑali potius q̄ꝫ attractōe educūt hec quib' obuiāt. Juxta illō mesue ibi. In reliq̇s aūt nō sic est ṽtus attractiōis. debiliter em̄ hec ṽt' eis est insita: neq̨ agūt hoc apparēter nisi parū: imo poti' materias q̇bus obuiāt educūt. Et membrū ad plus remotū ad quod cū ṽtus ꝑtingere pōt: est ep̄ar ⁊ caput. Et vix ꝑtingūt alit͛ ad caput nisi forsitan q: materias ad ip̄m saliētes educūt. ¶ Sed queret aliq̇s quō scit͛ ꝙ aliq̄ ṽtus attractiua his inest. Dic ꝙ ꝑ hoc scit͛ q: plus educūt vnū humorē q̄ꝫ aliū electiue ⁊ determinate: vt myrabolani citrini electiue cholerā educūt. kebuli phl'ma. idi melā ⁊ māna ⁊ viola ⁊ pruna ⁊ psiliū ⁊ thamarīdi solutōe educūt cholerā. ⁊ casiafistula cholerā ⁊ phl'ma: vt ait mesue ca. d' eis. ¶ Attēde q̇rto ꝙ nihil ꝓhibet eandē medicinā euacuare lenificando et labificādo sil͛: sed lenificatiua d͛ cōparatōe ad sup̄ficiē intestiorū quā lenificat. Et labificatiua cōparatōe ad materiam expellendam quā lubricā reddit ⁊ facile labilē: vt casiafistula māna pruna thamarindi lenificant et labificant. ¶ Attende quinto ꝙ medicine que soluunt lauando ⁊ abstergendo: sicut serum ⁊ absinthium reducunt͛ ad labificatiuas: quia soluūt operatiōe quā faciunt in superficie membrorum.

e In plurimis q̨ꝫ ⁊c. In hac ꝑte q̇nta p̄tāgit nocumēta iūcta ī plurimis pharmaciarū. Scd̄o remedia ꝯ hec ibi [Ipse igit͛]

¶ In p̄ma ꝑticl'a dicit duo inesse nocumēta plurimis violētarū pharmaciarū. Primū est venenositas aliq̄ qua īmutant͛ a tota specie mēbris vniuersis ⁊ maxie p̄ncipalibus. Scd̄m est ī modo sue solutōis: q: ip̄e soluūt modo q̄ inferūt nature violentiā irritando mēbra pūctiōe distēsione cō motōe humorū alteratōe sue complexionis ⁊ debilitatōe retētiue ṽtut͛. ¶ In scd̄a dat duo remedia cōtra hec nocumenta. Primū est vt aptent͛ pharmacie taliter ante sui exhibitionē ꝙ sit in eis bezariū.i. ṽtus besar. Et exponit͛ cōiter in glosa marginali auicēne q̄ est trāslatoris. ꝙ bezar est lapis viridis in quo existit ṽtus vt oē expellat venenum. Sed in synonymis iañ. scribit͛. bezard arabice est oīs medicina liberatiua a veneno. Nos aūt ꝓ pō vocabulo hoc significāte carētes vocamus tyriacā. Bezard etiā vocāt interdū galbanū ꝓpter excellentē ṽtutē eius cōtra venenū. quod pȝ ꝑ auicennā in descriptione tyriace. Vocat͛ etiā bezard vel bezahar quidā lapis m'ltū charus regibus dictus vulgarit͛ lapis serpētinus. Et aliq̇ putāt hunc lapidē esse qui generat͛ in oculis ceruorū in oriēte qui cum serpētes comedūt: vt deponētes seniū ferociores fiāt intrant flumen: ibiq̨ morant͛ immersi vsq̨ ad caput tādiu quousq̨ sentiūt veneni ṽtutem supatā. interea lachrymā emittūt q̄ coagulata in oculis interdū vsq̨ ad magnitudinē nucis desiccat͛ donec cadat et cū sic flumē exeūt inuenit͛. Et hic dicit͛ oīm venenorū tyriaca. ¶ Attēde ꝙ bezariū in hoc passu capit͛ gn̄al'r ꝑ virtute rei medicinalis q̄ pharmaco admixta malignitatē ei' corrigit. Et hec res est triplex: quedā est magni iuuamēti: alia parui: alia mediocris. Et q̇dam iuuat obuiādo medicie solutiue ne sup̄fluat vt mastix scamonee admixtus ꝓhibet eā a sup̄fluitate solutiōis. Et admixtus aloe ꝓhibet ip̄m ne venas apiat aptione sanguinē manare faciēte: alia iuuat ꝯfortando ṽtutem: vt flores borraginis ⁊ buglosse solite dosib' addi laxatiuis: alia iuuat corrigendo malā cōplexionē quā inducere solet: vt succus rosarū in electuario de succo rosarū ꝓhibet scamoneā sup̄calefacere. Juxta illō mesue ca.4. summe p̄me intentionis scd̄e simplicium. Adhuc aūt oīs res que est sicut betzahar in emēdatione medicinarū solutōnē facientiū: aut est magni iuuamenti aut parui aut mediocris. Voco aūt iuuamentū om̄e id quod medicine solutiue obuiat: aut quo ṽtus corꝑis regit͛: aut mala cōpl'o remouetur. Magni iuuamēti rem dico in qua intentiones oēs cōgregant͛ q̄s diximus: cū hoc etiā ꝙ pōt effici nutrimentū corꝑis nostri: sicut res dulcis. Parui aūt iuuamēti rem dico in qua vnā vel duas ex intētōnibus q̄s diximus inuenies: preter hoc ꝙ possit esse nutrimentū nr̄i corꝑis: imo est ad alterandū ⁊ ꝑmutandū tm̄: sic̄ res acuta: res amara: res salsa: res stiptica ⁊ sil'ia. Voco aūt rem mediocris iuuamēti in qua plures ex intētionibus quas diximus inuenies: cum hoc etiā ꝙ ſm aliq̇d pōt effici nutrimētū nostri corꝑis: sicut res vnctuosa aut res insipida. ⁊ res in qua simul dulcedinē ⁊ pōticitatē est inuenire: sicut sunt dactili ⁊ cytonia: aut dulcedinē cū acumine sicut mel: aut dulcedinē cū acetositate sicut musa: aut dulcedinē cū insipiditate sicut poma. Scd̄m remediū cōtra venenositatē ⁊ violentiā pharmaciarū est adiutoriū quod pharmaco p̄stat in oꝑibus eius amaritudo vel acuitas vel pōticitas vel stipticitas aut acetositas rei addite cū ꝓprietas affuerit ei q̄ felicitet opationē pharmacie ex quadā occulta cōsonātia ⁊ ꝓportōe int͛ eas. Juxta illud mesue capl'o tertio summe p̄me intētionis scd̄e simpliciū. Auxiliatur aūt adhuc nobis in emēdatōe res ſm differētias saporū cōsiderare que sunt sapor acutus amarus salsus dulcis vnctuosus insipidus acetosus ⁊ stipticus. frangit em̄ quod timet͛ ex multiformibus medicinarum excessibus. Nam amaritudo et acuitas iuuāt in resolutōe vētositatum quas interdū pharmacia suscitat. Et stipticitas ⁊ pōticitas iuuant in dep̄mendo materias euacuādas ṽsus inferiora. Et acetositas iuuat in incidēdo materias viscosas ⁊ reddēdo eas labiles et obedientes pharmacie trahēti. ¶ Attēde p̄mo ꝙ res acuti saporis iuuat in rep̄ssione pharmaciarū sex modis. Primo quidē carminādo ⁊ resoluendo ventositates. Scd̄o incidēdo humores grossos ⁊ viscosos. Tertio p̄parādo vt a rēotiorib' trahat. Quarto accelerādo opatōnē pharmacie. Quinto tollēdo cōgelationes humorū. Sexto aperiēdo oppilationes et acquirēdo pharmacis ṽtutē facil'ē penetrandi. Juxta illud mesue ibi. Res em̄ acuta adiuuat ī carminādo et resoluēdo ventositate quod ꝑ medicinas acquirit͛. Et hac intētione species acute alefangine miscent͛ eis. subtiliāt em̄ ⁊ resoluūt ventositates: sicut ꝓprie daucus et piper longū ⁊ feniculus miscent͛ scamonee: ⁊ feniculus ⁊ anisum polipodio. Et plurimū adiuuat in incidēdo corpus humoris grossi ⁊ viscosi ⁊ facilitat ad expellendū: in quē forsitan medicina opari nō poterat: sicut recte qui squillā hieris magnis admiscuit operatus est vt ex hoc materias difficilis eradicatiōis euacuet. Et plerūq̨ res acuta preparat vt a remotioribus medicina trahat: sicut tapsia. i. nasturciū agreste ꝓprie in pillulis fetidis ⁊ piꝑ in hieris. Et medicinā q̄nq̨ tarde opationis aut debilis facilē reddit ⁊ festinantē facit. His em̄ intētionibus felicitat͛ ṽtus turbich in ꝑmiscēndo cū ip̄o zinziber: ⁊ cū hermodactilis raphanū: ⁊ cū cartamo carui agreste: necnō ꝯgelatōnes remouet oppilationes apit ⁊ acquirit medicinis ṽtutem facilē penetrandi: q̄nis ꝑ se nō faceret sicut cordumeni id ē carui aggreste vel scordeō id ē alliū aggreste in magnis medicinis ⁊ diuretica sil'r in eis acuta. ¶ Attende scd̄o ꝙ res amara pharmacie admixta q̇druplr͛ confert. Primo resoluēdo aliq̇d de fumis ⁊ vaporib' ei'. Scd̄o ꝯfortādo stōachū. Tertio carminādo vētositatē. Quarto p̄fuādo a putrefactōe. Jux͛ illō mesue ibi. Res aūt amara adiuuat ī resoluēdo: ⁊ ē de bonis miscibilib' cū medicinis q̄ soluūt acuitate: etem̄ opponunt͛ sibi ex parte substātiarū et rep̄mūt sese et cū hoc seinuicē in soluēdo iuuāt. Et ꝓpter hoc subtil'r opatus est qui scamonee aloen miscuit. Nam se in idipsuȝ rectificant.

Adiuuat etiã res amara in confortãdo stomachũ ⁊ ventositatẽ carminãdo. Acq̃rit etiã medicinis eẽ pseruatiuas a putrefactiõe: imo remouet eam vtute ⁊ ꝯfortat corpa. ¶ Attẽde tertio ꝙ res salsa pharmacie admixta cõfert. Primo fortificãdo eam in opere. Scd̃o in quibusdam sedãdo cõturbationẽ. Tertio dissoluẽdo vẽtositates. Quarto acq̃rendo eis subtilitatez ⁊ facilitatẽ penetratõnis ⁊ vim incisiuaz. Quĩto pseruando a putrefactõe. Sexto exiccãdo superfluitates. Septimo remouendo oppilationes. Iuxta illud mesue ibi. Res vero salsa oim debiliter ⁊ tarde soluentiũ confortatiua est. Propter hoc prudens opatus est qui salgẽmã cũ agarico misceri docuit: aut alias spẽs salis: et similiter cũ epithymo ⁊ cũ alijs multis. Vigorãt em̃ opatiões earum et facilitãt: lz acquirere faciãt exiccationẽ ⁊ cadere in sitim. Et in q̃busdã cõturbationẽ faciũt ⁊ in quibusdã sedãt. Res quidẽ salsa ventositates dissoluit ⁊ acq̃rit medicinis subtilitatẽ ⁊ facilitatẽ ⁊ facit eẽ incisiuas necnõ a putrefactõe pseruatiuas: imo remouet eam: ⁊ exiccat supfluitates sbmersas imbibitasq̃ ⁊ in vasis adherẽtes viscosas et grossas. Et hec est eius ppetas ⁊ remouet oppilatões. ¶ Attẽde. 4. ꝙ res vnctuosa pharmacie mixta. primo iuuat ad lubricationẽ citaz eius. Secũdo frangẽdo acuitatẽ ⁊ serrositatẽ. Tertio leniẽdo aspitatẽ. Quarto accelerando opationẽ pharmaci tardãtis. Iuxta illud mesue ibi. Res q̃ vnctuosa adiuuat ĩ lubricũ faciẽdo. lubrica em̃ magis lubricaz reddit. Adherentẽ vero vel aptã adherere sitr lubricare facit: acuitatẽ frangit et serrositatẽ ⁊ asperitatẽ lenit. Medicine quoq̃ tarde opatõis habilitatem acquirit faciẽs cito descẽdere: q̃uis in q̃busdã sit ex faciẽtibus nauseã et debilitãtibus stomachũ. ¶ Attẽde q̃nto ꝙ res dulcis pharmacie admixta primo reddit eam delectabilem: et est fundamentum rerũ miscibiliũ. Scd̃o reddit hãc lauatiuã abstersiuã ⁊ mũdificatiuaz. Tertio remouet horribilitatẽ medicine. Quarto sedat cõturbationez ⁊ frangit acuitatẽ ⁊ serrositatẽ. Quĩto ꝯfortat opus pharmacie remouendo adherentiã ⁊ faciẽdo lubricare. Sexto cõfortat corpus nisi inflamet in eo. Iuxta illud mesue ibi. Res aũt dulcis medicinas delectabiles esse facit. Et est sicut fundamentũ ⁊ materia rerũ miscibiliũ: ⁊ facit medicinas esse lauatiuas ⁊ abstersiuas ⁊ mũdificatiuas. Horribilitatem aũt medicinarũ remouet cõturbationẽ sedat. acuitatẽ vo ⁊ serrositatẽ frangit. Sed etiã medicinã tarde opationis cõfortat: lz adherentiã remoueat: ⁊ lubricare facit. Corpus quoq̃ cõfortat lz in q̃busdam inflammationẽ generet et ventositatẽ. ¶ Attẽde sexto ꝙ res insipida pharmacie mixta iuuat lubricũ faciẽdo extinguẽdo inflãmationez et frangendo acumẽ et remouẽdo serrositatẽ ⁊ mordicationẽ: vt ait ibi. ¶ Attẽde septimo ꝙ res acetosa pharmacie mixta adiuuat in incidẽdo: ⁊ etiã frãgit inflãmationẽ medicine: ⁊ sedat mordicationẽ ⁊ acuitatem: et facit eã acq̃rere subtilitatẽ ⁊ penetrationẽ: ⁊ sedat ꝯturbatõem et nauseã: ⁊ cõfortat stomachũ calidũ ⁊ corpus: et sedat inflãmationẽ cordis p medicinã acquisitã: vt ait ibi mesue. ¶ Attẽde octauo ꝙ res stiptica oim medicinarũ vtutes ⁊ opatões felicitat. Cõfortat em̃ cor ⁊ stomachũ et corpus: ⁊ sedat aiam a subuersione ⁊ nausea: acuitatẽ frãgit ⁊ inflãmationẽ: ⁊ opponit medicine cuius ppetas est apire venas apertione sanguinẽ manare faciẽte: ⁊ excoriare viscera: ⁊ ei q̃ est supflue attractõis: ⁊ ei q̃ in visceribus lenitatẽ multiplicat. Et est de melioribus miscibilib' in medicina q̃ soluit cũ acuitate. Et hoc tribus modis Primo quidẽ q: opponunt sibi ex pte sbarũ ⁊ fm aliq̃d ex parte qualitatũ. frangit em̃ res stiptica acuitatẽ sicut diximus ⁊ inflãmatõez. ppt quod laudauerũt vificatores scamoneã q̃ assat in cytonijs ⁊ cõmixtionem in eis. Scd̃o q: ex cõmixtione eius fit impssio ⁊ facilior medicine a corpe expulsio. ppter qd̃ mirificauerũt effectũ scamonee q̃ caz cũ myrabolanis miscuerũt. Tertio q: nõ fit impssio nocumentoꝝ cordi ⁊ mẽbris nutritiuis ex admixtione stipticoꝝ cũ medicina: sicut supi' diximus hec ille. ¶ Attẽde nono ꝙ in pmixtionib' medicinarũ saporẽ habentiũ cũ pharmacijs quidã sapoꝝ cũ alijs ꝯsonant: et quidã dissidẽt. nec est cõueniens coꝝ cõmixtio. Et circa illud dat ibi mesue septẽ regulas multũ vtiles practicis. Prima est. res stiptica vitr medicinis oib' associata earũ opatiões incolumitat. Scd̃a est. res quidẽ dulcis omni medicine iuuamentũ pstat pterq̃ salse. Tertia est. vnctuosi q̃dẽ cuz acuto bona est pmixtio: ⁊ cũ amaro ⁊ omni quod serrositatẽ facit: et excoriationẽ ⁊ qd̃ nõ facile lubricat ⁊ qd̃ mordicatõez gñat. inutilis vo cũ re dulci ⁊ insipida: sed cũ re acetosa est peior ad vomitũ ⁊ subuersionẽ. Quarta est. rei aũt acetose cũ medicina acuta vtilis est pmixtio. et cũ dulci et oĩ re inflãmabili et mordicatiua. Inutilis vo est cuz amara ⁊ salsa et stiptica ⁊ excoriatiua ⁊ serrosa. Quinta est. rei vo insipide cũ acuta et amara ⁊ salsa vtilis est pmixtio: ⁊ cum serrosa ⁊ inflãmatiua ⁊ excoriatiua ⁊ mordicatiua. Inutilis vo est cũ stiptica. Sexta ẽ. rei q̃ salse cũ acuta et amara et dulci et vnctuosa inutilis est pmixtio: nisi cũ his ppe quoꝝ opatio debilis est: indiget tñ cõfortatõe. Sũt em̃ acutũ et salsum cõfortatiua oim debilr ⁊ tarde soluentiũ. Septima est. rei autem amare ⁊ acute fm aliq̃d vtilis est pmixtio: inutilis cũ re salsa et oĩ faciẽte excoriationẽ ⁊ serrositatẽ ⁊ desiccatiõez. ¶ Attẽde decimo ꝙ aliq̃ res ex mõ sbe cõferũt ad remouendũ malitiã pharmaciarũ. Iuxta illud mesue ibi. Sũt etiã ex rebus q̃ fm ꝯditiones substãtiarũ adiuuãt ad remouendũ malitiã medicine: sicut res cõglutinatiue ⁊ hñtes viscositates. He em̃ opponunt medicinis quarũ ppetas est excoriare viscera ⁊ apire venarũ orificia: sicut retẽ misceri diximus dragagãtũ ⁊ masticẽ aut bdelliũ cũ aloe et coloq̃ntida ⁊ cucumere asinino. Et dixit q̃dã ꝙ lapdanũ est ad ista mirabile ⁊ ppe pmixtũ cũ coloq̃ntida ⁊ pauco oleo ros.

f Amplius ⁊c. In hac pte sexta pmo dicit ꝙ medicina labificatiua nõ pmiscenda est in eadẽ dosi cũ cõpressiua: vt pruna et myrabolani cũ eq̃potentia vel eq̃li vtute in suo modo laxãdi: q: sese mutuo impedirẽt ppter quãdã alias q̃si ꝯrietatẽ suarũ vtutuz ⁊ opatõnũ. Nam cõpressiue est coadiuuare mẽbrũ sup expellẽdis et cõfortare expulsiuã ⁊ cõprimere expellẽda. Sed labificatiua dura remollit: supficiẽ lenit: et villos relaxat. Iuxta illud pn. 2°. hui'. c. 5. Ille aũt q̃ destruunt ppter cõmixtionẽ sunt sicut si sint due medicine vnã efficiẽtes opationem: sed duab' potẽtijs ꝯrijs aut quasi ꝯrijs. Tũc qñ aggregant si cõtingat ꝙ vna earũ antecedat ad opationẽ suã efficiet opationẽ: ⁊ si nõ añcedat vna caruz aliã phibent se: sicut viola et myrabolani. Viola enim soluit leniendo: ⁊ myrabolani soluũt expmẽdo et inspissando. Cũ g° supueniũt materie amboꝝ: opatões destruunt. Signãter dr taliter vt sint vtutes coꝝ eq̃les. Nam in electuario catholicõ: ⁊ in tryferã sarracenica q̃ sunt electuaria artificiose cõposita ⁊ magne vtilitat miscent myrabolani cũ plurib' lenitiuis: sed lenitiua pcellunt. Scd̃o dicit ꝙ si administrent eadẽ die medicine labificatiua et cõpressiua meli' est vnã post aliã tardari. sic vbi gratia ꝙ lenificatiua pus suũ opus expleat. postea sequat opus cõpssiue q̃ lenificatũ inferius deprimat. Nam si lenitiuã cõpressiua pcat nihil ambe faciẽt de eo qd̃ querit. Iuxta illud pn. ibi. Et si myrabolani añcedũt: deinde supuenit viola nõ inest alicui ipoꝝ opatio. Et si añcedat viola ⁊ leniat: deinde supueniãt myrabolani ⁊ expmãt erit operatio fortior. Tertio dicit ꝙ in reliquis compositionibus pharmaciarũ fm hanc consideratiõnẽ pcedẽdum est scz ꝙ nõ componant doses ex medicinis contrariarũ virtutum sub equipotentia ambarum.

¶ De eo qd̃ ex hoc capitulo inq̃rendũ alibi est Cap. X.

m Edicine vẽtris ⁊c. In hoc ca. qd̃ est de inq̃rendis alibi ex hoc caplo scz ex medicinis ventrẽ soluẽtib' tã cõpositis q̃ simplicib'. pmo remittit nos ad sequẽtia p medicis cõposit. Scd̃o p simplicib' ibi [Et fm etates] Tertio docet q̃les pille vitãde sunt et q̃les sumẽde ibi [Pille preterea]

a In pma pte dicit ꝙ medicine cõposite solutiue vẽtris et medicine lenificatiue q̃ bibite leniũt ventrẽ: ⁊ q̃ deforis epithymate leniũt cutem: et alie medicine cõposite oim modoꝝ vsualium sunt req̃rende in antidotario scz in lib. q̃nto canoñ. auicẽne qui est de medicinis cõpositis sub duabus summis. Quarũ prima est de compositis nõ determinatis ad aliquod mẽbrũ. In cu'

Amplius f quod labi facit nõ est cõiungendũ ei quod in premendo iuuat taliter vt sint eorũ virtutes equales: imo melius est in huiusmodi vt vnuz post aliud tardetur: vt sit verbi gratia vna duarũ medicinarum que lenificat pus suã pficiens operationez q̃ ea que premit: deinde adueniat expressiua ⁊ expellat quod lenificatum fuit ⁊ in reliquis fm hac considerationem.

¶ De eo quod ex hoc caplo alibi inquirẽdum est. Cap. X.

Medicine a ventris solutiue ⁊ lenificãtes que bibunt ⁊ epithymant ⁊ reliq̃ ab eis ĩ nr̃o ãtidotario sũt req̃rẽde.

Et fm etates[b] vniuscuiusq3 etiā medicinarum simpliciū melioratio: τ q̃liter sit ei succurendū et quādo ei in potu sit tribuēda in medicinis īquirak simplicibus. Pillule[c] pterea ad bibendū dande nō sunt postq̃ desiccate fuerint vel facte vt lapides: neq3 etiā cu3 sunt molles ne penetrent et retineank: sed sint sicut q̃ modo siccari ceperint et que digitis cedant si comprimantur.

¶ De vomitu. Capitulū.XI.

Homines[a] qui sunt remotiores ab hoc vt medicus eos vomere faciat leuiter: aut pp̃ter naturā sunt homines qui pectus habēt strictū: τ qui male anhelant: τ qui ad sanguinē spuēdū sunt apti: et omnes colla habentes gracilia: τ apostematib9 q̃ in ipso3u3 nascunk gulis apti: τ stomachos habentes debiles: et multu3 pingues q̃m istis cōueniētius est vt vēter soluatur. Et macris melior ē vomitus cholere ipsorū aptus. Aut pp̃ter vsu3 omnes quibus difficile ē vomere neq3 vomēdi consuetudinē habēt. Q̃m si istis puocat9 fuerit fortib9 vomitiuis nō remanebit q̄n ipso3u3 vene in mēbris āhelitus findank τ perueniant ad ptisim. Cū aūt[b] alicui9 res q̃lis sit ignorabik vomitib9 leuib9 pri9 erit experiend9. Qui si ei fuerint faciles erimus ausi fortes ei dare: sicut illu3 qui fit ex elleboro et sibi similes.

tractatu secūdo agik de hieris q̃ ventrē soluūt. Et in tertio de aliq̃bus electuarijs solutiuis. Et in nono de pillulis τ decoctionibus
b In scda dicit ꝙ īquiri d3 in medicinis simplicib9 videl3 in 2° canō. q̃ est de medicinis simplicib9. Primo quidē melioratio cuiusq3 medicinarū simpliciū fm etates. i. electio melioris earū fm recentiā et vetustatē vel dispositionē mediā et nō solu3 fm etates: s3 etia3 fm loca in quibus inueniūk τ tpa sue collectionis τ spēs earū. Scdo q̃lik sit ei succurrendū. i. malitia ipius corrigenda. Tertio q̄n sit in potu tribuēda sc3 q̃ tēpe āni q̃bus etatib9 et qua hora diei.
c In tertia dicit pmo ꝙ pillule nō sūt dāde dū desiccate fuerint τ indurate: vt lapides: q2 vix reduci possunt de potentia ad actū sic indurate: τ diutius iniacent stomacho q̃ deberent vel labunk integre sine opatione. ¶ Sed q̃ret aliq̃s q̃re dicit ꝙ nō sūt dāde ad bibēdū sic īdurate cū potus adiuuet ad remollitionē earū. Dic ꝙ hic phibet eas duras dari cū liquore aliquo facilitāte suā transglutionem aut apozimate volēs innuere a fortiori ꝙ nō sunt dāde sicce solitarie: quia si date cū aliquo liquore vel apozimate nō sufficienter remolliunk: q̃to minus sole sicce date remollieuk: nisi dissoluank i liquore aliquo p modū bibule dosis qd nō intēdit hic. Scdo dicit ꝙ neq3 etiā dāde sunt nimis molles ita ꝙ defluāt a forma sua rotūda sine cōpressiōe. Tertio reddit cām vtriusq3. Et pmo dat cām quare nō sunt dāde molles sc3 ne penetrēt citi9 debito. Scdo quare nō debent dure dari sc3 ne retineank diuti9 q̃ cōueniat. Quarto dicit ꝙ pillle du3 dank debēt esse tales ꝙ modo siccari incipiāt: sic ꝙ psistant ex semetipsis in figura sua et cedant digitis comprimētibus eas ilico dum comprimentur: sic em̄ morank tempe debito in stomacho donec attraxerint a longinquo humores quod ab eis queritur. Nam ideo dank in substantia solida et figura rotunda: et iubentur transglutiri integre sine masticatione.

¶ De vomitu. Capitulum.XI.

Homines qui sunt τc. In hoc caplo pmo agit de ineptis vomitui. Scdo de via tenēda cu3 ignorak dispositio alicuius ad vomitu3: τ de modis pparationis ad eum ibi [Cum aūt alicuius res] Tertio de regimine post eum tenēdo ibi [Cūq3 post cibum quē comedit] Quarto de faciēdis in hora vomitus τ de medicinis pparatorijs ad eū ibi [In hora aūt vomēdi] Quinto de hora accipiendi vomitiuum forte τ auxilijs eius in executione operis: et de faciēdis cū vomitus festinauerit ibi [Cūq3 aliquis] Sexto de terminis ad quos ptingit vomitus: τ de signis vomitus vtilis: et de signis et remedijs nociui vomitus ibi [Et finiū vomitus] Septimo de egritudinib9 q̃bus cōfert τ q̃s infert vomitus τ de phibitione minutionis statim post vomitū et alleuiatione vomitus difficilis ex subtilitate humorum et de significatione assellationis post vomitū et vomitus post assellationem et hora vomendi in estate et prohibitione vomit9 in pregnante ibi [Et egritudines]
a In pma parte que est psens textus pmo innuit hanc diuisionem. Hominū ineptorū ad vomitum facilē quida3 per naturam sunt ad hunc inepti: alij per vsum: quia raro aut nunq̃ vomere cōsueuerunt. Secūdo per modū alterius diuisionis tāgit septē genera hominū per naturam vomere ineptorū sine detrimento. Primi generis sunt hi quib9 pectus est strictū. Nam pectoralia in vomitu laborāt et coartank ex dilatatione hysophagi: τ transitu humorum violēto p eum que debilia sunt in stricto pectore. Secundi generis sunt qui male anhelāt seu qui malitiā anhelitus habent sub q̃ continenk difficultas: cōstrictio: duplatio: τ intercisio anhelitus: τ anhelitus pparatus qui nō aduenit habēti ipm nisi preparek et equetur et extendat collū suu3 ad superiora. Iuxta illud pncipis tertij decima tractatu primo caplo. 23. Malitia anhelitus cōmunicat dispositōibus egredientibus a natura in āhelitu quā non cōsequuuk accidentia sana: imo accidentia egra impedientia: τ illa sunt sicut difficultas āhelitus: τ duplatio anhelitus: τ intercisio anhelitus: et anhelitus pparatus. Horum em̄ omniū malitiam aggrauat vomitus fortis. Tertij tūc sunt apti ad spuendum sanguinem ex passiōe emoptoica. De qua dicit alexander in secūdo practice sue caplo de emoptoicis. Nescio si est alia peior passio ista id est qui sanguinem expuūt non ob hoc solum: quia ipsa p se euacuādo occidere potest hominē: sed quia pessima τ diuturna cum terribili mentis turbatione passio generatur. Talis autem prompte vomitu excitak. Quarti sunt omnes graciliū collorum: quia tales habēt hysophagum debilem τ cito vexank brāchis: τ sunt dispositi ad ptisim quam vomitu interdū vexati incurrunt: vel rumpik aliquid in hysophago vel prope ipsum violētia vomitus. Quinti sunt apti incurrere apostemata gule sc3 squinātias et paritimia quibus innascuntur hec apostemata: vel a materijs a cerebro fluxis: vel ab his que sursum a stomacho ascendūt quas vomitus cōmouet et fluere facit: et vexans gulam proniorem efficit ad has recipiēdas. Sexti sunt habentes stomachos debiles quos plus debilitat violentus vomitus cum sit malus motus ex toto genere contra naturā. Septimi sunt multum pingues: quia abūdāt in grossis humoribus ineptis ascēdere quare plus expedit ꝙ eis soluatur venter: vt macris cholericis plus conuenit vomitus aptus sue cholere pronē ad ascendendū sua leuitate. Tertio dicit ꝙ causa huius vsus seu cōsuetudinis nunq̃ vel raro vomēdi omes illi sunt remotiores ab hoc vt medicus eos vomere faciat quibus difficile est vomere: et qui nō habent consuetudinē vomēdi: quia assueti assuetos ferre labores. etsi fuerint imbecilles aut senes insuetis τ fortibus τ iuuenibus facilius ferūt. amphorismorū secūda. Quarto reddit generalē causam quare oms predicti sunt remoti ab hoc vt medicus eos vomere faciat. Quia si eis dek pharmacia vomica fortis: vt elleborus albus nō euadēt a ptisi ex fissura vene in membris anhelitus propter violentiā motus pharmaci circa pectoralia et ineptitudinem passi seu rebellionem et inobedientiā aduersus pharmaciam qua perdurat motus diutius atterēs pectoralia. Propterea ptisicis et parati ad eam quales sunt pdicti prohibek vomitus. Iuxta illud Hypocratis amphorismo3 sexta. Ptisicos vero metuētes ad supiores pharmacias Et ga. in cōmento ait. In ptisicis quidē cauēdū ē ne supiores denk aliq̄n potiones pp̃ter defectū instrumēti spūalis ptisici. hi sunt intelligēdi: aut qui iam sunt: aut qui ad hoc sunt dispositi.
c Cum autem alicuius res qualis sit ignorabik τc. In hac parte secunda dicit primo ꝙ quando dispositio alicuius ad faciliter vel difficulter vomendum nobis incognita est. primo experiri et tentare debemus cum vomitiuis leuibus vt cum aqua calida: aceto: et oleo: vel cum aqua decoctionis raphani. Et si inuenerimus eum facile vomētē audebimus dare ei vomitiuum forte: velut elleborum azarabaccaram et sibi similia. maxime si fortis et robustus fuerit. Et hac via incede in purgationibus omniū quorum natura tibi incognita est incipiendo a debilibus quantum tuum diligis honorem et patientum salutem: malisq3 semper defecisse in minus q̃ excessisse in plus.

Scḋo dicit. Et si nō oportuerit vt fiat q̄tinus vomāt. i. q̄uis nō oporteat vt p̄parent ad vomitū fortem p̄mittēdo vomitus leues: puta q̄a de se sunt apti ad vomitū. aut fuerit vnus de ineptis ad vomitū cui necessarium fuerit dare vomicū forte ipm̄ p̄para ꝛ induc in eo consuetudinem vomēdi p vomitus faciles cum aqua calida ꝛ oleo sepe ꝓuocatos. Primos quidē p̄para: quia lȝ preparatio non sit eis necessaria: multo tn̄ facilius ferent vomitiuū forte: ꝛ breuius ꝛ leuius operabitur Et scḋm p̄para diligentius ꝛ attētius: tuȝ quia ineptus ē ꝛ preparatōe plurimū indiget: tum q꞉ ex hoc a malis p̄seruaꝛ accidētibus solitis oriri ex vōitu forti. ¶ Attende q̄ vomitui inepti q̄nq̄ vomitu indigent: quia repleti sunt malis humoribus quos nō lȝ p inferiora educere: vel ꝓpter aliquā egritudinem in intestinis aut ano cuius inde timereꝛ aggrauatio vel quia materia venenosa ꝛ corrosiua est vt cholera prassina vel eruginosa: que si educereꝛ p inferiora vulneraret intestina. Tertio tangit tria preparatoria ad vomitū post que debet dari vomit᷒. Primū est dare ei nutriētia mollificatiua vnctuosa ꝛ solutiua: vt butyrū oleū brodia carniū vel piscium pinguia carnes multū pingues aut pisces frixos multe pinguedinis. ¶ Cōtra. solutiua diuertūt hūores a via vomitus q̄re nō p̄parant: immo inhabilitāt eos ad vomitū. Dic q̄ p solutiua h̄ intelligit᷒ relaxatiua membroꝝ ꝛ p̄cipue stomachi ꝛ hysophagi. Vel dic q̄ solutiua labificādo et leniendo nō attrahēdo plus ꝓficiūt sua mollificatione ad p̄parationē vomitus q̄ noceant subductione. Scḋm est facere quiescere ab exercitio vomiturū ne p exercitiū purgādi humores ad exteriora tracti diuertanꝛ a vijs vomitus et vt per diminissionē exercitij appetitus cibi diminuaꝛ ꝛ stomachus fastidiaꝛ. Tertium est dare ei in potu vnctuosa vt ceruisiā cum butyro modo frizonum ꝛ zelandrinorū q̄ sic eā bibunt: ꝛ dare ei in potu olea sicut oleum oliuarū vel sisaminū cum aqua calida vel hydromelle. Naȝ talis potus in stomacho natās nauseam inducit ꝛ vomitū apparat. Quarto iubet p̄nceps dare vomituro nutrientia bona p̄usq̄ vomitū sumat: maxime si vomitus difficilis fuerit: q꞉ fortasse nō euomet cibū: immo natura retinebit ipȝ: meli᷒ autem est bonū retineri vt bene p ipm̄ corpus nutriaꝛ. Et loquitur h̄ p̄nceps de cibo sup quem pharmacia vomica est exhibēda. Nā dictuȝ est prius q̄ post sumptū cibum leuius ꝛ facilius vomitus fit. Et p bona nutriētia hic intelligit nutriētia euchima: sicut brodia pinguiū caponū. ¶ Contra: malū nutriēs plus excitat vomitū nutriēte bono. q꞉ nā est auidior in retētione boni. Dic q̄ nō semp: immo plus appetit stomach᷒ ꝛ auidius retinet male nutriētia: sicut placētulas: āguillas: murenas q̄ cibos euchimos vt pullos perdices.

Et si nō oportuerit vt fiat quatinus vomāt: aut fuerit vnus cui necessarium erit dare vomicū prepara ipsum et fac ei cōsuetudinē. Et mollifica ipsius nutriētia: ꝛ fac ea vnctuosa ꝛ solutiua: ꝛ fac eum quiescere ab exercitijs: et postea da ipm̄ ei ꝛ da in potu vnctuosa ꝛ olea. Et ad comedendū da ei anteq̄ vomicū nutriētia bona: et ꝓprie si vomitus fuerit difficilis: qm̄ fortasse non vomet ipm̄: imo natura ipm̄ retinebit: ꝛ meli᷒ est vt bonum retineat q̄ malū. Cūq̄ post cibum quē comedit causa vomēdi vomuerit tardet comestionē donec fames sit fortis. Et seda sitim eius cuȝ aliquo quod sit sicut sirupus matianorū sine aqua: ꝛ nō cū iuleb neq̄ sirupo acetoso: qm̄ vomere faciūt. Cibus aūt qui est ei vtilis est pullus in cardabeȝ et tres phiale vini post ipȝ ¶ Et ille quidē qui acetosum vomuerit et nō cōsueuerit ꝛ i pulsu aliquod signū febris habuerit comestionē vsq̄ ad mediū diem tardet. Et āte ipsam aquaȝ rosaceā calidā bibat. Cui aūt acciderit vt choleram vomat nigram ipsius stomacho spōgia aceto calido infusa supponaꝛ. ¶ Et meli᷒ quidē est vt sit cibus q̄ ad vomendū sumiꝛ diuersus: quoniā natura cuȝ est vnus ipm̄ amplectiꝛ stomachus et in dimittēdo ipȝ fit auar᷒. ¶ Post vomitū autē ipsius superfluum conferunt aues parue et pulli cū ambulare incipiūt: ossa tamen suarū extremitatum

c Cūq̄ post cibum ꝛc. In hac parte tertia p̄mo agit de regimine hui᷒ in cibo ꝛ potu qui post cibū vomuit. Secūdo in sp̄ali de regimine huius q̄ vomuit acetosuȝ: ꝛ hui᷒ q̄ vomuit cholerā nigrā ibi [Et ille q̄dē] Tertio de cibis ante vomituȝ sumēdis ibi [Et meli᷒ quidē] Quarto de regimine post sup̄fluum vomitū ibi [Post vomitū autem]

¶ In prima particula dicit p̄mo q̄ cū q̄s vomuerit post cibum assumptum gratia vomitus inde ꝓuocādi differat comedere donec fortiꝛ famescat. Ex quo em̄ post cibum vomuit nullo p̄sumiꝛ indigere cibo: et vexatus stomachus vomitu p̄uio male ferret cibū si nō aliquādiu q̄escere dimitteret. Scḋo dicit q̄ sitis illius qui post cibū vomuit pacificanda est cū potu sirupi matianoꝝ puri sine aq̄: non cū simplici iuleb quod ex aq̄ mūda et zuccaro cōstat: neq̄ cū sirupo acetoso qui ex aqua cōstat zuccaro ꝛ aceto: q꞉ ꝓuocaꝛ his ambob᷒ vomit᷒. Est autē sirupus macianoꝝ sirupus de pomis. De q̄ dicit mesue in ātidotario distictōe sexta. Sirupus de pomis cōfortat cor debile ꝛ sanat sincopiȝ: ꝛ tremorē cordis. Et fit hoc modo. R. succi pomoꝝ dulciū ꝛ acetosoꝝ aā. lib

q̄nq̄ coquaꝛ succus vsq̄ ad cōsumptionē medietatis ꝛ dimittatur p duos dies vsq̄ dum clarescat. deinde coleꝛ ꝛ cū trib᷒ lib. zuccari fiat sirupus. Solet aūt sitis post forte vomicū ꝓpter tria excādescere. Primo quidē rōne pharmaci vomici calefaciētis ꝛ desiccātis orificiū stomachi. Scḋo ex motu vehemēti stōachi quo etiā calefit ꝛ desiccatur. Tertio ex humoribus cholericis q̄s pharmacū vomicum trahit ad stomachū ꝛ in eo cōmouet. Tertio dicit q̄ cibus cōueniēs ei qui vomuit post assūptū cibum est pull᷒ in cardabeȝ. i. brodio aliquo cōfortante stōachuȝ: vt est gelatina vel frida saluia q̄ cōiꝛ vtūꝛ galli cī velut edulio multū delectabili excitante appetitū ꝛ corroborante stomachū. Nam cito digeriꝛ leuiꝛ ꝛ bn̄ nutrit ꝛ stomachū fatigatū releuat. Quarto dicit q̄ potus ei cōueniēs post dictū pulluȝ est phiale tres vini subrubei electi. p hoc em̄ cōfortanꝛ stomachus ꝛ oia p̄ncipalia mēbra reparanꝛ sp̄us ꝛ nutriꝛ corp᷒ laudabili sanguine. Et itellige p phialā brialā seu cadū vas vinariū tres. ℥. cōtinēs quale est puū vitrū q̄ solem᷒ bibere maluaticū. sūt g̊ phiale tres. ℥. 9.

¶ In scḋa dicit p̄mo q̄ ille differre dȝ cōestionē suā vsq̄ ad mediū diē scȝ p. 12. horas a tp̄e vomit᷒ vel vsq̄ ad horā meridiei q̄ vomuit acetosum p̄ter cōsuetudinē ꝛ aliq̄d signū febris habuerit in pulsu: aut aliꝛ vt horripilationē vel rigorē vel confractionē mēbroꝝ: vel dolorē capitis: vel alices ꝛ oscitatōes. Notāꝛ dicit ꝛ nō cōsueuerit: q꞉ cōsueti vomere acetosuȝ facile illō ferūt n̄ indigētes magna ꝓuisione diete: sȝ sola oris lotiōe. ¶ Attēde q̄ res acetosa q̄ euomiꝛ q̄nq̄ est cib᷒ aut potus ex se acetosus vel acetosat᷒ in stōacho vt lac ꝛ vinū q̄ i stōacho frigido freq̄nꝛ acetosāt Et aliq̄n est acetosum phlegma vel in se acetosatū ex ebullitōe: sicut succi fructuū post ebullitionē acetosanꝛ: vel ex p̄mixtione melācholie acetose. Et aliq̄n est melīa vel nālis q̄ quadā acetositate remissa pticipat: vel adusta genita ex nāli: q̄ si subtilis sit ē acris valde sicut acetū. vt ait p̄n. p̄mi p̄ma doc. 4. ca. 1. Et quocūq̄ hoꝝ modoꝝ res euomita acetosa fuerit: ꝛ aliq̄d signū febris affuerit cibus differēdus est p̄mo vt stōach᷒ g̃uatus q̄escat. Scḋo vt nā reddaꝛ attētior in occursu febris ꝛ ꝓhibitōe ei᷒. Scḋo dicit q̄ is q̄ acetosum vomuit ꝛ in pulsu signū febris hȝ puta frequētiā vel velocitatē imoderatā bibat añ cōestionē aquā calidā rosatā q̄ stomach᷒ vomitu debilitat᷒ cōfortari valeat ꝛ febris extingui: p̄cipue si acetosum euomitū fuerit melīa adusta sbtilis acris q̄ sup terre faciē ꝓiecta ebullit. Tertio dicit q̄ spōgia infusa in aceto calido supponaꝛ stomacho illi᷒ cui vomit᷒ accidit cholere nigre. ¶ Attēde q̄ vomit᷒ cholere nigre est difficilis ꝛ laboriosus i nō cōsuetis ꝓpter grossitiē ꝛ g̃uitatē ei᷒. Propterea iussit hyp. āph. 4. melīcos vehemēti᷒ inferi᷒ purgari. stomachus ergo plurimū laborat ꝛ opp̄ssus estuat i tali vomitu: cōfortaꝛ aūt atq̄ coadunaꝛ p acetū calidū foris adhibitū ꝛ cōtēpaꝛ calor extraneus.

¶ In t̄tia dicit q̄ expediēs est vt cib᷒ sūpt᷒ ad ꝓuocatōeȝ vōit᷒ n̄ sit vn᷒ sol᷒: sȝ diuersus m̄tiplex. Nā dū p nāȝ simplex ꝛ vnus est amplexaꝛ euȝ fortiꝛ stōach᷒ ꝛ auide retinet. Istud p̄meminit p̄n. pag̃pho p̄mo capl̄i q̄rti p̄n̄t fen: dicēs. Oȝ vt illi᷒ cib᷒ cui᷒ soluēdus est vēter aut vomit᷒ ꝓuocādus partiaꝛ et vt quod ei in vna die sufficiebat multꝭ comedat vicib᷒: ꝛ vt sint cibi diuersi: et pot᷒ etiā diuersi. Ex hac nanq̄ dispōne accidit stomacho vt expellere desideret quod est in eo superius aut inferius.

¶ In q̄rta dicit p̄mo q̄ aues p̄ue sicut alaude ꝛ pulli incipiētes

ambulare sunt vtiles cibi post supfluū vomitū: q͛ sunt facilis di gestiōis velocis penetratōis ⁊ boni nutrimēti. ⁊ tales decet sto machū attritū ac debilitatū supfluo vomitu ⁊ nedū stomachū sed totū corpus. Scdo dicit ꝙ ossa suarū extremitatū vt alaꝝ et pedū comedere nō debēt. Et idē intellige de extremitatib᷒ car tilaginosis su

e In tertia dicit p̄mo vomitū debere fieri semel vel bis i mēse vt in p̄ma ꝑte capl̄i istius dixit. ⁊ cā illic reddita est. Scd̄o dicit ꝙ debet fieri post repletionē q2 facili⁹ tūc vomitus fit. Iux̄ illud rasis. 4. almāsoris. c. de vomitu. Vomitu vero semel in mense vel bis vtendū est: quod etiā post cibi saturitatē fieri opʒ. Vomere em̄ sine repletiōe stomachi durū ē: neq̧ absq̧ magno labore ⁊ studio fieri potest. Et id intellige de vomitu non egēte violēto pharmaco: sicut elleboro. egens em̄ tali ieiunus sumere debet. Iuxta illud p̄ncipis capl̄o vndecimo huius fen. Cūq̧ aliquis fortē sumere vult vomitum: sicut qui fit ex elleboro ipsum bibere debet ieiunus. Tertio dicit ꝙ in vomitu prouocādo quoq̧ mense semel aut bis non est obseruāda certa reuolutio neq̧ numer⁹ notus et adequatus dierū: vt natura obfuat in eductōe menstruorum. Cuius rō est ne natura pigra fiat in expulsiōe sup̄fluitatū ⁊ consuetudinaria vomitui dimittens coaceruari passim superfluitates vsq̧ ad horam vomitus: et si quo casu differat̄ hora vomitus corpus inde egrotet.

d In quarta dicit ꝙ vomit⁹ affert maius iuuamētū illi cuius p̄ma repletio ē cholerica ⁊ ē macer. Q2 cholera leuis ⁊ ignea existēs sup̄iora petit: vt ait ga. 4. āph. cōmēto illi⁹ cañ. Purgare q̄dē estate sup̄iora ⁊c. Et paulo post illic ait hyp. Graciles ⁊ facile vomētes sup̄i⁹ purgare timētes hyemē. Et itelligeb ꝑ p̄mā repletōnē potiorē in sup̄abūdātia peccāt̄ hūoris. ¶ Attēde ꝙ vomitus nō est macris vtilior generalr̄ ex ꝑte maciei: q2 macris melācholicis nō multū cōuenit: sed inquātū macies repletōi cholerice iūgitur ant ei attestat̄. ¶ Attende 2° ꝙ rasis. 4. almāsoris cap. de vomitu sic cōmemorauit iuuamēta ipius. Vomit⁹ si vt oportet

temperate fiat stomachum purgat ⁊ digestiuaꝫ meliorem efficit ⁊ corp⁹ renouat ⁊ mūdat caputq; ⁊ sensum alleuiat ⁊ visuꝫ acuit.

¶ De impedimento vomitus supflui. Ca.XIIII.

f a Uperfluus stomacho. In hoc ca. pͦmo narrat nocumenta vomitus. Scđo detestabileꝫ morem quorūdam cito se replentium ⁊ ad vomituꝫ preparantiuꝫ ⁊ nocumentū ac remedium ei⁹ ibi [Ex hoībus p̄terea]

a In pͥma parte tāgit decem nocumenta supflui vomitus. Primū est i stomacho cui tripliciter nocet. Primo quidem debilitando eū violento motu et cessiuo ipsius cōtra eius naturam. Secūdo resoluēdo ipm .s. humiditates nāles calorem ⁊ spirit⁹ eius. Tertio reddendo eū aptum vt materie ad eū fluant: q2 supfluus vomitus ab inferioribus trahit ⁊ superiora cōcutit ad reuma disponens. Scđm est in visu: nam cōturbat fortitudinē ⁊ frequentia sui motus ⁊ effumatiōe eorum que vomunt ad cerebruꝫ ⁊ oculos visibiles spūs: ⁊ interdum a cerebro excutit grossos humores ad neruos opticos vł ad oculos quibus oppilant vñ excecantur aut parum vident. Tertium est in pectore. Nam in motu vomitus dyafragma ⁊ musculi pectoris vehemēter laborant quibus dolentibus ⁊ fatigatis totū pectus cōdolet. Quartum est in dentibus ꝓpter illud qđ inter eos remanet de rebus euomitis qđ quandoq; imbibit radices eorum ⁊ dolere facit: ⁊ interdum putrefacit eas vł ipsosmet dentes aut colorem eorum fedat. Quintum est. in antiquis capitis doloribus preterq̄ in illis q̄ cerebro cōmunicant a stomacho. In talibus enim vomitus prodest educendo humores quorum vapores ⁊ fumi cōmunicati dolere id faciunt. Sed in doloribus alijs cōmouendo materias eorum exacerbat eos ⁊ quasi furere facit. Sextum est in epilentia a causa priuata latēte in cerebro nō cōmunicata ab inferioribus In cōicata enim ab inferioribus p̄sertim a stomacho vomit⁹ iuuat educendo cām antecedentem epilentiā illaturam. Sed in illa que fit a causa p̄uata qñq; vomitus ꝑrismum cōmouet dilatando ⁊ agitando materias que prius quiete erant. Septimum est in epate. Nam supfluitas que est in ipo vomitu nocet epati ꝑ viam compassionis ⁊ cōpressionis ipius a stomacho violenter moto qui supstat epati sicut lebes igni. Preterea stomachus excessiue vomens supflue sugit humiditates ab epate: vnde desiccatur ⁊ debilitat. Octauū est i pulmone. Nā cōpsso pectore violētia vomit⁹ opprimit pulmo: ⁊ ad ipm interdū descēdere facit vomitus humores a cerebro excussos. Ideo dicit hypo. amphoris. quarta. Ptisicos vero metuentes ad superiores pharmacias. Nonum est in oculo. propter causam dictam in nocumento visus. Decimum est in venis. Nam vomitus excedens interdum findit aliquam venarū: maxime in pectore vł epate. ¶ Attende q rasi. q̄rto almans. caplo de vomitu sic cōmemorauit nocumenta vomitus. Qz si multus fuerit vomitus corpus desiccabit atq; epati ⁊ corpori nec nō oculis ⁊ pulmōi nocebit venas quoq; findit qñq; ⁊ rumpit ex quo ⁊ passio accidit emoptoica.

b In scđa dicit pͥmo q aliqui hoīum cito volunt impleri vł ex malo more solite voracitatis vł ex appetitu quasi canino quo festinant cibos p̄us trāsglutire q̄ pfecte masticati fuerint: ⁊ plus de eis sumunt q̄ suus stomachus tolerare possit: ideo sic granatus ⁊ quasi coactus ꝓperat ad vomitū. Scđo dicit q actio talis se cito implēdi ⁊ statim vomendi ꝑducit actorē ad malas chronicas seu mansiuas egritudines: vt ad tympanitē ex debilitate digestiue stomachi: vł ad alchitem ex oppilatione epatis a cibo nō masticato vł ad hyposarcam ex errore inuiscatōis alimēti vltimi ꝓpter eius aquositatem ex diminutiōe p̄orum digestionū: vł ad spleneticā passioneꝫ ex oppilatione splenis: vł ad calculū ex oppilatiōe renum aut vesice: vł ad arteticas aut paralyses ex multitudine crudorum humorū. Tertio dicit q istiuoraces ꝓhibēdi sunt a cita repletione cogente vomere ne mā siuis morbis attriti langueāt. Et tu medice mensura potus ⁊ cibos eoruꝫ. Et vt tibi credant allegacis illđ ga. 5. de regimine sanitatis ca. pͥmo. Qualit igitur nō est turpe optima natura fortunatum portari quidem ab alijs propter podagram: liquari vō doloribus lapidem habentem ⁊ anum dolentem. Et fm vesicam vlcus ex cacochimia habentem. Qualiter aūt nō turpe ꝓpter admirabilem arteticam impotenteꝫ vti suis manibus alio indigere qui offerat cibū ori ⁊ anum abstergat in secretis. melius enim quicūq; nō fuerit mollis eligere vtiq; cēties mori q̄ talē sustinere vitā. Si aūt suam turpitudinē quis despicit ꝓpter inuerecundiā ⁊ mollicie: tñ labores nō oportet despicere quos die noctuq; hꝫ velut ab executoribus a passionibus euersus.

¶ De impedimento vomitus supflui. Capitulum .XIIII.

f Uperflu⁹ a stomacho nocet vomitus ⁊ ipm debilitat ⁊ resoluit ipm ⁊ facit eum aptū vt materie ad ipm ꝑueniant: et obest visui ⁊ pectori dētibus etiā. Et antiquis capitis doloribus nisi eis q̄ sunt ꝓpter societateꝫ stomachi. Et facit nocumentū epilētie capitis que nō est cā inferioꝝ membrorū. Supfluitas q̄ꝫ que est i ipo nocet epati: et pulmoni ⁊ oculo: ⁊ aliquā venaꝝ qñq; findit. Ex hoībus b p̄terea est q̄ vult cito ipleri: deinde nō tolerat: immo ꝓperat ad vomendū. Et actio huius ex eis est q̄ ꝑducit eum ad malas egritudines māsiuas. Ipe ergo a repletione ꝓhibēdus est: ⁊ tu ipius cibum ⁊ potum mensura.

¶ Ad succurrendū dispōnib⁹ q̄ accidunt vomenti. Caplm. XV.

d E prohibitione a aūt vomēdi iam diximus qđ oportebat. Tensioni vō b ⁊ dolori que sub hypocōdrijs fiunt conferunt panni aqua calida infusi ⁊ suppositi ⁊ oleis lenificātibus ⁊ ventosecum igne. Fortem autem c mordicationem in stomacho manentem remouet bibere iura vnctuosa que cito digerantur: ⁊ inungere locū ex aliquo quod sit sicut oleum violatum mixtum cuꝫ oleo keiri ⁊ pauca cera.

¶ Ad succurrendum dispōnibus q̄ accidūt vomenti. Ca.XV.

d E ꝓhibitione. In hoc ca. pͥmo remittit nos de ꝓhibitione vomitus ad p̄ora. Scđo agit de remedijs tensionis ⁊ doloris sub hypocondrijs ex vomitu ibi [Tensioni vō] Tertio de remedijs mordicatiōis stomachi manentis post vomitū ibi [Fortē aūt] Quarto de remedijs singultus ex vomitu ibi [Singultū vō] Quinto de remedijs sanguis qui cū vomitu exit remittit nos ad iā alibi dicta ibi [Et đ sanguie] Sexto de remedijs tetani subeth ⁊ intersectiōis voc ex vomi

a In pͣ pte dicit se dixisse sufficiēter đ ꝓhibitōe (tu ibi [Alcuzes vō] vomēdi .s. c. u. hui⁹ fen In cui⁹ pͥma pte agit de ꝓhibitōe vomēdi ꝓpter ieptitudinē corpis ad vomitū. Et in q̄nta ci⁹ pte đ ꝓhibitōe vomēdi cū medicina vomica festinaugit opari .s. ibi. Cūq; medicīa vomere faciēs ꝓperauerit ⁊ suam cito inceperit operationē vomitor quiescere debet ⁊ odores bonos olfacere ⁊ eius extrema cōprimendo sunt fricanda ⁊c. Et iterum caplo sequenti agit de ꝓhibitione superflui vomitus.

b In secunda dat tria remedia cōtra tensionem ⁊ dolorem sub hypocondrijs ex vomitu. Primū est suppositio pāni linei vł lanei ifusi in aqua calida ptibus tēsis atq; dolētibus. Scđm est suppositio dicti pāni infusi seu imbibiti in oleis lenificātibus siue anodinis qualia sunt olea de camomilla ⁊ de lilio ⁊ de aneto. Tertium est superpositio ventosarum cum igne partibus dolentibus. Ab his enim tribus remedijs resoluuntur ventositates fumi ⁊ vapores quos pharmacum vomicū in humores operans illic suscitauit: a quibus procedunt dolor ⁊ tensio sub hypocondrijs.

c In tertia dat duo remedia cōtra fortem mordicationem relictā in stomacho vł ex acumine pharmacie vomice vł ex acumine humoꝝ per hanc attractoꝝ. Primū est bibere iura vnctuosa facilis digestionis sicut ius galline pinguis vł ius caponis vł aquam pisorū cū butyro recenti vł oleo oliue. Ipa eni reꝑmūt pharmacie acumē ⁊ humoꝝ quos ipa attraxit ⁊ subducunt reliquias pharmaci ⁊ humoꝝ malorū. Propterea mesue caplo tertio secūde intentionis simplicium laudauit ꝑmixtionem vnctuosi cum acuto pungitiuo dicens. Et vnctuosi quideꝫ cum acuto bona est permixtio ⁊ cum amaro ⁊ omni quod serrositateꝫ facit ⁊ excoriationem: ⁊ quod non facile lubricat: ⁊ quod mordicationem generat. Secundum est inungere deforis locum mordicationis cum oleo violato aut aliquo tali mixto cum oleo de keiri: ⁊ pauca cera. Quia oleum violatum inflammationem sedat vbicunq;

sit ⁊ lenit asperitates. Et oleum de keiri est resolutiuum sedatiuum dolorum: vt ait mesue capitulis de eis distinctiõe vltima antidotarij ei⁹. Et est keiri herba abundãs in muris antiquis huius regionis: cuius flores habent odorem violarum: ⁊ inueniunt̃ ex eis citrini albi ⁊ purpurei. Cera vero dictis imiscetur oleis vt diutius hereant stomacho: ⁊ q̃ etiam de se lenitiua est.

Singultũ⁹ vo si cũ eo acciderit ⁊ ꝑmanserit sternutatio retinebit: ⁊ dare ei ex aqua calida ad traijciendum paulatim. Et de sanguine[e] quidez iam diximus in capitulo de impedimentis vomitus. Alcuzez vero[f] ⁊ egritudinibus frigidis esubeth ⁊ intersectioni vocis que accidunt post ipm cõfert ligare extrema ⁊ stringere ea ⁊ superponere stomacho pannum infusum oleo in quo cocta fuerint ruta ⁊ siccidis: ⁊ dare ei ad bibendũ mel cũ aqua calida. Et hñti quidem asubeth fiat hoc ⁊ in aurẽ eius mittatur.

d In quarta dat duo remedia cõtra singultũ qui cũ vomitu fit ⁊ post ipz ꝑmanet. Primuz est ꝓuocatio sternutationis cuz aliquo leui mordicante nares vł titillante vt cum setis porci vł spicis siliginis imissis naribus. Iuxta illud p̃n. tertij. 13. tractatu. 5°. ca. de cura singultus. Et sternutationi quidẽ in superando materiam facientem singultum inest impressio maxima. Id p̃cmeminit hypocras amphorismorum sexta dicens. A singultu habito sternutatio superueniens soluit egritudinem. Et galienus in cõmento ait Singultus de plenitudine ⁊ de inanitione fit ⁊ maxime de plenitudine: qui cum euenerit necessarius est motus fortis quo humiditas illa expelli possit. hic autem motus in sternutatiõe inuenitur. ¶ Attende primo ꝙ singultus est spasmus stomachi in initio pleni aut desiccati aut mordicatione aliqua incitati: vt ait galienus amphorismoꝝ q̇nta cõmento illius canoñ. In moderata purgatiõe spasmus aut singulgultus malum. ¶ Attende secundo ꝙ in singultu de inanitione post vomitum vł ex vomitu orto nõ competit sternutatio: q̃ violentia sui motus augeret desiccationem villorum. Talis aũt quandoq̃ superuenit ex vsu ellebori. Iuxta illud galieni amphorismorum quinta cõmento illius canonis. Spasmus ex elleboro superueniens mortale. Aliquando etiam singultus venit ꝓpter dolorem ⁊ puncturam stomachi ⁊ mery. Hoc autem ex elleboro genus spasmi nasci solet: nõ tamen hypocras nominauit: sed intelligere possumus hunc spasmum esse de inanitione: q̃ oĩs res mordicatiua vł pungitiua est desiccatiua. Secundum remedium est exhibitio paulatiua aque calide ad traijciendum seu transglutiendum. Ipsa nanq̃ lauat ⁊ abstergit stomachum. et os eius ab humiditatibus que singultum faciunt ⁊ acumen reprimit tam pharmaci vomici ꝙ matericrum quas ipm cõmouit.

e In quinta dicit se iam dixisse de sanguine id est de vomitu sanguinis ⁊ remedijs eius in capitulo de impedimentis vomitus. Et per illud nõ intelligas capitulũ precedens quod intitulatur de impedimento vomitus superflui: q̃ nusq̃ in eo de sanguine agit̃: sz potius capłm sequens quod dat remedia vomitus sanguinis: vł. 15. tractatus quinti fen. 13. tertij quod intitulatur de curatione vomitus sanguinis. Nec dimouearis ab hoc: q̃ dicit. iam diximus: cũ de his dicturus sit primo in sequentibus: q̃ forte fecit tertium libruz canoñ. ante primum vt medico practico magis necessarium: vł supponit iam scripsisse ⁊ compleuisse totum suum canonẽ. Ideo frequenter in libris prioribus allegat dixisse ea que scripta sunt in posterioribus.

f In sexta dat tria remedia cõtra tetanum arabice dictum cuzes et alcuzes ⁊ egritudines frigidas subethicas sibi copulantes somnum ꝓfundum arabice dictum subeth ⁊ esubeth ⁊ etiaz asubeth ⁊ intersectionem vocis sequentes vomitum. Primum est ligare ⁊ stingere extremitates corporis vt brachia ⁊ manus tibias ⁊ pedes cum fune aut institis satis dolorose vt humiditates quibus oppilantur cerebrum ⁊ nerui ⁊ partes pectoris diuertantur ab his ex dolore illato partibus extremis. Infert autem vomitus aliquando hos morbos cõmouendo humores replentes caput ⁊ liquefaciendo vł replendo caput neruos aut pectus ventositatibus fumis aut vaporibus grossis turbulentis: q̇ si ventrẽ cerebri anteriorẽ grauent ⁊ oppilent asubeth inducũt: si neruos tetanũ: si pectoralia vocẽ intersecãt. Scõz est supponere stomacho pannũ lineũ aut laneũ intinctũ in oleo oliuaꝝ dulci calido in quo ruta ꝑus ⁊ siccidis fuerint cocte. Et est siccidis cucumer asininus. Nam ex ruta acquirit ⁊ ex siccidis etiã ꝙ sit carminatiuũ resolutiuũ vẽtositatuz grossaꝝ ⁊ humiditatũ ex quibus fiũt. Tertiũ est dare mel in potu cũ aqua calida. Nã lauatiuũ est subductiuũ humoꝝ grauantiũ stomachũ ⁊ inducẽtiũ dicta accidẽtia. Et nõ solũ in potu ꝯueniens est mel patientibus subeth ex vomitu: sz etiã auri imissum vt suis calefactiõe ⁊ desiccatõe minuat aliquid de mã subeth.

¶ De eo in q̃ sup̃fluit vomit⁹ C.XVI.

Iat vt ipse dormiat
f ⁊ ingenieẗ q̃topl⁹ possibile fuerit q̃uo dormiat. Et ligeẗ ei⁹ extrema taliter q̃liter liganẗ cum fluxũ ventris retinere voluerim⁹. Et ip̃ius mediceẗ stomach⁹ emplastris põticis fortitudinem facientibus. Nõ si vomitus superfluxerit ⁊ incessanter egrediantur humores donec sanguis exeat da ei ad bibẽdũ lactis vino admixti quattuor cotilas: q̃m medicine vomitiue maliciã reprimit ⁊ sanguinẽ prohibet ⁊ naturã lenit.

¶ De eo in q̃ sup̃fluit vomitus. C.XVI. Iat vt ipse. In hoc ca. dat. 8. reglas de mõ occurrẽdi vomitui q̃ sup̃fluit. Prima est. in sup̃fluo vomitu diligẽter laborandũ est ad ꝓuocationẽ sõni vł ꝑ melodias vł ꝑ suaues fricationes extremitatũ vł ꝑ frontalia sõnifera ex papauere vł semine iusq̃ami albi vł ex oleo nenufarino vł oleo de salicib⁹: q̃ sõnus fortes retinet euacuatiões. Scõa regula est: ligenẗ extremitates sup̃flue vomẽtis cũ institis aut chordis satis dolorose sicut liganẗ in fluxu vẽtris quẽ stringere volum⁹ vt humores affluẽtes stomacho q̇ vomitũ ꝯcitant tracti ad extrema cã doloris diuertãtur a via vomit⁹. ¶ Attẽde ꝙ sicut in restrictiõe flux⁹ vẽtris magis cõpetit ligatura sup̃ioꝝ extremitatũ vt manuũ ⁊ pedũ: q̃ directi⁹ ad ꝯrium diuertit q̃ inferioꝝ: sic in restrictiõe vomit⁹ magẽ cõpetit ligatura ĩferioꝝ extremitatũ vt tibiaꝝ ⁊ pedũ tanq̃ directius ⁊ distãti⁹ diuertẽs a vijs vomit⁹. Tertia ẽ. mediceẗ stomach⁹ sup̃flue vomẽtis empłis põticis siue stipticis faciẽtibus fortitudinẽ. i. adunantibus ⁊ corroborãtibus ipz. vt emplo tali. Rx. oleorũ masticis ⁊ cytonioꝝ. añ. ℥. 1. cere. ℥. 3. incorpenẗ ad ignẽ donec ꝑueniant ad formã empłi: qd extẽsum supra alutã in forma scuti stomacho supponaẗ. Et si stiptici⁹ ⁊ ꝯfortãtius. facere volueris addeei puluerẽ q̇ recipit p̃sidie balaustie nucũ cyp̃ssi gallaꝝ sanguis draconis aluminis de pluma. añ. ʒ. ß. boli armenici. ʒ. 1. Quarta ẽ. si sup̃fluat vomit⁹ ⁊ humores incessanter exeãt vsq̃ ad sanguinẽ cõpetunt in potu cotile. 4. lactis vino admixti. Primo: q̃ istud lac sua vnctuositate ⁊ lenitate maliciã rep̃mit pharmacie vomitiue. Scõo: q̃ sua caseitate sanguinẽ fluere ꝑ vomitũ ꝓhibet. Tertio: q̃ sua serositate nãm lenit seu vẽtrẽ laxat. Et est cotila pond⁹ 9. ℥. fm p̃n. Ait eni tertij. 22. trac. 2. ca. 26. ꝙ kist est cotile. 2. kist vo est pondus. 18. ℥. Sed ga. 10. de ingenio sanitatis ca. 5. innuit ꝙ cotila est pondus. ℥. 4. ⁊ ß. dicens. Mensura duorum cotilorum id est nouem. ℥. ¶ Sed arguet aliquis ꝙ in dicto casu nõ conuenit lac immiscere vino: q̃ vinum lacti additum corrũpit ipm: imo dici solet ꝙ inducit leprã. Itez lac est de facillime corruptibilibus qñ recipiẗ in stomacho sordido q̃lis est stomach⁹ sup̃flue vomens vsq̃ ad sanguinẽ. Itẽ vinũ subtiliat humores ⁊ fluxui adaptat ⁊ vias aperit q̃re potius vomitũ augmẽtat q̃ cõpescat ipm. Item vinũ ⁊ lac facile inflãmanẗ ⁊ cholera fiunt maxime dum obuiãt extraneo calori: sicut in hoc casu sup̃calet stomachus: tum ex ꝑte pharmaci: tum ex violentia motus sup̃flui vomitus. ¶ Ad primum dic ꝙ in isto casu tam parũ vini debet addi lacti ꝙ nõ sufficiat ipm corrũpere. Et lz vsus frequẽs ⁊ assiduus vini cũ lacte ꝑducat ad lepram id facere nõ potest paucis datum vicibus ad cõpescendum vomitũ duntaxat. Ad scõm dic ꝙ in superfluo vomitu iaz stomachus expurgatus est ab humoribus tam cholericis q̃ putridis ꝑ q̇s corrumpiẗ lac in stomacho cũ ꝑuenerit vomit⁹ vsq̃ ad sanguis euacuationem. Ad tertium dic ꝙ lz vinum solum sumptũ sub q̃titate notabili subtiliet humores ⁊ fluxui adaptet ⁊ vias aperiat paꝝ ex eo lacti mixtuz ista facere non sufficit: sed stomachum confortat ⁊ facile digeritur ⁊ velocissime trahitur a membris preinanitis: velut eis amica

simum: vnde cessat motus inundationis humoꝝ ad stomachuz. Ad quartuz dic ꝙ nō quilibet extraneus caloꝛ est causa inflāmationis ꝛ cholerisatiōis vini ꝛ lactis in stomacho: sed ille soluz qui cum putredine cōplicatus est: vl' abundantia cholericorum humorū. Cuius rei signū est ꝙ in ethica febre plurimum cōfert lac ꝛ in cholericis in quorū stomachis nō abundat cholera. Quinta regula est. si ī vomitu supfluo vsq; ad sanguinem pectus ꝛ stomachum mūdificare voluerimus a sanguine violētia vomitus effuso a venis in eorum ꝯcauitates ꝛ ꝓhibere ne aliquid sanguinis hui' in eis coaguleꝛ: demus in potu paulatim sirupum acetosum in niue infrigidatū. Nam sirupus acetosus siue ex zuccara siue ex melle cū aqua ꝛ aceto cōpositus fuerit sua vi incisiua sanguinem ꝓhibet coagulari ꝛ sua vi abstersiua adherere parietibus pectoris ꝛ stomachi ꝛ sua intēsa actuali frigiditate claudit venas vnde sanguis manat. Debet autē paulatim accipi vt aliquid ex eo labaꝛ ad pectus quasi resudando ꝛ ne cito effluat ad inferiora sua facillima penetratione ꝑtransiens loca in quibus sanguis clauditur qui timeꝛ coagulari.

Nō si partem pectoris ꝛ stomachi a sanguine cū hoc mūdificare volueris ne ex eo aliq̄d coaguleꝛ da ei ad bibendū sirupū acetosum cū niue infrigidatū paulatī. Cū hoc quoq; qn̄ q; cōfert bibere succū portulace cuz bolo armeno. Cum aūt terrefactus fueris ꝓ aliquo in quo supfluit medicina fac ipm vomere. Et oportet q̄ dē te querere medicinas vomitiuas ſm suos gradus: ꝛ qūo queq; earuz ad bibendū sit danda: ꝛ ꝑcipue elleborum in antidotario ꝛ medicinis simplicibus.

Sexta est. in superfluo vomitu vsq; ad sanguinē quando q; cōfert cum hoc. s. cuz assumptione sirupi acetosi sumere in potu succum portulace cum bolo armenico puluerisato: puta. ℥. 3. succi predicti cū. ʒ. ß. pulueris boli. Nam in portulaca est stipticitas ꝛ ꝓhibet fluxum sanguinis ꝛ bolus armenus retinet sanguinem: qꝛ eius exiccatio est in vltimo: vt ait ꝑn. secundo huius capitulo de eis. Septima est. cum fueris terrefactus ꝛ de morte dubitans vl' graui incōmodo illi' in q̄ supfluit opus pharmacie vomice fac ipm vomere seu ꝓuoca vomitum: qꝛ vomitus abscindit vomitū cum est a materia. Sanaris enim ex vomitu cū euomis illam materiā ꝓpter egressionem eius cū vomitu. Aut verbi gratia: cum aqua sola aut cum sirupo acetoso: aut cum aneto: aut cū aqua raphani ꝛ melle: vt ait ꝑn. tertij. 13. tractatu q̄nto. caplo. 12. Octaua est. oportet nos querere scdo ꝛ quinto libris hui' totius canonis medicinas vomicas ſm gradus sue fortitudinis vt incipiamus a debilioribus. Et si fuerit opus inde ꝓcedamus ad fortiores: ꝛ quomodo in potu quelibet earū sit exhibenda maxime elleborus albus qui ex ꝑiculosioribus earum existit.

¶ De enemate id est clisteri. Capitulum. XVII.

[E]nema est medicamē. In hoc capitulo primo agit de iuuamentis clisteris ꝛ nocumentis eius dum acutum est. Secundo d' forma clisteris ꝛ modo clisterisandi remittit nos alibi ibi [Formā vo] Tertio agit de situ clisterisati ibi [Videtur quoq;] Quarto de hora aptiori ad clisterisandum ibi [Et clisterisandi hora] Quinto de ordine debito clisteris ad balneū ibi [Balneum ꝑterea] Sexto de remedio ne clistere datū retineatur ibi [Oꝛ si quis] In ꝑma ꝑte narrat quinq; iuuamēta enematis. Primū est in expellendo supfluitates ꝯtentas in intestinis siue grosse feces fuerint: siue mali humores: siue grosse ventositates. Et ad istud dicit ꝑn. enema esse medicamē nobile: nō quidē ex modo ministrationis cū sit verecūdosum ꝛ ꝓximuz turpitudini detegere alijs culuz ꝛ aperire clunes vt podex sordidus stercorum eiectoꝛ plane videaꝛ: qua de causa plures maxime mulieres anxios ꝑeligunt sustinere dolores q̄ clisterisari: imo clisteria velut tonitruum horrēt ꝛ abominanꝛ. Est tamē nobile multitudine iuuamentoꝝ suoꝝ ꝛ securitate sui operis si debito modo fuerit exhibituz: videlicet suauiter iniectum nō nimis calidū neq; nimis frigidum: neq; nimis forte salis acumine vl' pharmaciarum. Nec est modus aptioꝛ: neq; securioꝛ laxandi ventrem in omni tēpe: in oī regione: in omni etate: ꝛ in omni sexu q̄ per clistere vel suppositorium: qꝛ recipitur in membro vili bene loricato cōtra pungentia: nec trāsit ad stomachum fedans appetitum aut nauseam excitans: nec decurrit prope coꝛ: nec aliquid eius transit ad epar: nec effumat ad caput: quorum contraria pharmacijs insunt que per os sumuntur. Verum clisteria diffamata sunt hic ꝛ alibi apud plurimos: propterea ꝙ in egritudinibus periculosis ꝛ mortalibus egentibus laxatione ventris: vt ī apoplexia: lithargia: ꝛ squinantia perniciosa medici cōmuniter iuxta precepta sue artis dant clisteria velut securissima laxatiuorum omnium. Et si contingat patientem mori ex malicia egritudinis vulgares proni diffamare medicos clisteri imponunt ꝛ nō egritudini.

¶ De enemate id est clisteri. C. XVII

[E]nema est medicamē nobile in expellēdo supfluitates q̄ sūt ī itestis: ꝛ sedādo dolores renū ꝛ vesice ꝛ ipoꝝ aꝑata ꝛ egritudies colice ꝛ in trahēdo supfluitates a mēbris ꝑncipalib' supioꝛib'

¶ Attende primo ꝙ enema prope vocatur decoctio que per clistere iniicitur. Clistere vero ꝓprie dicitur instrumētuz per quod ipa intromittitur: licet frequentissime nomen clisteris medicine liquide inferius iniecte medici adaptent. ¶ Attende secundo ꝙ vsum clisteris nos ardea docuit. Juxta illud galieni libro de clisteribus ꝛ colica. Ascedanus retulit ꝙ quedam auis nominata ardea docuit nos facere clisteria pro tāto: qꝛ illa auis est multi cibi nō dimittens aliquod ex cadaueribus: qui comedat multum ex illis constipaturq; frequenter: ex quibus multiplicantur in corpore suo mali humores ab illa dieta. Et cum ex istis anxiatur multum vadiꝛ ad mare ꝛ implens rostrum suum aqua maris intromittit sibi per posteriora: ꝛ cum illa euacuat ventrem suum ab illis malis humoribus siue fecibus illic retentis. ¶ Attende tertio ꝙ clisteria apta ventri constipato sine alio morbo sunt ea que fiunt ex decoctione furfuris: aut blete. Juxta illud ga. libro de clisterib' caplo. 5. Et si feces ciboruz diu retente in intestinis induruerint et exiccate fuerint tunc patiens clisterisetur cum decoctione furfuris quam sic facias. ℞. furfuris quod sufficit vt. ℳ. 4. ꝛ ponatur in sufficienti q̄titate aque: ꝛ cum diu steterint bulliant simul ad consumptionez tertie partis aque tunc coletur ꝛ colature addatur salis nitri modicuz: puta. ʒ. 2. ꝛ clisterisetur cum eo. Aliud clistere quod fit ex decoctione bletarum conferens constipationi ventris: ꝛ maxime si assit febris: cuius modus est iste. ℞. ficle quod sufficit in aqua sufficienti coquatur bene: coletur ꝛ colature addatur paruin de oleo: vt quartum semis ꝛ iniiciatur. Secundum iuuamentum clisteris est in sedando dolores. ꝛ apostemata renum ꝛ vesice. Dolores quidem siue ex calculo: siue ex humoribus oppilantibus: siue ex fecum compressione: siue ex grossa ventositate. Nam vias dilatant humores ꝛ feces ad inferiora precipitant. Apostemata vero si calida fuerint anodina ex eis ꝛ lenientia dolores mitigāt. Sed si frigida sint ꝛ melancholica mollitiua conferunt anodinis mixta: sicut ex furfure malua et camomilla. Si vero phlegmatica incisiua prosunt et phlegmagoga ex benedicta ꝛ hierapigra ſm hanc formam. ℞. anisi aneti carui feniculi cymini cicerum rubeoruz. ana. ℳ. 1. fiat decoctio a qua in q̄ dissolue hierepigre bn̄dicte. ana. ʒ. 3. olei anetini. ℥. 2. salis. ʒ. 2. clisteriseꝛ. Tertium est in sedando colicā maxime fecalez ventosam vl' humoralem. Nam per clistere squibala educuntur ventositates compresse exeunt: ꝛ humores mali per clistere moti subtus expelluntur. Sed in apostemosa colica dictat galienus libro de clisteribus ꝛ colica clistere ex oleis laurino ꝛ cōmuni ꝛ auxungia anseris dicens. Oꝛ si cum colica haberet apostema in intestinis ℞. olei laurini partes duas olei cōmunis axungie anseris ana partem vnam: resoluatur auxungia in oleo cōmuni: quibus superaddatur oleum laurinum ꝛ clisterisa cū eis. Quartum iuuamētum est in trahendo superfluitates a membris ꝑncipalibus superioribus ꝛ educēdo per inferiora. Propterea iubet ꝑn. tertij ꝑma. tractatu. 5. caplo de cura apoplexie clisterisare in ea cū clisteribus fortib' sicut est clistere quod ex coloquintida componitur a capite trahente fortiter humores. Teste ga. libro de clisteribus ꝛ colica ca. 5. dicente. Coloquintida aūt ꝯfert dolori capitis ꝛ grauitati eius ꝛ emigrance ꝛ aꝑati pectoris. Vex si doloꝛ causeꝛ ab humorib' acutis sbtilibus nō clisterises cū ea: sz si doloꝛ ꝛ ꝯstipatio fiāt ab humoribus grossis ꝛ viscosis cū aꝑate ꝛ rubore faciei ꝛ oculoꝛuz ꝛ grauedine capitis tunc administretur clistere ex coloquintida maxime si patiens sit cōstipatus: qm̄ tunc sedabitur doloꝛ oculorum ꝛ curabiꝛ apostema

⁊ cessabunt lachryme ⁊ grauedo capitis: hec ille. Potest aūt de coloq̄ntida fieri clistere tale. ℞. pulpe coloquintide itegre. ℥. ß. decoquatur in 2. lib. aque quousq̄ redeat ad quart. ℥. deinde dissoluant in dicta aqua post fortem exp̄ssionē coloquintide in ea pillulaꝝ cochiarum. ʒ. 2. mellis rof. olei laurini. an. ℥. 1. salis. ʒ. 2. fiat clistere. Quintū iuuamentū est euacuatio maloruȝ humorū relictorum post inanientia. i. laxatiua pharmaca quos ipsa mouerūt sed non eduxerunt. Iuxta illud mesue. caplo p̄mo tertie intentionis suoꝝ simplicium. Confide et

Que vo ex eis sunt acuta debilitant epar ⁊ ꝑducunt ad febrē. Ex enematibus p̄terea fit iuuamē in expellendo reliquias q̄s inanietia relinquūt. Formā vo clisteris ⁊ quō clisterisatur iam rettulimus in caplo de colica. Videt quoq̄ ꝙ clisterisati situs melior sit vt supin' iaceat: deide r̄uoluat se ad lat' dolens. Et clisterisandi hora melior est cū est aeris frigiditas: qm̄ sequit inde ne augmentet grauitas ⁊ dolor ⁊ estuatō ⁊ nausea.

expecta beneficia magis ex clisteribus: ⁊ ꝓprie fm̄ ꝙ exigit dispositio: Hec enī a magnis terroribus securos faciunt: ⁊ ne contēnas clistera: ſȝ fiducialiter ɔfide in eis. Nocumēta vo duo sunt que clistera acuta cōtinuata inferre cōsueuerūt. Primū est debilitatio epatis. Epar eniȝ facile resoluit ⁊ indurātur ptes eius grosse: q2 est velut sanguis male coagulatus: ⁊ cum sit ꝓximum intestinis nostris: ⁊ his colligatū multis meseraicis de leui suscipit fortē imp̄ssionem ab acutis receptis in intestinis. Vocant aūt clisteria acuta que recipiunt medicinas acutas vt radicem iris coloquintidā euforbium lac ficus cataputiaȝ esulam scamoneam semē vrtice elleboꝝ vtrūq̄ laureolam asam fetidā. Scōm est ꝑductio ad febrē: tum ex vehemēti cōmotione humoruȝ ⁊ ebullitione ab acut pharmacis: tum ex effumatiōe acutorū ad cor ⁊ alia p̄ncipalia mēbra: tū etiā ex vehemēti agitatiōe ⁊ inflāmatōe spirituū ex caliditate acutorum ⁊ cōmotione violenta.

b In scōa pte dicit se iam rettulisse in caplo de colica. f. tertij. 16. tractatu. 4. ca. 10. formā clisteris ⁊ quō clisterisat. Ait eni ibi. Melior quidē cāne clisteris figura quā antiqui dixerunt est vt sit circulatio cāne eius diuisa ꝑ tertiā ⁊ duas tertias ⁊ sit positū inter vtrasq̄ velamē de corpore de quo facta est canna ⁊ sit ɔsolidatū cum cāna ɔsolidatiōe vehemēti. Sit ergo velamē eius duaꝝ ptium diuersaꝝ. Et sit vter decenter aptatus in pte que duarū ptium maior est ⁊ sit in pte minore aptus. Et qn̄ vter est decenter aptat' sup totam cannā stringat caput ptis minoris cuȝ ɔsolidatione forti vt nō ingrediat ip̄am aer. Et sit ei sub vtre in loco q̄ nō egredit anū meatus ꝑ quē egrediat vētositas. Cum eni administrat clistere ⁊ exprimit cū fortitudine vētositas. reuertit ventositas ⁊ egredit enema: hec prin. ibi de forma clisteris seu figura eius. Circa moduȝ vo clisterisandi dat ibi. 12. reglas. Prima ē. ex hoibus est cui rectius est vt intromittat anularem in anū suum multotiēs qui iam sit vnctus cū ceroto donec dilatetur ⁊ decenter aptet in eo cannā: et de hominibus est qui nō indiget hoc. f. ille cui satis anus aptus est ⁊ nō multum strictus. Cum ergo vis clisterisare fac qō tibi videt ex hoc. Scōa regula est. inunge cannā ⁊ anum cum ceroto ⁊ impelle cānam in eo taliter vt nō complete retineat in intestinis: imo nō pertrāseat intestinū rectum. Tertia regula est. cuȝ equatur canna in loco suo effunde enema in vterē: deinde exprime ip̄ȝ vtrisq̄ manibus tuis exp̄ssione bona continua que nō sit cum labore. Nam multotiens impellit enema in hmōi expressione laboriosa vltra vsq̄ ad longinquū q̄ est necessarium vl vltra locū necessitatis. Quarta ē. rectius est cū sit impulsio enematis ad supiora plusq̄ expediat vt extendāt capilli capitis versus latera ⁊ effundat aqua frigida sup faciem ⁊ adiuuet ad attrahendū enema ad inferiora. Quinta est. quādo administrat enema ⁊ nō descendit nō est excusatio: qui administrētur suppositoria vt deponant ip̄m cum egritudine. Sexta est. non oȝ vt sit impulsio enematis cū illa facilitate vt nō consequat enema locum necessitatis. Septima est. cum impellis enema ⁊ declinat ad egrediendū nō ꝓhibeas ab hoc: imo reitera ip̄m statim sicut est. Octaua est. oportet ne eger clisteriset cum sternutat aut tussit. Nona est. iuuamentum enematis equalis q̄titatis nō consequit intestina superiora. Decima est. quando enema est plurimū multiplicat nocumentum eius: ⁊ timetur ex nocumēto ip̄ius. Undecima est. enema spissum adheret ⁊ efficit nocumentū plurimum. Duodecima est. enema subtile nō confert ⁊ est in iudicio paucitatis. ¶ Attende circa formaȝ clisteris ꝙ hodie aliter fieri solet q̄ fiebat olim. Accipit enī instrm̄ ligneum vl osseum vl eburneum vl argenteū concauū anterius hn̄s canulā gracilē longitudinis sex aut septem digitoꝝ ex transuerso seu palme vnius ⁊ ß. ⁊ posterius quasi pixidem lataȝ fiem clepsedre qua vasa implent. Et isti pixidi alligatur fortiter gracilis extremitas calige cuiusdam longitudinis cubiti de corio vacce facte vl de corio capre vl de corio canis. Et per latiorem extremitatē calige isti' intromittit enema post claudit ⁊ cōprimit prius intromissa canula in anuȝ circundata stupis aut panno lineo ⁊ ibi stabiliter ꝑ aliquē tenta ne retrocedat vl plus ꝓfundet.

c In tertia dicit ꝙ situs aptior illi q̄ debet clisterisari est vt supinus iaceat: deinde se reuoluat sup latus dolens. Iaceat inquā supinus si dolor declinet ad ptem dorsi: deinde se reuoluat ad latus dolētius. Iuxta illud p̄n. tertij. 16. tracta. 4°. ca. 11. Amplius oȝ vt tu ɔsideres ⁊ si dolorē declinis ad partez dorsi clisterisa egro resupino: ⁊ hoc est melius ei cuius colica est cū ɔitate renum. Et si est decliuis ad anteriora clisterisa eo iacente super ventrem. Et omnino clistere quod fit iacenti super vētrem magis facit euenire enema ad inuolutiones intestinorū. Et quandoq̄ fit clistere alicui iacenti super sinistrū ⁊ eleuatur quandoq̄ ancha cum puluinari ⁊ subleuat pes dexter ponendo ip̄m super pectus ⁊ deponitur sinister in plano. Cuȝ ergo clisterisatus est redcat super dorsum suuȝ: ⁊ similiter oīs qui clisterisatur. ¶ Attende primo ꝙ galienus libro de clisteribus ⁊ colica caplo quarto sic docet situm clisterisandi. Et tibi quidem necessariuȝ est quando volueris inijcere clistere vt facias patientem decumbere super ventrem suum ⁊ faciem suam ⁊ teneat caput inclinatum ⁊ nates eleuatas ⁊ altiores ⁊ ꝙ stet in oppositum tibi. Et instrumentum sit tibi ꝓpinquum: ⁊ sint manus ⁊ digiti tui mundi ⁊ tonsis vnguibus: ne si forsan tangeres cum eis anum patientis offenderes seu lederes eum. ¶ Attende secundo ꝙ mos hodiernus apō medicos ⁊ apothecarios regularis ⁊ vsitatus est vt clisterisandus dum clistere sumit nō prostratus iaceat in longum corporis sed super genua quasi orare vellet seipsum sustineat. apertis clunibus ⁊ eleuatis anterius incumbens super cubitos: depressis capite collo ⁊ spatulis: nec quisq̄ situum humani corporis ad liberum ingressum promptum ⁊ facilem clisteris in ipsum aptior est isto. Non enim opprimit dorsum intestina superiacens eis: sed stabile manet nō intra defluxū forti colligantia suorum ossium. In alijs vo sitibus nō sic est: immo siue iaceat super ventreȝ eius siue sup latera clisterisandus zirbus: siphac: mirach: ⁊ musculi ventris ⁊ exterior cutis facile plicabiles super intestina suo pondere cadunt opprimentes ea: quapropter prohibent liberum ingressum clisteris in ip̄a. Sed clisteri impulso decumbat patiens super illam parteȝ in qua amplius dolet vt clisteris virtus parti egre cōiuncta fortius imprimat eius actionem.

d In quarta dicit ꝙ hora melior ad clisterisandum est hora in qua aer nos circundans friget: quia corpus per hoc preseruari solet ab augmento quattuor nocumentoꝝ. Quorum primum est grauitas seu laxitas corporis seu oppressio virtutis dum clistere datur tempore calido. Nam exterior calor corpus relaxat ⁊ vires debilitat: ⁊ clistere datum coadiuuat ad hec. Secunduȝ est dolor vl ex caliditate extranea tam in motu clisteris q̄ calore aeris: vel ex solutione continui occulta propter impressionem violentā operis clisteris in corpore prius aeris calore rarificato. Tertium est estuatio corporis ex motu agitatiuo humorum a clisteri dato tempore calido tractis humoribus ad interiora virtute clisteris ⁊ tractis eisdem versus exteriora aeris calore. Quartum est nausea ex effumatione vehementi humorum versus os stomachi quos clistere mouit ⁊ aeris calor. ¶ Contra. frigus cōpingit humores ⁊ coartat vias: quapropter redduntur inobedientes clisteri trahenti. Item quibuscunq̄ phlebotomia aut pharmacia confert hos vere phlebotomare aut pharmaciaȝ dare cōuenit. ampho. sexta. Cuȝ ergo clistere sit de genere pharmaciarum tēpus eius aptius est tēpus veris vl hora qua tepet aer. ¶ Ad primū dic ꝙ frigus aeris cōueniens hore clisterisandi nō est frigus penetrans qō claudere possit vias humoribus ⁊ compingere eos: sed frigus circunstans parumper depellens humores peccantes ad interiora. Ad scōm dic ꝙ nō fuit hic intētio prin. negare quin ver sit aptissima hora clisteribus sumendis et magis q̄ hyems. Sed voluit dicere ꝙ hora modicum declinās ad frigus clisteribus dandis est conuenientior q̄ sit hora calida diei vel anni.

c Jn quinta duo ꝑmittit vltra ꝑdicta ex quibus infert tertiū Primū est balneū tam siccū qḋ stupha dicit̃ ꝙ̄ humidū aqueum qḋ vocat̃ tina suo calore solet in humoribus ebullitionē efficere: ⁊ dispergere eos ab interiorib⁹ ad exteriora. Scḋm est. cōditio clisteris. i. virtus eius est qḋ sibi attrahit aerē ⁊ humores in mēbris retentos ad intestina: mouz ꝗ̊ hūores motu ꝯrio motui balnei. Ex his ifert 3m. s. ꝙ n̄ expedit ſ3 plurimum ꝑmittere balneum enemati: q2 ꝑ balneū diuertunt̃ humores ab interiorib⁹ ad exteriora: vn̄ indisponūtur ad obediēdū clisteri trahenti hos ad iriora. Signāter dic̃ ſm plurimum. Naz qn̄q3 ꝯuenit ꝑmittere balneum enemati dando: duz s. hūores sunt grossi compacti ⁊ vie constricte quatinus balneo liquescant humores ⁊ fluidi fiant ⁊ aperiantur vie coartate.

Balneum[c] ꝑterea solet facere vt ebulliāt humores ⁊ spergant̃. Clisteris quoq3 cōditio est vt aerē ⁊ humores retentos attrahat. Et ꝑpter hoc ſm plurimū nō est bonū vt balneū enemati premittas. Nō si quis[f] in intestinis pustulas hn̄s ipso indiguerit cā febris aut alicuius egritudinis ⁊ timuerit ne enema retineat̃ supponere debet ano suo ⁊ femori ⁊ locis que sunt in circuitu speltam calefactam cum panno.

¶ De epithymatibus ⁊ emplastris Capitulum. XVIII.

Pithymata sunt ex
e medicīs bonis q̄ ad ip̄az ꝑueniunt egritudinē. Et medicina[b] fortasse duas hēbit v̓tutes: vnā

f Jn sexta dicit ꝙ si clistere necessariū fuerit alicui habenti pustulas in intestinis ꝑpter febrē vł aliā egritudinez cui clistere cōuenit ⁊ timor affuerit ne clistere retineat̃ supponere d3 clisterizatus ano ⁊ femori ac locis vicinis speltaz calefactā inuolutam in pāno. ¶ Attēde ꝑmo ꝙ spelta est genus frumēti quā quidā alicam dicunt: quidā v̊o candarusum. ¶ Attēde scḋo ꝙ in isto casu plusq̄ in alijs suspitio habet̃ de retentōe enematis: q2 neq3 sal neq3 acutū aliud expulsiuam stimulās imponi d3 enemati illius qui pustulas habet in intestinis ne ip̄as excoriet ⁊ dissynteriam vł lienteriā inducat. ¶ Attende tertio ꝙ spelta calefacta adhibita ano femori ⁊ locis q̄ sunt in circuitu trahit inferius enema retentum tam suo calore q̄ sibi insita virtute attractiua. Cuius rei signum est ꝙ spelta reposita in humido loco cito turgescit ⁊ germen emittit trahens sibi humorem.

¶ De epithymatibus ⁊ emplastris. Capłm. XVIII.

Pithymata sunt. Jn h̄ capło ꝑmo agit de vtilitate epi-
e thymatū. Scḋo de modo oꝑationis medicine ꝯrariarum virtutū ibi [Et medicina] Tertio de cōuenientia ⁊ differentia emplastroꝝ cuz epithymatibus ibi [Emplastrum ꝑterea] Quarto de modo epithymādi cum pannis ⁊ vtilitate ip̄ius ibi
a Jn ꝑma ꝑte dicit ꝙ epithymata sunt d̉ genere ([Est quoq3] re bonarū medicinaꝝ que ad ip̄az ꝑueniunt egritudinē. i. que de foris applicant̃ sup locum egritudinis. ¶ Attende ꝙ epithyma grece latine suppositio interꝑtatur: ⁊ dicit̃ ab epi qḋ est supra et thimos qḋ est mittere. Et est quasi emplastrū molle vł aquosum de quo ait cassius felix. Epithyma dicūt greci medicamentū qḋ stomacho ⁊ ꝑcordijs fit ⁊ ventri supponit̃ cū fuerit panno intinctum. Et metrice quidā sic descripsit ip̄m. Fert̃ epithyma cū succis vnctio pura. Et ꝑ exemplo referam⁹ hic aliqua epithymata q̄ serapiō dictauit in libro. 7°. sui breuiarij. Epithyma ad apostema faciei. Fenugrecū tritum ⁊ cribellatū ⁊ farina hordei equali mēsura sumāt̃ ⁊ ꝯficiant̃ cū aceto vini forti certū ē. Aliud quod dormire facit. Semē lactuce opiū semē iusquiami albi ⁊ mādragore terant̃ ⁊ cōficiant̃ cū aqua decoctionis papaueris ⁊ liniant̃ supcilia. Aliud ꝯtra lumbricos ⁊ ascarides in ventre infantiuz. Sumant̃ lupini ⁊ ꝯficiant̃ cuz felle tauri ⁊ liniant̃ sup vmbilicū Aliud ad podagrā calidam. Terant̃ opiū ⁊ crocus cū lacte rcēter mulso ⁊ misceant̃ cuz ceroto ꝯfecto cum oleo rosato ⁊ liniat̃ sup pannū lineū ⁊ ꝑonat̃ sup eā. Aliud ad podagrā ⁊ resoluit apata Licium teratur ⁊ conficiat̃ cum aqua caulis ⁊ liniatur: hec ille.

b Jn scḋa dicit ꝑmo ꝙ qn̄q3 in vna ⁊ eadē medicina siue simplici siue cōposita sicut in codē empło vł epithymate sunt contrarie virtutes: vt vna subtiliatiua ⁊ altera ingrossatiua: ⁊ erit interdū maior necessitas subtiliatiue ꝙ̄ ingrossatiue ꝑ cura morbi cuius grā adhibet̃. Scḋo dicit ꝙ cū ei⁹ inspissatio. i. v̓tus inspissatiua tēperauerit subtiliationē. i. virtutē subtiliatiuā ⁊ fiet emplastruz ex his penetrabit subtilitas. i. virtus subtiliatiue ⁊ retinebit spissitudo. i. virtus inspissatiue ꝯdensans cutē retinebit intus nec resolui sinet subtilitatiue virtutez q̄ iā penetrauit. Tertiō dicit ꝙ illa que penetrat cōfert. i. medicina subtiliatiua penetrans ꝑncipaliter operatur ad digestionem materie morbi ⁊ ad curaz eius ⁊ ingrossatiua coadiuuat retinendo subtiliatiuam interius. Quarto declarat ista ꝑ exemplum de emplastro facto ex coriandro cum hordeo fracto sup scrophulas adhibito quod virtutes habet subtiliatiuam ⁊ inspissatiuam tam ex parte coriandri ꝙ̄ ex parte hordei. Ex parte quidem coriandri. Nam in ip̄o est substantia subtilis profundans ⁊ substantia frigida que nō profundatur. Juxta illud ꝑncipis scḋo huius capitulo de co. Coriandrum cum farina fabarum aut sanich id est hordeo fracto aut farina ciceris aut tritici scrophulis confert quando permiscetur cum eis succus eius. Jnquit galienus cum resoluat scrophulas: quomodo ergo est frigidum. Et possibile quidem est vt dicatur ei propter ip̄ius ꝓprietatem: ⁊ quoniam in ip̄o est substantia subtilis ꝓfundans penetrans ⁊ ꝓfundatur: ⁊ nō ꝓfundatur substantia frigida: hec ꝑnceps De hordeo v̊o dicit galienus ꝑmo de alimentis capło sexto. Hordeuz autē subtilem ⁊ abstersiuum aliquid habentē generat chimum: ⁊ hoc ex partibus eius subtilibus ⁊ penetratiuis: ⁊ cum frigidum sit ⁊ siccuz in ꝑmo participat aliquid de vi inspissatiua. Et iteruz de hordeo dicit serapion in aggregatore capło de eo. Quādo miscetur cum pice humida ⁊ mum id est fececere ⁊ vrina infatium qui nōdum peruenerunt ad pollutionem ⁊ oleo maturat scrophulas.

subtiliatiuā: ⁊ alterā ingrossatiuā: et erit maior necessitas subtiliatiue ꝙ̄ inspissatiue. Cunq3 eius inspissatio fuerit tēperans subtiliationez cū ex ea fiet emplm̄ penetrabit subtilitas ⁊ retinebit spissitudo. Et illa quidez q̄ penetrat cōfert sicut facit coriādrū cū hordeo fracto cū ex eis fit emplastrum sup scrophulas. Emplastra[c] ꝑterea sunt talia q̄lia epithymata: ſ3 empła sunt dura: ⁊ epithymata sunt currētia. Est quoq3[d] cū epithymata fiunt cū pannis: cūq3 membris ꝑncipalibus superponuntur sicut epati ⁊ cordi ⁊ nō fuerit ibi quod ꝓhibeat conferūt panni suffumigati ex xilo aloe crudo ⁊ virtutibus epithymatum bonum tribuunt odorem quez principalia diligunt.

c Jn tertia dicit ꝙ emplastra sunt similia epithymatibus in virtute scilicet ⁊ in modo administrationis: sed differunt in modo substantie: q2 emplastra sunt dura ⁊ epithymata currentia fluida. ¶ Attēde ꝙ serapion parte septima breuiarij eius capitulo. 29. sic assignat differentiam inter emplastrum ⁊ epithyma. Differentia inter dimadh id est cathaplasma vł emplastrum ⁊ epithyma est. Q2 epithyma aggregataruz partium existens extenditur sub digitis preter ꝙ abscindatur id est separetur libere a digitis vel effluat hincinde. Et dimadh abscinditur quando nō admiscetur oleuz multū grossitudini eius. id est non adhe(ret digitis inuiscans eos.
d Jn quarta dicit ꝑmo ꝙ quando q3 fiunt epithymata cum pannis vt pannum de serico quem sindonez vocamus vł pannū lineum: quandoq3 intingimus in duabus partibus aque endiuie ⁊ parte vna aque rosate: ⁊ parte s. aceti: quez tepidū epati supercalefacto applicare solemus post purgationez: ⁊ interdum cordi nimis estuanti. Secundo dicit ꝙ panni suffumigati ex xilo aloe crudo. id est suspensi in fumo ligni aloes crudi quod est multuz aromaticum cōferunt ad meliorationem epithymatū dum supponunt̃ principalibus membris vt cordi ⁊ epati: ⁊ nō fuerit ibi quod ꝓhibeat sicut mala complexio calida cordis aut epatis que prohibet administrationem fumigij ligni aloes: q2 calefacit. Tertio dicit ꝙ hmōi panni sic suffumigati ⁊ facti aromatici bonū dant odorem virtutibus epithymatum quem ꝑncipalia diligunt membra: q2 recipiunt ab aromaticis robur ⁊ solamen. Q2 si discrasie cordis ⁊ epatis calide fuerint ob quas auferendas epithymata fiunt aromatizentur eoruz panni cum sandalis omnibus rosis ⁊ canfora.

¶ De nothulet id est embrocis. Capitulum.XIX.

Embroce sunt. In hoc ca. p̄mo agit de vtilitatibus embroca
e tionū. Scd̄o de ordine calidarū ad frigidas ex eis qn̄ ambe
a In p̄ma pte di (cōpetūt in codē casu ibi|In mēbris aūt]
cit ꝙ embroce sunt medicamēta ꝓpria ⁊ ꝯueniētia ad id resoluendū
qd̄ ex cerebro resolui

¶ De nothulet id est embrocis. Capitulum. XIX.

e Embroce[a] sunt medicamenta propria ⁊ congrua ei qd̄ ex capite ⁊ ex alijs mēbris oportz resolui: ⁊ illi cui complexionem necessarium est permutare.

In[b] membris autem que embrocare oportet ex calido ⁊ frigido si nō ī eis fuerint supfluitates q̄ descēdūt fiat p̄us embroca ex calefacto: deinde fiat ex aqua frigida vt ꝯstringant̄. Qd̄ si res diuersa fuerit a frigida incipiatur.

oꝫ ⁊ ex alijs mēbris. Et hec ē p̄ma carū vtilitas. Scd̄a ē ad alterandū ⁊ pmutādum malā cōplexionem illi' mēbri: cui' cōplexionē pmutare ꝯuēit. Nā embroce sua sb̄tilitate ꝓfūdant̄ in mēbro sup qd̄ cadūt ⁊ humores ibi inuētos sb̄tiliāt ⁊ attenuāt ac reponunt sub forma vaporis apte resolubilis ⁊ morā trahētes in poris mēbroꝝ cōplexionē alterāt. Et ad resoluēdū quidē ⁊ aperiendū cōmissuras cranei ⁊ porositates eius iubet p̄n. tertij p̄ma trac. p̄mo ca. vltimo. in cura doloris capitis ex oppilatiōe ministrare embrocas dicēs. Curatio aūt tua in oppilatiōibus sit cū embrocis apitiuis semp: ⁊ oꝫ vt sit infusio oīs embroce admīstrata in oī accidēte a loco alto vt v̇tus eius plurimū ꝓfundat̄ ⁊ caput p̄pareturvt cadat supra posteriorē ptem capitis ⁊ mēbra dura. Ad pmutandū aūt cōplexionē mēbri laudat p̄n. tertij p̄ª trac. 4. c. de cura vigiliaꝝ ⁊ sahare embrocas dicēs. Cumqꝫ hec spēs sahare accidit in etate senij ei' cura est pua. Verūtn̄ oꝫ vt hn̄s cā vtat̄ embroca ex aq̄ ī q̄ cocta sint hordeū ⁊ camōilla ⁊ alhocuen. Et ē herba sil̄is cotule fetide loco cui' sume mellilotū ⁊ nō aliud oī nocte: facit enī bene dormire. Et iteꝝ codē trac. ca. de cura manie ait. Et embroca eos etiā cū aqua in q̄ coctū sit papauer vt dormiāt. Verūtamē recti' est vt ponas ī ca paꝝ camomille. ¶ Attēde ꝙ embroca ꝓprie est effusio aq̄ vl' liquoris alteri' ab alto sup aliqd̄ mēbrū. Verū tamē ianueñ. ī suis synonymis largi' extēdit embroce nomē. Embroca inq̇t grece infusio dr̄ quā nos fomentū dicim': infusio aspsio embroca idē. Et metrice dicit̄. Embrocatio fit si fiat casus ab alto.

b In scd̄a dicit p̄° ꝙ embroca ex liquore calido p̄mitti dꝫ embroce ex frigido sup mēbris illis q̇bus ambe competūt si nō descēderint seu deriuent̄ vndecūqꝫ fuerit ad hm̄ōi mēbra supfluitates q̄ repcussione indigeāt. Verbi grā. mēbro extenuato puta brachio vl' cruri ꝯueniunt embroce tā ex calido q̄ ex frigido. Ex calido q̇dē ad attrahendū sibi nutrimentū p qd̄ ingrosset̄. Ex frigido v̇o p retētione nutrimēti attracti: et dꝫ p̄ferri embroca ex calido: q: nutrimētū ingrossatuꝝ illud mēbrū retineri nō valet p' embrocā frigidā: nisi p calidaꝫ p̄us attrahat̄: vt in cura ethice balneū calidū frigido p̄ferim' vt calidū trahat ad mēbra nutriens ⁊ ip̄m frigidū ibi retineat. Iux̄ illud ga. 10. de ingenio sanitat̄. c. 9. Eis v̇o q̇ in ethicā incidūt ꝓpter calidā ⁊ siccā cōplexionē: maxime ad ptisim pductis aq̄ frigida nō p̄cedēte calida molesta erit: sicut ambulāti in lōgo itinere in estiuo tpe ⁊ corpe desiccato: malū est balneū aq̄ frigide nisi calide p̄cedat. Hoc enim eis efficiet̄ qd̄ fit ferro cādenti si in aquā frigidā ponat̄: q: corp' tūc infrigidat̄ ⁊ ꝯfortat̄ ⁊ indurat̄ sicut ferro ꝯtingit. Scd̄o dicit hic p̄n. ꝙ si res diuersa fuerit a frigida īcipiat̄. i. si supfluitates descēderint ⁊ nimis abūde affluxerint ad mēbrū cui embroca frigida ⁊ calida ꝯuenit p̄mittat̄ frigida: vt si tibie gracili nimis ⁊ demacrate plusqꝫ oportcat affluāt hūores ⁊ vene intumescāt ad īstar varicū p̄us ministrāda est embroca frigida repcussiua q̄ ꝓhibeant̄ supfluitates tibie accurrere: postea calida cessante illo fluxu dꝫ ministrari q̇tin' attrahat sufficiēs nutriēs ad ingrossationē tibie. ¶ Attēde ꝙ qn̄qꝫ in cadē egritudine sup idē mēbrū ꝯueniunt embroce. Primo q̇deꝫ frigide post has tēperate deinde calide: sicut in frenesi. Iuxta illd̄ p̄n. tertij p̄ma tractatu. 3. ca. de cura eius. Administra fm plurimū embrocas infrigidātes nō cū stipticitate ⁊ pone in eis parū papaueris vt dormire faciat: ⁊ paꝝ camōille etiā vt resistat papaueri ⁊ r̄soluat resolutōe modica. Cumqꝫ egritudo finita fuerit his medicatiōibus ⁊ remanserit alienatio: tunc mulge sup caput lac ex vbere. Et oī melioni morāti sup ip̄m hora vna fac succedere ablutionē cum embrocis equalibus in quibus ponunt̄ viole ⁊ radices lilij ⁊ camomilla. Qꝫ si egritudo ꝓlongat̄

⁊ nō remouet̄ medicaminibus istis: aut est grauis faciēs subeth ⁊ ptransierit tēpus p̄ncipij ⁊ quies in ea maior fuerit motu: tūc aliena ei ea que vehemēter infrigidant: ⁊ ꝓprie papauer. Et adde eis in embrocis: tunc post septimanā balsamitā ⁊ mentastrū ⁊ rutam ⁊ exp̄ssionem mente ⁊ mellilotum: hec p̄n.

¶ De phlebotomia. Ca. XX.

p Phlebotomia[a] est euacuatio vl'is q̄ multitudinem humorū euacuat. Multitudo v̇o est augmentū humoꝝ sup eq̄litatē ip̄oꝝ in venis. ¶ Et nemo quidē est phlebotomādus nisi vn' duorum. Unus eorū est egritudinib' p̄parat': qui cum ip̄ius sanguis mltiplicatus fuerit cadet in eas. Et alter est cadens in eas. Unusquisqꝫ autē ip̄sorum aut phlebotomatur ꝓpter sanguinis multitudinem: aut ꝓpter ip̄ius maliciam: aut ꝓpter vtrunqꝫ.

¶ De phlebotomia. Capitulū. XX.

In p̄ma p̄te dicit q̄ cauēda est phlebotōia in triplici dispōne vel hītu stōachi nisi p̄us rectificeꝶ. Primo quidē in subtilitate nimia sensus oris stōachi. De q̄ ga. 4. morbi. c. 12. ait. Ex mēbris nullū tm̄ hȝ sensus q̄tū os stōachi. Nullū quoq̄ȝ mēbrū nocet toti corpi q̄tū os stōachi qđ ātiq̄ oēs p̄cordia voca uerūt: q: sincopis q̄ fit ꝓpter os stomachi nō est nisi ei⁹ accn̄s sic et dolor p̄cordioꝝ. Si ḡ os stōachi sensibilissimū ex se nāl'r est vn̄ ex leui sincopis oriꝶ moꝶ circa eū hūorib⁹ p̄ phlebotomiā vel aliꝶ q̄to magis sup̄aucta vtilitate sui sensus sincopis accidet ex phle botomia. Sup̄augeꝶ aūt s̄btilitas sui sensus: ꝓpterea q̄ nerui sen sitiui q̄ sibi a cerebro veniūt sūt molles teneri in sup̄ficie positi te nuiter tecti. Scđo vitāda est in debilitate stōachi. De q̄ dic̄ p̄n. ceps tertij. 3. trac. 2. c. 4. Debilitas stomachi est nomē dispōnis stomachi qn̄ nō bn̄ digerit ⁊ cōturbat eū cibus vehemēter absq̄ȝ cā q̄ sit ex cibo. Et mł'totiēs quidē associanꝶ ei defect⁹ i appetitu et p̄uitas. Verū illud nō est semp̄: imo qn̄q̄ȝ est appetit⁹ plurim⁹ et digestio pauca. Et scias q̄ debilitas stomachi fortasse ē cā oīȝ egritudinū corp̄is. Et hec q̄dē debilitas qn̄q̄ȝ est in iferiorib⁹ sto machi: ⁊ qn̄q̄ȝ ē in sup̄iorib⁹ eius: ⁊ qn̄q̄ȝ ē in vtrisq̄ȝ ip̄i⁹. Cūq̄ȝ ē in sup̄iorib⁹ stomachi est nocumētū eius qđ cōediꝶ in p̄ncipio cum cōediꝶ q̄diu est in sup̄iorib⁹ stomachi. Et si est in inferiorib⁹ sto machi ē nocumētū cū req̄escit cib⁹: ⁊ appet ei⁹ vestigiū i egestiōe hec p̄n. Tertio vitāda est in illo q̄ infelix est ex ḡnatōe cholere ru

oris stomachi habētem dignosces: ꝓpterea q̄ mordicatiua traijcere nō nocet. Et habentē oris stomachi de bilitatē cognosces ex desiderij ip̄ius debilitate ⁊ doloribus oris stōachi. Et habentē os stomachi aptuȝ rece ptioni cholere rubee in quo etiā ip̄a multū generaꝶ dignosces ex p̄seue rantia nausee ipsi⁹: ⁊ ꝓpterea q̄ chole ram q̄libet hora euomit. ⁊ ex oris ip sius amaritudine. Istis nāq̄ȝ cum phlebotomati fuerit oris stomachi cōseruatōe non p̄missa accidet inde timor magn⁹: et qn̄q̄ȝ moriunꝶ inde.

bee frequēti in stomacho vel effusione solita ip̄ius ad eū. De hac ḡnatione vel effusione cholere in stōacho dicit auerroys ꝟtio colliget. c. 22. Mala cōplo calida mālis fit ab humorib⁹ cholericis ḡnatis in ip̄o vel missis ab aliq̄ mēbro ⁊ mēbrū approp̄atū ad hoc est epar vel fel. Et q̄ busdā hoīb⁹ est fel tāgens stōachū. eo q̄ q̄dā sunt habētes meatū fellis ad stomachuȝ sicut splē hȝ. Et tales ho mies sūt q̄b⁹ cholera in stōacho generaꝶ. Et hec cholera non dr̄ cholera nisi equo ce: hec ille. Discerni tur aūt genita i stōa cho cholera ab illa q̄ sibi infundiꝶ ip̄sius colore. Iuxͣ illđ gaꝶ. 2° cōplonū. c. 18. Cū in alicui⁹ stōacho ge neraꝶ cholera super fluitate caliditatꝭ in ip̄o dn̄antꝭ tūc color illi⁹ cholere est color porri. Et cū cholera illa stomacho alicu ius nō ifluit nisi ab epate: tūc color illi⁹ cholē ē rube⁹ ⁊ est clara ⁊ pura: āt ꝓculdubio color ci trin⁹ valde. Cūq̄ȝ hui⁹ color cholē fuerit silis colori porri n̄ ḡnabiꝶ nisi i (stōcho.

In 2ͣ p̄te p̄° dat signū q̄ cognosciꝶ s̄btilitas sensus orificij stiōch seu ei⁹ acuitas. Et ē q̄ res mordicatiue vt acetū pip̄ semen vrtice cū ꝟijcit, eas nocēt sibi pł'imū, ⁊ dolorē iferūt sua acuitate. Sig̃ alia ad dit ꝟtij. 13. trac. 1. c. 16. dicēs. Et stōch⁹ q̄dē qn̄q̄ȝ p̄p̄aꝶ cā vehemētie sui sen sus passioni a cā p̄ua ⁊ p̄ducit illđ ad epilētiā aut spasmū. Et iste hō le ditur q̄libet ira ⁊ ieiunio ⁊ tristitia ⁊ cā mouēte hūores. Nā cū effūdiꝶ ad ip̄m ex eis ꝓpꝶ illđ hūor choleric⁹ mordicatiu⁹ ad os stōachi lediꝶ eo ꝓpꝶ vehemētiā sensus sui: q̄re patiꝶ epilētia ⁊ sincopis superuenit ei et spasm⁹ ꝓpꝶ cōitatē cerebri cū ore stōchi. Scđo dat duo signa debilitatꝭ oris stōachi. Pri^m ē debilitas desiderij seu appetit⁹ cibi: sic̄ em̄ fundus stōchi digestioni s̄buit: ⁊ iđ carnosus ē: sic os ei⁹ appetitui: q̄re fact⁹ est neruosus. Et sic̄ fund⁹ stōchi debil' dr̄: q: cibū dīnute digerit: sic os eius debile dr̄ dīnute appetit. Verū debilitas toti⁹ stōchi p̄ōt attēdi penes debilitatē vniuscuiusq̄ȝ suarū v̓tutū: sȝ poti⁹ penes digestiuā ei⁹. Iuxta illud p̄n. tertij. 13. trac. 2. ca. 4. Et scias q̄ fortitudo stōchi fita ē cū forti tudine oīm v̓tutū. 4. Quecūq̄ȝ ḡ debiliteꝶ: debilitat stōchū. Verū ho mies iā ꝯsueuerūt vt dicāt illđ s̄m digestiuā. Et vnaq̄q̄ȝ ip̄arū v̓tutum debilitaꝶ ꝓpꝶ oēm malitiā cōplonis. verū attractiua debilitaꝶ frigore et hūiditate s̄m pł'imū: hec p̄n. Scđo ē dolor orificij ei⁹ a leui cā. Et istđ signū maxie ꝯseq̄ꝶ debilitatē oris stōchi ex raritate sue ꝯtexture: que ē pessima debilitatū stōchi. Iuxͣ illđ p̄n. ibi. Et scias q̄ deterior debilitas stōchi est illa q̄ ꝯtigit i rarificatōe texture villoꝝ ei⁹. Et sig̃t illđ b̄. s. q̄ n̄ īueniꝶ illic signū malitie cōplonis neq̄ȝ apaꝶ neq̄ȝ ꝯfert reuolutio cibo rū illic: q̄si dicat quoscūq̄ȝ cibos obtuleris ei male eos sustinet ⁊ dolet ex eis. Or si pl⁹ doluerit in p̄ncipio sue assūptōis dū adhuc ē in sup̄iori bus stōchi sig̃t debilitatē orificij ei⁹. Et si plus doluerit post descēsum ad fundū ei⁹ sig̃t fundi debilitatē vt p̄allegatū est ex ca. nūc dcō. Ter° dat tria signa q̄b⁹ cognosciꝶ p̄ōptitudo effusiōis cholere rubee ad ori ficiū stōchi in q̄ ip̄a etiā sepe ḡnaꝶ. Pri^m ē p̄seuerātia nausee ꝓpꝶ chole rā q̄ stōachū stimulās sua mordacitate nauseā igerit. Scđo ē vomitus cholere q̄si q̄libȝ hora q̄ cholera ꝓfluit ad os stōachi: cui⁹ acumē sustinē neq̄ens i vomitū ꝓrūpit. Tertiū ē amaritudo oris assidua ꝓpꝶ fumos et vapores cholere ab ore stōachi ad os eleuatos ⁊ ei ꝯtinue cōicatos ex colligātia quā hn̄t adinnicē os stōachi ⁊ ligua. Nam pellis eadem tegit vtrāq̄ȝ ⁊ ꝓpꝶ cholerā ligue ībibitā ex freq̄nti transitu cholere p̄ cā (i vomitib⁹ eius.

In ꝟtia dicit q̄ si fiat phlebotomia in aliq̄ istoꝝ triū casuū scȝ in s̄btilitate sensus oris stōachi vel debilitate ip̄i⁹ vł apti tudine effusionis cholere ad ip̄sum os stomachi nō p̄missa vt decet cō seruatiōe oris stōachi modis q̄ dicenꝶ stati ꝓueniet inde vehemens ti mor acerbi doloris spasmi i sincopis aut epilētie et forte patiēs morieꝶ inde: q: ex ablatōe sanguis debilitabiꝶ. ⁊ ex cōmotōne humoꝝ p̄ phle botomiā circa os stōachi dolebit acerbe: vn̄ v̓t⁹ āplius deficieꝶ et p̄ viaȝ cōpassionis cordis ad ip̄m superueniet sincopis vł anxia mordacitate cholerici humoris nerui oris stomachi vehementer opp̄ssi statim spas mabuntur vel cholera effumans ad debile cerebrum epilentiam pari et precipue si porrina fuerit.

In q̄rta pte p° dat remediū cōmune cōtra subtilitatē sensus oris sto machi: ⁊ cōtra debilitatē ipius: quo pmisso phlebotomia cōpetere po- test. Et ē ꝙ buccelle panis triticei mūdati a furfure vel ab oi re cēnea i tincte in rob seu succo acetoso boni odoris dent: vt in succo maloꝝ gra natoꝝ vel berberis aut sumach vel vue acerbe vel citraguloꝝ vl' i aceto sitate citri. Per hoc enim corroborantur os stomachi et cor: cholera reprimit ⁊ hu moꝝ ascensus ad os stomachi impedit. Debēt aūt dari dcē buccelle pāgasi phle botōiā vt adhuc insi deāt circa os stoma chi hora phleboto- mie ¶ Attēde pmo ꝙ in vehemētia sub tilitatis sensus oris stomachi pn. pcipit ftij.13.trac.pmo. ca. de cura eius q̄ ledit fortitudine sensus orificij stomachi mi nistrare narcotica ⁊ ingrossantia sanguinē dicens. Cuz superfluit illud nō est excusatio q̄n administrent narcotica cum facilitate. Et opꝫ vt sint cibi eius illi q̄ in- grossant sanguinē: sicut illi qui fiūt de frumēto cocto cuz multa aqua et carnes vaccine: nō tn̄ statim ante phlebotomiā his cibis vtendū est ¶ Attende scdo ꝙ in vehemētia sensus oris stomachi vbi nocumentū a calidis timet purgatio cōuenit calidoꝝ humoꝝ, phibitio famis ⁊ cō fortatio cum cibis frigidis. Iuxta illud pn. ibi. Et si illud quod nocet fuerit calidū oportebit vt partes stomachi mūdificent cū hiera multo tiens ⁊ vt nō tardetur cibus eius: imo oꝫ in hmōi vt cibent in pncipio famis ipoꝝ pane cū rob fructuū: aut ifuso i aq̄ frigida ⁊ aqua rosata. ⁊ q̄nq; infundit in vino mirto infrigidato. illud eñ confortat os stoma chi. ¶ Attende tertio ꝙ si ledēs stomachum vehemētis sensus fuerit frigidū cōfortari debet cum vinis stipticis ⁊ cum spēbus aromaticis sicut cinamomo casialignea ⁊ gariophilis ⁊ ligno aloes: ⁊ indeꝫ pur- gari a pharmacis ppriis. Iuxta illud pn. ibi. Et si illud quod tēdit fu erit frigidum: tunc plurimū quod eis accidet nō accidet nisi tremor et spasmus. Quare oportebit vt eoꝝ stomachi confortent cū vino stipti co ⁊ cū medicis aromaticis stipticis sbtiliatiuis. Et euacuet humor q̄ ē i cis. Scdo dat hic tria remedia cōtra debilitatē stomachi ex mala cō plexione frigida. Primū est buccelle panis mūdi inctincte in aq̄ zucca rata cū affigenati in esuꝫ date. Et dicunt affigenati oms spēs boni sa- poris que cibariis admiscent: vt pip cinamomū. Et istud conditū in q̄ intingi debent buccelle panis est ypocras aqueū: Quod sic ɔficit. ℞ aque fontis mūdi lib.1. zuccari albi triti. ℥.1. cinamomi triti. ʒ.2. bulli- antur simul modicū: deinde colent ad modū ypocratis. Scdꝫ est. buc celle panis intincte in sirupo mēte muschato id est aromatisato cū mu scho intra ipm suspenso cum deponit ab igne. De quo dicit mesue di- stinctione sexta sui antidotarii ca. de eo. ꝙ frigidū stomachuꝫ cōfortat nauseam et vomitū et fluxū ventris ⁊ singultum sedat: et sic describit. ℞. succi mēte lib.1. et succi granatoꝝ dulcium et acetosoꝝ qui iaꝫ cocti sunt ad mediū lib.2. mellis despumati vel zuccari lib.1. decoquat et ad ministret. Tertiū est buccelle panis intincte in mina muschata id ē aro matisata cū muscho. De qua dicit mesue dicta distinctiōe caplo de ea. ꝙ confortat stomachū ⁊ epar ⁊ oia viscera digestionē procurat vomitū et ventris solutionē sedat. Et est medicina experta famosa, quaꝫ sic de scribit. ℞. succi cytonioꝝ acetosoꝝ lib.20. vini antiqui boni lib. deceꝫ coquant cū facilitate donec eius tertia consumat eius spumaꝫ semper auferendo: deinde colet ⁊ dimittat residere vt clarescat ⁊ proiice sup il- lud mellis boni dispumati vel zuccari lib. ß. iterūq; bulliat auferendo spumam ⁊ aromatizet cū spēbus alcfangine interius suspēsis in pāno Aliam minā composuit galienus sexto de regimine sanitatis ca. vltio ex succo cytoniorum melle et aceto equalr mixtis: nisi ꝙ de aceto tol- litur quarta pars: et adduntur eis zinziber et piper longuꝫ. Postq̄ sto machus confortatus fuerit aliquo hoꝝ triū remediorū fiat phlebo- tomia si oportuerit.

In q̄nta dat tria remedia cōtra aptitu- dinē generatōis cholere in stomacho vel effusionis eius ad eū, phiben tem phlebotomiā. Primū est dare in potu multitudinē aque calide cū sirupo acetoso sm hanc formā. ℞. aque calide. ℥. q̄nq; sirupi acetosi. ℥.

Subtilitatē vero sensus habenti ⁊ debilitatem habēti buccelle mundi panis in rob acetoso bonuꝫ habēte odorē infuse sūt dāde. Et si fuerit de- bilitas complexionis frigide sint in tincte in aliquo quod sit sicut aq̄ cuꝫ zuccaro cuꝫ affigenati aut in sirupo mēte muschato aut in mina muscha ta postea minuat. Aptitudinē vero generatiōis cholere habēs est mun dandus dando ei in potu multitudi nem aque calide cū sirupo acetoso: postea dent ei buccele panis ad mā- ducandū: deinde fiat vt parūper qe- scat: postea minuat. Properandum ppterea est vt de bono sanguie qd re- solutuꝫ fuit restauretur si fuerit for tis cuꝫ assatura carnis que fit supra prunas: quoniā si digerit nutrit mltum et bene. verūtamē oportet vt sit paucū: quoniā stomachus ppter de bilitatem et phlebotomiā ē debilis. Ampli' vene q̄nq; phlebotomant ppterea vt flux' sanguis d narib' ⁊ ma trice ⁊ ano ⁊ pectore phibeat: aut ex aliis exituris: ideo vt sanguis ad id qd a pte illa ē diuersuꝫ ptrahat. Et hoc quidē medicamē ē forte in iuuādo.

vnā bibat hoc vna vice. Nam choleram repmit ⁊ educit eā secessu aut vomitu ⁊ stomachi repmit caliditatē que est causa potior sue gñatōis. Scdm est vt post mūdificationē ei' ab aqua calida et sirupo acetoso dentur ei in cibum buccelle panis intincte in aliquo ex dictis succis vel in vino limphato: vt stomachus inde corroboret: et cōtemperet: nec ita leuiter cho lerā suscipiat. Tertiuꝫ est. vt post hec parū- per quiescat et si possit dormi at: q̄tin' natu ra q̄ete ⁊ somno refocilletur q̄ cōmota erat potu aq̄ calid cuꝫ sirupo ace- toso ⁊ eductōe cholere p eam Et premissis istis phleboto met si fuerit o pus.

In sexta dicit pmo ꝙ si phlebotomatus fuerit fortis festinan da est restauratio boni sanguis loco resoluti seu deperditi p phle- botomiā dando in eduliū assaturā carnis q̄ fit sup prunas: qr ē multi ⁊ boni nutrimēti si bene digerat. De hac dicit iasis. 4. al- māsoris ca. de vtutibus carniū ex artificio. Caro sup prunas assa ta mltū nutrit. Corpus nāq; ⁊ cor corroborat neq; velocit nutrit Hec etiā eis q̄ mltū sāguis fluxū ppessi sūt ɔfert: tarde tn̄ digerit atq; vix vnq̄ tota oino digerit. Que neq; p' aliū sumēda ē cibuꝫ neq; cū ea alius sumi dꝫ cibus. Sola oino est sumēda ⁊ donec di gesta sit null' alius sumat cibus. Post cui' comestionē pot' sumē dus nō est nisi in pua q̄titate: maxima tn̄ cogēte necessitate: hec ille. Scdo dic ꝙ oꝫ id modicū eē qd ex assatura carnis sumit post phlebotomiā. qr digerere nō possꝫ magnā ipius q̄titatē ppt ei' dbilitatē ⁊ debilitatōeꝫ iteꝝ quā ex phlotōia acq̄siuit. Tū ex reso lutōe pluria spūuꝫ nāliū cū sanguie emisso p phlotomiā: tum ex euacuatōe sāguis cui' calor coopabat ad digestionē cibi i stōcho Et pōt ista ps itelligi gñalr de regimie oiꝫ sanoꝝ phlotomatorū sufficiētiū digerere assaturā carnis vl' spālr de regimie hñtiū ap titudinē gñatiōis cholē i stōcho vl' effusiōis ei' ad eū. Talib' eñ g̃ssa cibaria vix corruptibilia q̄lia sūt assature carnis pl' aliis cō- petūt. Iux illō ga. 1. de alimēt. c. 1. Hoib' aliq̄b' q̄ est ex cpate ad intestia defluēs cholera ad vētrē reuertit. Merito igit q̄cūq; dif ficult corrūpūt magis q̄ de facili isti digerūt: qm̄ q̄ q̄dē facile di- gestibilia facile alterant ⁊ corrūpūt. Que aūt difficult digestibi lia sūt difficile alterabilia ⁊ difficilr corruptibilia. Hec igit qñ ap propinquāt mlte caliditati digerunt magis q̄ si appropinquerit vētri mediocrit se hñti. Scdꝫ igit hāc rōnē q̄dā bouinas carnes facili' digerūt q̄ petrinos pisces: hec ille. ¶ Sꝫ dicet aliq̄s i scdō p° hui' sexte pt̄ assatura carnis lꝫ ɔditōe hac solū cōcedit, si stōa chus fuerit fortis. Et in scdō dicto ex ea p cipit modicū dari: qr sto mach' ē debilis ppt debilitatē ⁊ phlotomiā. cōpetit igit i debili stōacho. Dic ꝙ cōpetit stōacho debili q̄dā debilitatōe accñtali ex phlotōia ⁊ effusiōe cholē ad ipm: sꝫ forti i radice ⁊ inato calore c Ampli'. In hac tertia pte pncipali capli isti' p° agit d phlotōia diuersiua fluxuū. Scdo de cautel circa scdationē phlebotōie ob fuādis ibi [Qui aūt secūdare] Tertio de electōe diei ad phlebo- tomiā ⁊ cautela circa phlebotomādos hora noct ⁊ semel soluꝫ ⁊ diuersitate tpis ⁊ icisiōis vene i scdatōe ibi [Recordare] Quarto de nocētib' in scdatiōe ⁊ iuuamēt ⁊ meliori tmio ei' ibi [Multa ¶ In pma ptic'a q̄est pñs text' dat tres reglas. Pri (ptercea] ma ē. vene intdū phlebotomant ad restringēdū supfluū fluxum sanguis nariū vel mēstruoꝝ. vel emorroidarū: vl' emoptoice pal sionis: q̄ est flux' sanguis a pectoralib' vl' alfius exiture scꝫ plage recentis vel veteris vlceris imoderate cruētātis. Et debet in his phlebotomia fieri d pte situalr opposita parti illi vñ sanguis ef fluit: vt sanguis trahat ad ɔtrium sui flux' immoderati. ⁊ p hoc is fluxus pacificet. Et hec quidē phlebotomia diuersiua est fortet efficax medicamē in restrictōe fluxuū sanguinis immoderatorū.

Capitulum.XX.

Oportet vero vt phlebotomus sit vehemēter strictus. ⁊ sint vices multe. que nō sint in vna die nisi magne necessitatis causa fuerit: sed in die post diem et qualibet vice minoratio fiat quātū possibile fuerit. Et ad summum melius est vt phlebotomie vices sint multe ꝙ vt ipsius quantitas sit multa. Et phlebotomia quidē cū non est necessaria choleram rubeaz ebullire facit: ⁊ post hoc aduenit lingue siccitas et que sibi sunt similia. Est igiť ei succurrēdū cum aqua hordei et zuccaro. ¶ Qui autē secūdare voluerit et nō acciderit ex prima minutione malitia paralysis aut quod sibi sit simile venā manus in lōgitudine phlebotomare debet: ꝓpterea vt iūcture motio ipsius ꝓhibeat cōsolidationem ⁊ vt amplificeť. Quod si cum hoc timor affuerit ꝙ cito consolidetur supponať ipsi pānus oleo cum pauco sale infusus ⁊ desuꝑ ligetur. Et si phlebotomus etiā oleo inunctus fuerit cuz fiet phlebotomia prohibebit cōsolidationis velocitatem et minueť dolor. Et hoc quidez est vt suꝑ ipm oleuz aut sibi simile leuiter inūgať: aut ipe phlebotom⁹ in oleo mittať postea cū pāno exicceť.

Juxta illud gal. libro de phlebotomia ca. 11. Antispasiare enī id est diuertere cōsueuit ꝗ ex cubitu phlebotomia mulieruz purgationes. Et iterū ibi. Non aūt opz nos negligere phlebotomiaz vt nō antispasiuū. i. diuersiuū auxiliū cū iam vidisti me plerunqꝫ in ea ꝗ ex naribus emoragia. i. fluxu sanguis qñ fuerit fortꝫ vtētē hoc auxilio et sedantē fluxuz ꝯfesti. ¶ Cōtra. oīs cura fit ꝑ ꝯtrariū ⁊ ex plenitudīe quecunqꝫ egritudines fiunt euacuatio sanat: ⁊ quecūqꝫ ex euacuatiōe plenitudo. am pho. 2ª. fluxus ergo sanguis nō sanať sanguinis fluxu. Jtem soluere ventrē suꝑ solutionē vētris est timorosuz: ergo a fortiori educere sāguinem suꝑ fluxum sanguis cū plus debilitet eductio sanguinis ꝙ alterius humoris. Jtem ex phlebotomia cōtrarie partꝭ in fluxu sanguis suꝑfluo iam deiecta ꝟtus amplius deijciť. tūc qꝛ nature residuū thesauri eius subtrahit: tū qꝛ fit inde mot⁹ agitatiu⁹ labente sanguine ad cōtrarias partes. ¶ Attēde ꝑmo ꝙ minodoci medici fuit opinio phlebotomiā nō debere fieri in fluxib⁹ sanguis: sed solū in plectoria quā ga. recitat ⁊ reprobat libro de phlebotomia ca. vndecimo. vbi postꝙ exꝑssit sanguineos fluxus in ꝗbus cōpetit phlebotomia ait. Jtaqꝫ cū his ꝗ dicta sunt de phlebotomia ãntea et hoc ꝓsternit minodoci sermonē existimantis plectoricū vocatū cōcursum rememisse nobis auxilij phlebotōie scꝫ. Nam nūc dicta dispositio scꝫ emoragia ꝯria manifeste est plectorie. Assumimus aūt in ea phlebotomiā nō vt euacuatiuum: sed vt antispasiuū id est diuersiuū remediū. Et ex hoc soluiť ꝑma obiectionū. Nam in dicto casu fluxus vn⁹ sanguis fluxu cōtrario ꝟm finios a quo ⁊ ad quē freqñť curať ⁊ phlebotomia diuersiua aliquo modo replet aliqs venas que ꝑ fluxū sanguis imoderatū inaniebāť. ¶ Attende 2º ꝙ ꝑuius ꝑiculū imminet in soluēdo vētrem cū pharmacia suꝑ ventris solutionē spōtaneā ꝙ in phlebotomando supra fluxū sanguis spontaneū et suꝑfluū: quia dū volumus sistimus phlebotomiā: sed nō pharmaciā. Juxta illō ga. libro nūc dicto caplo duodecimo. Quod semel ad ventrē transglutitum est pharmacum nō est possibile nō esse transglutitum totum. Nec est possibile magis iam dum purgať homo partem auferre aliquā eius quod oblatū est. Jn phlebotomia ꝟo bonuz hoc maximum existit sistere quādocūqꝫ volueris euacuationez: deinde deinceps rursus in quocūqꝫ vtiqꝫ volueris tempore fluere concedere donec vtiqꝫ recte habeať. Et ꝑ hoc soluiť scđa obiectio ¶ Attende tertio ꝙ phlebotomia diuersiua in fluxu sanguinis excessiuo nō debet fieri ꝟtute deiecta: sed ꝑusqꝫ deijciatur. Juxta illud galieni caplo vndecimo libri de phlebotomia. Cōgruit autem nō expectare ad vltimā deuenire concidentiā ꝟtutem. Et ꝑ hoc soluiť tertia ratio. Secūda regula est ꝗntimēbris. Primū eius membrū est. ꝙ in phlebotomia diuersiua ꝓ restrictiōe flux⁹ sanguinis phlebotomus in sua cuspide debꝫ esse vehemēter strictus: vt per foramen quod ipe vene infert paucus sanguis exeat et pauci spūs et reseruetur virtus. Secundū membrū est. ꝙ vices multiplicenť in tali phlebotomia: et non fiat vna vice tota. Per hoc enim magis conseruať virtus que priori fluxu iam debilitata est. Tertium est. ꝙ he vices phlebotomie non eadem die fiant: sed die post diem: vt spacio intermedio quiete cibo et potu conueniētibus ad id corpus reficiať: et vices phlebotomie facilius tolerenť: nisi necessitas vehemēs compellat eadē die vices iterare: vel quia sanguis fluxus ꝑseuerat sine intermissione cum vehemētia: vel quia riuulose nō guttatim effluit multum debilitans. Quartū est. ꝙ quaqꝫ vice hec phlebotomia minoreť id est parua fiat quātum possibile est: vel gradatim minorādo ꝓcedat in suis vicibus: sic ꝙ ꝑma vice maior ꝙ secūda fiat ⁊ secūda ꝙ tertia: ⁊ sic deinceps: vt per hoc seruetur ꝟtus que ꝓcedit debilitando ꝓpter euacuationem sanguinis tam ab arte ꝙ a natura. Quintū est. ad summū id est summarie loquēdo melius est multiplicare vices dicte phlebotōie ꝙ multā sanguinis quātitatez vna vice educere. Juxta illō galieni libro ď phlebotomia. Et nimirꝫ et antispasis nō paruum existēs auxiliū Et per phlebotomiam fiens plerunqꝫ quāto vtiqꝫ ad numerum ampliorem eas que ꝟm partem ablatōes auxerit tāto opportunior fit. Tertia regula reddit causam duorum vltimorꝫ membrorū regule ꝑoris. Et est trimēbris. Primuz eius membrum est. Phlebotomia fctā vbi non oportet vel plus ꝙ oportet ebullire facit cholerā rubeam: quia suo motu violento et indecenti nature ꝯtrario cōmouet humores ⁊ cōmotos inflammat et plus illum qui magis aptus est cōmoueri ⁊ inflāmari scꝫ cholericū. et vltra illud aufert frenum cholere scilicet sanguinem qui cholere acumen sua humiditate solet reꝑmere. Secundū est. ꝙ post phlebotomiā non necessariā cōmuniter accidit ariditas lingue ⁊ que sunt similia: sicut sitis ⁊ amaritudo oris ꝓpter ebullitionē cholere. Tertiū est. succurrendum est his scꝫ inflāmationi cholere ⁊ siccitati oris dādo ī potu ptisanam zuccaratam que cholerā reprimit sitim tollit os siccū humectat maxime si zuccarata fuerit cum zuccara candi.

¶ Qui autem secūdare voluerit ⁊ nō acciderit ⁊c. Jn hac particula secunda dat quattuor cautelas circa secūdationem obseruādas. Prima est. volens secundare id est venam ꝑapertam per phlebotomiaz ꝑusqꝫ consolideť iterū aperire et extrahere inde sanguinē dꝫ phlebotōare venas manus in lōgitudine scꝫ foramīe ꝓtenso ꝟm lōgitudinē brachij si nō acciderit ex ꝑma phlebotomia paralysis vľ aliquid siľe sicut spasm⁹ apostema aut auērisma seu mater sanguis. Cui⁹ ratio est: quia motus iuncture brachij versus anteriora vel interiora qui frequēti⁹ fit ꝓhibꝫ consolidari foramen vene et amplificat ipsum: quare in secundatione nec nouo foramīe egebit nec ampliatione prioris: sed solutione ligature vene et apertione eius elongando modicum labia vulneris a seinuicem cum digitis: et statim effluet sanguis. Et vocat hic venaz manus venam que phlebotomatur circa curuaturam brachij intus in directo cubiti scilicet cephalicam basilicam nigram. solet enim sepe manus vocari seu magna manus illud totuz quod est ab osse spatule vsqꝫ ad digitorum extremitates. Signāter dicit. Et non acciderit ex prima minutione malitia paralysis: aut ꝙ sit sibi simile: quia si aliquid tale accideret secūdationem prohiberet ne per eam synthomatis huius malitia excandesceret. ¶ Attende ꝙ in phlebotomia paralysis interdum vel spasmus accidit ex punctura nerui vel chorde alicuius ꝑ phlebotomū. Et interdū apostema accidit ex ruptura cuspidis phlebotomi in scissura vene. Et quādoqꝫ accidit auenrisma quod et mater sanguinis diciť ex percussione arterie cū phlebotomo. Et quodcūqꝫ istorꝫ in prima phlebotomia cōtigerit secūdationē prohibebit: ne si fiat renouet errores. Secūda cautela est. ꝙ si cū hoc scilꝫ cum phlebotomia vene manus in longitudine adhuc timeatur consolidatio foraminis vene ante horam secūdationis superponatur et superligetur illi foramini pannus lineus infusus in oleo oliue cum panco sale: cuius pars resudans inter labia vulneris prohibet ea inuiscari ⁊ adherere tam ex lubricitate olei ꝙ ex salis mordacitate. Tertia cautela est. ꝙ phlebotomus hora phlebotomie oleo oliuarum dulci inūgatur. sic enim relinquet labia foraminis vncta lubrica lubricitate differente consolidationem vulneris et minorem efficiet dolorem in perforatione vene mitigante oleo. Modus aūt inūctionis phlebotomi est vt super ipsius cuspidem suauiter effundatur oleum: aut ipsa cuspis in oleo mergatur: deinde extergatur cū panno lineo, ne nimia ipsius vnctuositate

lubricet a vena dum ꝑcutiť: ⁊ sic cadat error in phlebotomia. Nec ita exiccetur qn crassa remaneat: vel ex oleo vel alio simili: sicut butyro vel adipe aliquo vel axūgia galline vel anseris. Quarta cautela est. ꝙ non dormiaꝛ inter phlebotomiam prima vice factam et secūdationem. qa dormire tūc cōsolidationē vulneris vene accelerat: quare erit opus vel noua plaga vel elargatione prioris.

Inter phlebotomiā quoqꝫ et secundationem dormire phlebotomie cōsolidationē facit festinare. ¶ Recordare preterea eius quod diximus de euacuatione in hyeme cū medicina ꝙ dies est eligēda austrina: quoniaꝫ similiter in phlebotomia. Et scire debes ꝙ cum minuūtur melācholici ⁊ epilentici et illi quos minuere oportet in nocte scilꝫ in hora dormiendi

¶ Recordare ꝑterea ⁊c. In hac ꝑticula tertia dat quoqꝫ regulas circa horā phlebotomādi ⁊ modos incisionis ⁊ dolorem in ea. Prima est. ad phlebotomiā faciēdaꝫ hyemali tꝑe eligēda est dies austrina vel meridionalis: scꝫ in qua flant austrini venti: sicut ad euacuationē cum pharmacia in hyeme dies austrina iussa est eligi caº. q̄nto huius fen in fine capli paragrapho illo. Et ille cui i hyeme necessarium fuerit medicinā bibere ventū obseruet meridionalē. Cuiꝰ rō est: qa in hyeme vene cōstricte sunt ⁊ sanguis cōpactꝰ a frigore hyemis. Quare vel sanguis difficulter effluit vel subtilis exit ⁊ grossus remanet. Sꝫ vētus australis suis caliditate ⁊ hūiditate humores dissoluit ⁊ venas relaxat. ¶ Cōtra. phlebotomia fit aptius in sereno tꝑe q̄ in turbido: vt aer attractus venas ingrediēs nō turbidet sanguinē ⁊ tristificet cor post phlebotomiā. Sed australis vētus est de more turbidꝰ ⁊ nebulosus. Item regio meridionalis vehemēter calida ꝓhibet ab euacuatōe sicut ait ꝑn. ca. 3. huius fen: ergo et auster q̄ est calidissimus ventorū. Item auster debilitat ꝟtutes naturalē ⁊ aīalē. Iuxta illud ga. 3. amph. commento illius cañ. Cōstitutiones ꝟo quotidiane. Sed tñ cū auster dissoluere ⁊ humectare cōsideraꝛ corpus naturali ⁊ aīali actōibus est magis nociuus. Cum ergo phlebotomia sit debilitātior ceteris euacuationibus fieri nō debet austro flante. Item in nullo ꝓdest austrinus vētus nisi ꝙ tm̄ humectat vētrem vt ait gal. in cōmento nūc allegato. nō ergo est idoneus ad phlebotomiā faciēdā: qꝛ vētris laxitas ⁊ phlebotomia cū debilitate viriū illata ab austro deijceret ꝟtutem. ¶ Attende ꝑmo pro solutione ꝙ ꝑn. nō ꝑcipit hic eligere austrinā diē ꝓ phlebotomia in q̄libet tꝑe anni: sed solū in hyeme. De hora ꝟo eligēda alijs tꝑibꝰ inferius aget parte sexta capli istius paragrapho illo. Hora ꝟo eius electa est q̄ est in lumine diei et post digestionis cōplementū ⁊ sup̄fluitatū expulsionē. ¶ Attende scdo ꝙ auster nō est illius malitie in hyeme cuius est in alijs tꝑibus: ꝓpterea ꝙ hyems suo vehemēti frigore oīa cōstringit coartat et oppꝛimit in q̄ penetrat: cuiꝰ austeritatē reꝑmit auster et ad veris naturā declinare facit. Cuius rei signū est ꝙ cū in hyeme frequenť flant austri vegetabilia festināt erumpe in sup̄ficie terre ⁊ herbe virescere. Ex his trahi pōt solutio obiectionū. ¶ Ad ꝑmā dic ꝙ in hyeme plꝰ ꝓficit auster ad phlebotomiā in laxādo venas ⁊ in reddēdo sanguineꝫ labilē q̄ sua obsit nebulositate. Ad scdaꝫ tertiā ⁊ quartā dic ꝙ auster hyemali tꝑe nō est ita calidus vt meridionalis regio vehemēter calida nec sic debilitat tūc oēs ꝟtutes vt alio tꝑe: neqꝫ laxat ventrē laxatōne de qua sit curandū. Scda regula est. phlebotomus debꝫ eē angustꝰ ⁊ strictꝰ ꝟm cuspidē in phlebotōia melācholicorū ⁊ epilēticorū et illorū quos opꝫ phlebotomare in nocte circa horā somni ⁊ phlebotomādoruꝫ vna vice tm̄ absqꝫ secūdatione vt paruū efficiat in vena foramen a quo nō nimius effluat sanguis. ¶ Cōtra dicit ꝑn. tertij ꝑma trac. 4. c. de cura melīe. Et opꝫ vt amplifices phlebotomiā vt nō exeat quod subtile est et retineaꝛ grossum et augmenteꝛ malitia. Iteꝫ in epilētia cōpetit euacuatio sanguinis plurima ⁊ frequētius fit ex grossis humoribꝰ: ergo vēa in ea cū lato phlebotomo aperiēda est: vt grossus ⁊ multus educaꝛ sanguis. Iuxta illud ꝑn. tertij ꝑma trac. 5. c. de cura epilētie. Cūqꝫ necessariū est vt phlebotomia fiat ex quocūqꝫ hūore sit oꝫ vt nō solū fiat phlebotomia: imo vt fiat saltē ex ambabꝰ cephalicis siť ⁊ sequaꝛ phlebotomia vene q̄ est sub lingua. Item multi ex phlebotomādis de nocte superabūdant in grossis humoribꝰ. Nam phlebotomandorū in nocte q̄dam phlebotomanť ad eductionē melīe grosse īmixte sanguini: cuius motus magis est in initio nocť scꝫ a nona hora diei vsqꝫ ad tertiā nocť: et tūc facilius melīa educiť: qꝛ est in motu. Alij phlebotomanť i nocte qꝛ nox est eis quietior horaruꝫ ⁊ affliguntur in die: sicut clare apparet in multis febribus: vt in duplicibꝰ tertianis nothis ex cholera grossa cū phlegmate admixto ⁊ sanguis abūdātia qn̄qꝫ veniūt paroxismi ī die.

Alij in nocte phlebotomanť: qꝛ casus tūc inuadit qui tūc dilatione phlebotomie nō patiť vsqꝫ ad crastinū: vt epidimiale bochiū vel sanguis fluxus fortis riuulosus: vel sinocha nō putredinalis paratissima ad putridā vel lassitudo phlegmonosa inflāmatiua q̄ ē in ꝓcinctu faciēdi febrē. Et i plurimis ex his cōfert phlebotomia lati foraminis: vt effluat grossus ⁊ plurimus sāguis cū humoribus grossis secū ꝑmixtis. Item multi ex phlebotomādis solū semel abundanti grossis humoribus vt dispositi ad arteticā vel squinantiā vel emoroicā passionē ex grosso sanguine ⁊ ex grossis humoribꝰ.

oportet vt sit phlebotomꝰ angustus et strictus. ideo ne sanguis multi nimius exitus accidat. Et similiter in omnibus qui secūdatione non indigent. Scire quoqꝫ debes ꝙ secundatio ꝟm debilitatis mensurā est tardāda. Et si debilitas quidē nō affuerit sit vltima eius tardatio vna hora. Qui autē eam facere voluerit vt sanguis ipsius trahatur sit dies vnus.

¶ Attende ꝑmo ꝙ in melīcis ⁊ epilēticis phlebotomādis iubꝫ hic ꝑnceps phlebotomū eligi angustū ⁊ strictū: q̄tinus foramen quod infert vene sit etiā strictū: ne si melīci mēte alienati vel epilentici motu ⁊ agitatione paroxismi dissoluant venā multꝰ cito ab eis effluat sanguis ꝑusqꝫ assistētes fluxū ꝑcipiant vel occurrere possint iterū ligando venā que apta est. debet tñ strictura foraminis tali moderatione fieri ꝙ sufficiat exitui sanguis grossi ⁊ grossorū hūorū educēdorū in sufficiēti q̄titate. Et ꝑ hoc soluunť duo ꝑma obiecta. ¶ Attende scdo ꝙ in phlebotomādis de nocte strictus phlebotomus ⁊ strictū foramen ideo ꝯsuluntur: ne si a casu patiēs in somno seipm̄ reuoluēs suam venā dissliget sanguis multus effluat ipo dormiēte vnde ꝑueniat ad sincopim aut mortē quod citiꝰ fieret si vene foramē magne esset amplitudinis: tante tamē fiat āplitudinis ꝙ libere ꝑ cuꝫ exire valeāt educēdi humores. Et per hoc soluiť tertia obiectio. ¶ Attēde tertio ꝙ phlebotomandis semel dūtaxat phlebotomus strictus ⁊ strictū foramē sunt cōuenientes nō simplr̄ sed cōparatiōe ad hos in qbꝰ cōpetit secūdatio vel vna vel plures. Nā in semel solū phlebotomādis sufficit foramen tāte q̄titatis ꝙ sufficiat exitui hūorū q̄ ꝑ ipꝫ q̄riť. Sꝫ in phlebotomādis iteratis vicibꝰ idē req̄riť in ꝑma phlebotōia ⁊ vltra illud ꝙ foramē factū sit adeo āplū ꝙ resistere possit sue ꝯsolidationi donec ꝑfecte sint secūdatōes q̄site. Et ꝑ hoc soluiť obiectio q̄rta. ¶ Sꝫ instabit aliq̄s qꝛ in phlebotomia diuersiua fluxuuꝫ sanguis sup̄fluentiū phlebotomꝰ dꝫ eē vehemēter strictꝰ et vices multe: sicut scriptū est in ꝑma ꝑticula huiꝰ tertie ꝑtis: nō ergo foramē est āplificādū ꝓpť vices multas phlebotomie. Dic ꝙ phlebotomia diuersiua nō fit gr̄a euacuatōis sanguis sꝫ attractōis eiꝰ ad ꝯtrariā ꝑtē. iō sufficit sibi foramē q̄tūcūqꝫ modicū dūmodo diuertat tā in ꝑma phlebotomia q̄ in secūdatiōe: sꝫ i phlebotōia q̄ fit gr̄a eductōis sanguis iteraťvicibꝰ ꝑ idē foramē āplitudie opꝰ est.

Tertia regl̄a est trimēbris. Primū eiꝰ mebrū ē. secūdatio phlebotomie tardāda est ꝟm mēsurā debilitatis ꝟtutis maxie vitalis ex ꝑma phlebotomia. Nā si ex ea ꝟtus mltū debilitata fuerit ⁊ q̄si defecerit tardāda ē scdatio donec ꝟtꝰ refecta sit potu q̄ete vel cibo. Scdꝫ est. si debilitas ꝟtutis nō affuerit magna neqꝫ ex ꝑª phlebotomia nec ex alia cā nō tardeť scdatio vltra vnā horā ab hora prime phlebotomie ad oē maiꝰ i phlebotōia q̄ fit gr̄a euacuatōis sāguinis nō diuersiōis soliꝰ. Qꝛ vltra vnā horā plaga vene icipit cōsolidari ⁊ foramē minui: q̄re vix exibit in secūdatōe sanguis et solū subtilis grosso remanēte q̄ forte peior est ⁊ magis euacuādꝰ. Tertiū est. q̄ voluerit facere secūdationē vt sanguis eiꝰ trahaꝛ. i. ꝯuertaꝛ ad ꝯtrariū ꝑtis vñ fluit: nō vt euacueť sit dies vnꝰ inť ꝑmaꝫ phlebotomiā ⁊ secūdatōeꝫ. Et h̄ itelligas de phlebotōia diuersiua fluxuū sanguis supexcedētiū. Qꝛ ꝟtꝰ i hac hꝫ tres cās debilitatōis. Primā ex fluxu sup̄fluo sanguis. Scdaꝫ ex ꝑª phlebotomia. Tertiā ex ꝑte secūdatōis. eget ergo q̄ete ⁊ refocillatiōe potꝰ ⁊ cibi inť phlebotomiā ⁊ secūdatōeꝫ. ¶ Cōtra. in h̄ casu faciēdū ē foramē vehemēť stri-tū. tale ꝟo velociť ꝯsolidaꝛ. cū foramē āplum breuiori tꝑe q̄ diei vniꝰ soleat ꝯsolidari. Dic ꝙ ad obuiādū nimis veloci ꝯsolidatōi eiꝰ vti ꝯueīt ꝑdicť cauteľ scꝫ vt phlebotomꝰ oleo inūgaꝛ ⁊ pāñꝰ ītictꝰ i oleo ⁊ sale vulneri vene desup ligeť. ¶ Attēde ꝙ in phlebotōia diuersiua sanguis curreť ad aliq̄d

apostema vel locū contusum si secūdatio fiat: nō opus ē dilatōe vnius diei. immo sufficit dilatio vnius hore vel paucarū horarū cum vtus sit fortis ⁊ casus idigeat acceleratōe: ne apostema fiēs magnificet et vt apostema futurū fieri in cōtusione phibeatur.

Amplius phlebotomia transuersa melior est ei qui secūdationem vult in eadē die. Et illa q̄ est sm latitudinem ei qui vult secūdationē in eadē hora. Et illa que est sm longitudinē ei qui nō vult vna esse cōtentus secūdatione: immo in corde tenet ꝙ eā per mltos faciet dies quaqꝫ die. Cūqꝫ phlebotomie dolor maior fuerit tanto erit eius cōsolidatio tardior. ¶ Multa preterea in secūdatōe euacuatio sincopiz affert nisi fuerit post ꝙ assature aquam sumpserit. Inter

Quarta regula est trimēbris penes modos incidendi venam sꝫ diuersas intētiones. Primū eius membrum est. incisio vene ex trāsuerso ipsius ē melior illi qui facere intēdit secūdationez in eadem die nō in eadez hora. Et id itellige maxime de venis q̄ in curuatura brachij site sunt ⁊ in ca vel prope eam phlebotomāt. In his em venis transuersalis plaga que de latitudine ⁊ lōgitudine aliquid obseruat neqꝫ tam cito consolidat vt latitudinalis: cuius labia frequentibus brachij sitibus ad intra velociter coherent: neqꝫ tā tarde vt longitudinalis cuius labia distare faciunt crebri motus brachij ad interiora. Cōuenit igitur secūdatiōi quaz nec eadez hora facere volumus q̄ phlebotomam⁹: nec tardare volum⁹ per integrum diem: sed medio tempe eam intēdimus. Secūdū membrum est. incisio vene latitudinalis in illa conuenit phlebotomia venarum brachij in qua secūdatio fieri intendit in eadem hora: quia aptissima est incisionū ad velocitatem consolidatōis propter frequētiam situs et motuum brachij ad interiora q̄bus coniūguntur labia vulneris. Tertium est. incisio vene longitudinalis huic cōuenit phlebotomie in qua queritur secūdatio non vna tantum: sed plures diuersis diebus quaqꝫ die vna. Nam incisio talis est omniū difficillima ad consolidādum: propterea ꝙ vene foramen in plicando brachium ad interiora quod sepissime fit vel aperit vel a consolidatione prohibetur: quare durat satis ad secūdationes faciendas sine renouatione vel ampliatōne primi foraminis. Quinta regula est. quāto maior dolor ī scissura vene cum phlebotomo ingeritur: tanto plus tardatur consolidatio vulneris illati. Quia dolor causa est attrahendi humores ad locum vulneris prohibentes ipsum ne cito consolidetur.

Contra. vena sensu caret cum sit membrū simplex ⁊ nulli insit membro sensus sine neruo: ergo non dolet in scissura ipsius: cum dolor sit sensus rei cōtrarie. Dic ꝙ concesso ꝙ ibi vene nō insit sensus ex parte sui: panniculo tamen in quo tegit inest: ⁊ etiā cuti ex villis neruorum dispersorum in eis.

¶ Multa preterea in secundatione ⁊c. In hac particula quarta dat quattuor regulas circa vtilitates et nocumēta et terminum aptum secūdationi. Prima est. multa sanguinis eductio in secūdatione sincopim iducit: quia prima phlebotomia vtutem debilitauit ⁊ excedens secundatio debilitat amplius: ita vt deijciat seu prosternat eam remouendo sibi proprium thesaurum sanguinem scꝫ et spiritus plurimos. Hec regula verificat in debilibus corporibus: et dum pma phlebotomia notabilem sanguis mensuram eduxit. Secūda est. medici cōmuniter somnū prohibent inter phlebotomiam et secūdationem si secūdatio pma die fiat ⁊ maxime si fiat in pma hora cum vtute forti. Et dant rationem. ne superfluitates que extrahunt id est sunt in via resolutionis et eductionis ab exterioribus corporis cuz sanguine incedāt interius retracte: ppterea ꝙ superfluitates hora somni retrahi solent ad interiora. Potest et alia ratio euidētior reddi. Ne somnus acceleret consolidationē foraminis vnde prohibeat secūdatio. ¶ Sed arguet aliquis ꝙ sicut post phlebotomiā ⁊ añ secundationem phibetur somnus ne supfluitates que sunt in exterioribus ad interiora cum sanguine trahant: sic post secundationē somnus videbit prohiberi debere a simili causa. Dic ꝙ postq̄ natura exonerata est superfluo sanguine tam phlebotomia q̄ secundatione naturalis calor liberius intēdit resolutioni supfluitatum et magis cōseruat residuū sanguinis ⁊ regulat cursum supfluitatum. Tertia est. vna ex vtilitatibus secūdationis est cōseruare virtutem phlebotomati cum pfectione et complemēto dicte euacuatiōis sanguinis. sicut em portitores onerum onere partito facilius deferūt singulas partes diuersis vicibus q̄ totū simul vna vice tantū: sic natura plures partiales sanguinis eductionis vna magna simul: quia vtuti dant inducie se reficiēdi medijs tempibus. Iuxta illud gal. lib. de phlebotomia ca. duodecimo. In quibus igit euacuationis quidez est opus multe: non fort aūt virtus in his opꝫ reponere seu repetere euacuationem: quē admodum quippe et in habentib⁹ multitudinem crudoruz humorꝫ vidistis me facientem. Euacuās em modicū sanguinis mox do mellicratū: deinde rursus superaufero quādoqꝫ quidem in eadem die: quādoqꝫ autē sm secūdam: in q̄ vtiqꝫ similiter dans aliquid predictorꝫ iteruz superaufero: et sm tertiam diem similiter. Sed quādo fuerit feruentis sanguinis multitudo accendens acutissimā febrem simultanee est euacuatōnis opus. Et hanc oportet tentare euacuare vsqꝫ ad defectionez animi superscrutantem robur vtutis: hec galienus. Quarta regula est. aptior terminus elongationis secūdatōis a pma phlebotomia est duorū vel trium dierum. Nō ꝙ semper differēda sit vsqꝫ ad scdm vel tertium diem. sed quia non vltra tertiuz differri solet: propterea ꝙ vulnus vix vltra permanet inconsolidatuz. Et si tardet vsqꝫ ad tertium virtus inde magis in suo robore custodietur.

phlebotomiā quoqꝫ et secūdationē dormire prohibēt: ne superfluitates que extrahunt cū sanguine incedāt propterea ꝙ supfluitates in somno ad corporis profunduz trahunt. Ex iuuamentis vero secūdationis est ꝙ phlebotomati virtutē cum pfectione sue euacuationis q̄ est necessaria conseruat. Et melior quidem secundationis terminus ē vt duobus aut trib⁹ tardet diebus. Ex dormitiōe vero phlebotomie propīqua plurimuz accidit in membris confractio.

d Ex dormitōe vo phlebotomie. In hac quarta pte pncipali isti⁹ capituli dat nouem regulas circa faciēda post et ante phlebotomiā ⁊ iudicia ⁊ effect⁹ phlebotomie. Pria est. cōfractio in mēbris ac si ipa cēnt baculis percussa frequenter prouenit ex dormitione cito post phlebotomiam. Huius causam reddūt aliqui: quia phlebotomia partes neruosas extrinsecas sanguine et spiritu depauperauit: et somnus reuocans ipsos interius rursus eas amplius his depauperat. Dominantur ergo superfluitates istorum membrorum calori innato vt in tipis febrium: quare sentiunt se veluti confracta expergefactione ab hoc somno facta: sed nō in omnibus saltez equaliter. immo in frigidis pl⁹ vel his q̄ in humoribus abūdant frigidis: ideo dicit hic princeps plurimum. Alij dicūt phlebotomiā trahere humores vna cum spiritib⁹ ad exteriora: ⁊ cito post eam dormitio facta statim retrahit hos ad interiora durante adhuc impetu motus phlebotomie: et sic mēbra motu grauantur agitatiuo vnde in dispositis confractio sentit in membris. Sꝫ reuera talis agitatio plus perducit ad estuationem q̄ ad confractionem: sicut somnus inter duos pastus prandij et cene. ¶ Attēde primo ꝙ licet statim post phlebotomiam non sit dormiendum: somnus tamen cōpetit tribus aut quattuor horis post ipam scilicet dum sanguis phlebotomia motus perfecte resedit: et non solum post tres vel quattuor horas: immo post duas horas somnus concedit a galieno nono de ingenio capitulo tertio vbi de quodam paciente sinocham ait. Eum ergo minui extrahens sanguinem vsqꝫ ad defectionem. post duas autem horas minutionis cibum aliquantulum ei dedi iubens vt quiesceret et dormiret. ¶ Attende secundo ꝙ in phlebotomia magna vsqꝫ ad sincopim et in phlebotomijs q̄ virtute debili fiūt somnus minus differendus est q̄ in moderatis fortium sanorum phlebotomijs. In his enim conuenit vsqꝫ ad horam noctis somnum differre que et somno naturaliter deputata est: et in ea factus somnus non sic inquietat motu agitatiuo sanguinem et spiritus vt in die factus: nec confractionem efficit in membris exterioribus cuz iam tota die munita manserint vitali calore: et cautius vena ligata tenetur hora vigiliarum q̄ hora somni. In alijs vero virt⁹ multū debilis ꝯfortari indigēs festinare cogit nutriēs et somnū quib⁹ resurgat et viuificetur. ¶ Attēde tertio ꝙ regulariter et ordinate ī phlebotomat cibatio dꝫ pcedere somnū. Quia phlebotomia fieri iubet vacuis stomacho meseraicis ⁊ intestis a cibor fecib⁹ et venas inanit. Sꝫ sup vacuitatē dormire ē malū vtutē

deficiēs: vt ait princeps pmi tertia doc.2.ca.9. Scda regula est. balneuʒ calidū siue siccū fuerit quod stupha dr siue humidū quod dicitur tina ante phlebotomiā ministratū aggrauat fm plurimū ꝛ nocet i ea. Qr vel balneū est fortis caliditatꝫ: aut diu statur in eo: ꝛ sic inspissat ꝛ corru gat cutē: quare phlebotomus vix in eā penetrat et cū dolore; vel est tē perate caliditatꝫ aut pauca in eo ꝯtrahit mora: ꝛ sic reddit cu tem leuē et lubricaʒ: quare phlebotom9 vix sup venā stabitur figit donec scissa fue rit: ꝛ de leui labitur ad latera vene tan gens arteriā neruuʒ vel chordaʒ. Ab hac autem regula ve nit excipiēdus is q̃ habet sanguinē ve hemēter grossuʒ vix educibilē p phlebo tomiā: cui9 sanguis balneo subtiliādus est ꝛ liq̄faciēdus añ phlebotomiā vt li bere p eaʒ effluē pos sit. Inter balneū tñ et phlebotomiā interueniat tps quo motus hūoꝝ a balneo induct9 ꝛ spūs cesset ꝛ cutis redeat ad mediocritatē sue spissi tudinis ꝛ lenitatis ꝛ lubricitatē que a balneo est illata pdat ꝛ sic phle botomiā nō aggrauabit. Fiat ergo balneū vel p vnū diē vel p plures horas ātc phlebotomiā. Tertia regula est. phlebotomatus nō se teme re ꝛ auide post phlebotomiā repleat: sed ḡdatim reficiatꝫ. primo sbtilio rib9 ꝛ minoribus cibis: deinde grossioribus et maioribus escis. Quia innatus calor et vis digestiua p phlebotomiā sunt debilitati: q̄re stati nequeūt grossuʒ et magnū digerere nutriēs: donec pulatiue sanguinē et spūs a cibis subtilibꝫ recupauerint. Idem inuit rasis.7.almanso ris ca. de phlebotomia dicēs. Minutus pterea in die minutiōis nec i scdo repleatꝫ cibo: imo se moderās leui cibo cholerā rubeā reprimēte et extinguēte nutriatꝫ sicut est zirabes fortis acetositatis si nō in pectore habuerit aspitatē que hoc phibeat: quā si patiatꝫ zirabes ex carne agni na factū comedat ꝛ oua mollia. Et est zirabes cibariuʒ quod ex carne cocta ꝛ ouis simul in frictis cōficitꝫ. Et galli vulgariter hoc cibariuʒ car piam appellāt. ¶ Attende q̄ quidaʒ sanguine recesso post phleboto miā p° dare iubēt torrefactū panē infusuʒ in vino subrubeo claro: alij duo oua recētia mollia: alij aquā carnis vt aquā caponis vel vituli vel bouis: alij in calidis sucuʒ granatorū vel q̄nqꝫ folia herbe acetose. In frigidis v° quattuor vꝫ q̄nqꝫ folia saluie. Et nil puto melius q̄ primo offerre carnes electas subtilis substātie digeri faciles: vt carnes pdicū pullorum caponū aut fascanoꝝ nō reclusoꝝ sed liberi pastus cū pane electo ꝛ vino vinoso sbrubeo claro bñ liphato lipha mūdissima: qꝛ hoc edulio vt9 ꝯfortatꝫ bon9 sanguis nascitꝫ ꝛ optime nutritꝫ vniuersuʒ corp9 sic solitū refici. Quarta regula est bimēbris. Primū eius mēbrū est. post phlebotomiā nō cōuenit exercitiū neqꝫ venatiōis neqꝫ lucte neqꝫ hastiludij neqꝫ equitationis neqꝫ cursus neqꝫ gressus fortis neqꝫ vexa tiui negocij vel mecanici opis: sed ad hoc declinet phlebotomatus vt supinus iaceat. Talis nāqꝫ situs est idoneus debili virtuti facillimus membris aptissimus sedare turbationes et agitationes sanguinis et spūs ex phlebotomia. Cuius ratio est quia phlebotomia totū corpus commouet ꝛ omnia que in eo sunt disponēs humores ad inflammatio nē et corpus ad febrē si pseueraret agitatio sua: quare nō conuenit ex ercitij motus qui commotōnē ꝛ inflammationē adaugeat: sed potius quies que ipas pacificet. Scdm membrū est. balneuʒ resolutiuū post phlebotomiā non cōuenit: quia vtutem iam ex phlebotomia debilita tam sua resolutione deijceret ꝛ suo calore commotionē ꝛ inflammatio nem adaugeret corporis sanguinis et spirituū. Siguāter dicit resolu tionem faciēte: quia balneare manus et faciem in aqua rosata medio cris frigiditatis vtutem viuificat. Quinta regula est trimēbris dās tria remedia cōtra apostema quod ex phlebotomia accidit. Primū est si brachium in quo phlebotomia facta ē apostemetꝫ fiat phlebotomia de cōtrario brachio in simili vena talis et tanta qualem et q̄taʒ vtus illius qui phlebotomatꝫ sustinere poterit: vt humoꝝ accursus ad locuʒ apostematis in cōtrarium diriuetꝫ et pars humorū iam ibidem deflu xorum inde retrahatꝫ. Sed si pes phlebotomatus apostemetur tuti9

Balneum quoqꝫ anteq̄ minutio fi at plerūqꝫ aggrauat minutionē pro pterea q̄ cutē ingrossat ꝛ eam lenifi cat et ad labendum aptaʒ efficit cu tem nisi phlebotomandus multam sanguinis grossitiē habuerit. Et opꝫ ne phlebotomatus in se replēdo sit audax: sed fm ordinē nutriatur et ci bū primitus subtiliet. Et similiter o portet ne post ipsam exercitetur sed declinet ad hoc vt supinus iaceat: ne qꝫ post eā balneo vtatur resolutionē faciente. Cum aūt aliquis phlebo to matur ꝛ postea eius brachiū aposte matur ex altero brachio minuatꝫ fm

est phlebotomiā in brachio lateris eiusdem de vena epatis fieri q̄ de simili vena in pede cōtrario: quia directius et tutius diuer tit. Secundū est q̄ emplastrū factum de cerusa superponatꝫ apo stemati quod ex phlebotomia nascitꝫ vel vnguentum ipsius. Cu ius descriptio hec a mesue datur vndecima distīctōe antidotarij eius. R. cerusse merdasengi id est litargi ri añ.3. sex plū bi vsti scorie ar genti añ.3. q̄t tuor masticis olibani añ.3. duas et. ß. olei rosarū et aceti albi q̄tuʒ suf ficit. fiat vn guentum aut emplastrū qd est refrigerati uum repercus siuuʒ fluentiū humorū et de siccatiuū hoꝝ qui fluxerūt ꝛ confortatiuuʒ partis patientis. Tertiū est administrare cataplasmata fortiter infrigidātia in circuitu apostematis ex semperuiua: aut solatro aut lactuca: aut portulaca ad tollendum inflammationē ꝛ dolo rem circa locū apostematis et phibendū accursum humoruʒ ad eum. ¶ Attende q̄ ex phlebotomia nascitꝫ apostema: vel pptr do lorem ex plaga vel ex nimis forti ligatura vene: vel pptr fractu ram cuspidis phlebotomi in vena plagata: vel quia pcutitꝫ pter intentum neruus aut chorda vel arteria aliqua: vel propter ac cursum et impetuosum plurimi sanguis: aut nimium grossi ad locum vulneris vnde exire nequit. Et vndecunqꝫ fit presumitur apostema hoc de sanguine esse et de genere phlegmonis. Cuius dissolutio potius q̄renda est cum diuersione et repercussione ac refrigeratione a principio et resolutione postea cuꝫ anodinis hu ius quod manserit q̄ cum suppuratione ex maturatiuis ꝛ aper tione artificiali propter venas ꝛ arterias neruos chordas ꝛ pā niculos que ibidem sunt. Sexta regula est bimēbris. Primum eius membrū est. Cum phlebotomatꝫ aliquis superabūdans in humoribus phlebotomia facit ebullire humores et eos currere de parte in partem ꝛ pmiscet eos scilicet vtiles cū inutilib9 et bo nos cum malis ebullire facit: quia eos commouet et ipsos natu ra regere non sufficit pre multitudine. Et currere cogit de parte in partem: quia motu et ebullitione dilatantꝫ et maiorem locum occupant. Et permiscet eos: quia hos exagitat qui ante quiesce bant et hos per ebullitionem eleuat qui ante residebant. Scdʒ est q̄ in tali homine phlebotomia frequēs est necessaria vꝫ mul tiplicatione secūdationum vel multiplicatione phlebotomiarū principaliū. Quia vtus mole humoꝝ precoppressa ac debilitata facilius tolerat plures paruas phlebotomias vel secūdationes vna magna. Et minor fit ebullitio et transcursus humorum de parte in partem et permixtio hoꝝ dedecēs inuicem. Septima regula est bimembris. Primū eius membrū est. sanguis melan cholicus in corpore abūdans facit indigere frequēti phleboto mia. Iuxta illud ga. libro de phlebotomia ca. decimo. Sed i me lancholica quidē copia phlebotomare meli9 est. Et iterū ibi cap. decimoq̄nto ait. Iuuat sufficiēter splenē malignatū euacuatio sanguinis ex sinistra manu. meli9 aūt ē nō semel euacuare qd cō mensuratū: sed in duos ptiēdū dies. Non tñ sciui ppꝫ quid me dicis neglectuʒ est phlebotomare spleneticos. Ego eñ semp ma gnū iuuamē noui fiens si et librā quis euacuauerit vnā: hec ille. Causa vero huius est: qꝛ sanguis talis est grossus oppilatiu9 vix resolubilis tristificans animā. disponēs ad splenis inflationem quartanā sclirosim et melancholiā qui nullo alio purgandi mo do aptius educitꝫ aut facilius q̄ phlebotomia lati foraminis: qꝛ nec adheret parietibus venarū: vt sanguis viscosus grossus phle gmaticus: nec furit hincinde sicut cholerecus: ꝛ p eius eductionē cū phlebotomia phlebotomatus nō pducitꝫ ad hūoꝝ cruditates vel ebullitionē. Secūdū est q̄ frequētes phlebotomie tpe q̄ fiūt

minimū digitum et sibi proximū. Juxta illud rasis septio almāsoris ca°. de phlebotomia. Si autē nec apparuerit sic locus ei’ scʒ post balneū ⁊ ligaturā aliquē ex ramis q̄ per pedū cratē id est pectinē ꝓtenduntur in pte siluestri minue: ille tū melior q̄ est inter mimū ⁊ scđm ab eo repitur Sexta est. phlebotomia sciatice specialr ⁊ magnifice iuuat in q̄ttuor casib’. Prīo q̄dē i sciatica passione: vnde trahit nomē. q: sanat cā. Verū i gutta anche dicta sciatica phlebotomia brachij ex basilica ꝑcedere dʒ phlebotomiaʒ vene sciatice gratia diuersiōis hūoꝝ a loco doloris maxīe in ꝑncipio. Aliter phlebotōia sciatice aggrauaret dolorē attrahēdo hūores ꝟsus locū ei’. Juxta illud ꝑn. tertij. 22ª. trac. scđo caplo de cura sciatice. In illis vero q̄ de eis sunt sanguinee de reb’ magis ꝯferētib’ eis est phlebotomia: ⁊ iuuanť in dispōne id ē statim per phlebotomiā in ꝑmis ex manu deinde ex pede: ⁊ nō fiat phlebotomia ex pede nisi post phlebotomiā ex manu. Scđo in podagra maxīe sanguinea pōst phlebotomiā basilice. q̄a tollit plurimū de cā an̄cedēte ⁊ ꝯiūcta podagre. ¶ Attēde p° ꝙ lʒ ꝑn. in sanguinea podagra cōcedat phlebotomiā de opposita pte: hēt tū hanc suspectā i ꝑncipio egritudinis. Ait em̄ tertij. 22ª. trac. scđo caplo de cura ei’. Et si fuerit sanguinea aut cū dn̄io sanguis oportebit vt administres phlebotomiā ex pte ꝯ̄ria. Et paulo post subdit. Licet tū meli’ sit vt blande tracteť in ꝑncipio ꝙ nō fiat phlebotomia. Phlebotomia em̄ accrescere facit humores ⁊ facit eos currere in corp’ ⁊ nō extrahit illđ qđ necesse ē vt extrahať. ¶ Attēde scđo ꝙ si in sanguinea podagra fiat phlebotomia ō sciatica lateris eiusdē tūc maxīe cōuenit cū tota materia est fluxa ⁊ residuū corpis tā a plectoria ꝙ̄ a cacochimia mūdū. Nā tūc eradicat ⁊ extrahit sanguinē q̄ conculcat’ in venulis pedū morbū manutenet ⁊ fouet dolorē. Tertio in varice. q̄ est dilatatio venaꝝ in crure ⁊ pede ꝓpter multitudinē ei’ qđ descēdit ad eas ex sanguīe ⁊ plurimū sanguinis ē melancholicū ⁊ plurimū accidit cursorib’ ⁊ viatoribus ⁊ portatoribus onerum. ¶ Attende ꝙ in varicibus phlebotomia de basilica ⁊ purgatio melācholie ⁊ debitū regimē ꝑcedere debēt phlebotomiaʒ sciatice vel sophene. Juxta illđ ꝑn. tertij. 22ª. trac. prīo caplo de cura varicū. Regimen ꝟo varicū est q: oʒ vt euacueť corpus ex venis manus et euacuenť melācholia ⁊ hūores grossi ⁊ rectificeť regimē ⁊ deuitet om̄e ingrossatiuū ⁊ motus laboriosos ⁊ statiōeʒ lōgā: deinde ꝑueni ad istas venas: q̄re phlebotoma eas ⁊ extrahe totū qđ in eis ē de sanguine melācholico ⁊ fac phlebotomiā in fine sophene. Quarto in elephātia q̄ ē additio in pedib’ ſm modū q̄ accidit in venis varicū. Et phlebotomiā sciatice in hac passione ꝑcedere debēt illa q̄ dicta sunt debere precedere (phlebotomiā sciatice in varicib’.

In scđa dat q̄ttuor regulas sup phlebotomia sophene. Prīa est. sophena ē illa ex venis pedis que ē sup partē domesticā alchahabi. i. sup partē interioreʒ calcanei vel nauicule ei’ vel cauille īterioris: ⁊ est manifestior sciatica seu grossior ⁊ magis apparens ex ꝓuidētia nature collocanť grossiores venas in tutioribus locis ⁊ min’ expositis ꝑiculis q̄lis ē pars interior pedis in cōparatōne ad exteriorē. Rasis ꝟo septio almāsoris sic designat loca sophene ⁊ sciatice. Sophene aūt locus est iuxta cauillā in parte domestica sicut sciatice loc’ ē sub cauilla in parte siluestri. Scđa est. due sūt vtilitates phlebotomie sophene. Prima ē euacuare sanguinē ex mēbris q̄ sub epate sunt sicut ex renib’ matrice ⁊ vesica virga ano ⁊ inguinib’. Hui’ phlebotōia cōmendať in dissuria amphoꝝ sexta canone illo. Dissuriaʒ phlebotōia soluit incisa ꝟo vena interi’ q̄ in talo. Et iterū amphoꝝ septīa canone illo. Stranguriā ⁊ dissuriā repletio vini ⁊ phlebotōia soluit. Incidere vero venam q̄ intus in talo est bonum. Et hi canones ꝟificantur in dissuria ⁊ stranguria ex repletione sanguinis vel ex apostemate in vesica aut prope eam. Sed si a lapide vel vlceribus antiquis vesice prouenerit nō conuenit phlebotomia sophene. Secūda est in trahēdo sanguinem a superioribus ad inferiora hac de cā menstrua vehementer prouocat et aperit orificia venarum ani quas emorroidas vocam’. In retentione ergo menstruoꝝ preter naturā aut emorroidarum solitarū fluere ex qua timenť accidentia mala remediū ē phlebotomia sophene. Tertia est bimēbris. Cuius primū mēbruʒ ē. ratio facit oportere id est q̄si cogit ⁊ cōpellit credere vt phlebotomia sciatice et phlebotōia sophene sint equalis iuuamenti cōpetētes in eisdē casibus. q: ex ꝓximo ꝓdeunt ab eodē trūco. Juxta illđ ga. amphoꝝ sexta cōmēto illi’ canonis. Dissuriaʒ phlebotomia soluit. parua ē differētia inter interiores ⁊ exteriores pedū venas cuʒ de vna eadē exeant. Ambe em̄ exeūt a vena grossa q̄ ad genu ꝑuenit. Et illud ras. primo almāsoris caplo de venis. Que iteꝝ cū ad genu ꝑuenit i tres diuidiť partes. Quarū vna ꝑ mediū transit cui’ rami oēs cruris nutriūt musculos q̄ interi’ ⁊ exteri’ reperiūtur. Alia ꝟo ad partē cruris domesticā trāsit q̄ vsq̄ adeo taliter incedit donec sup cauillā interiorē appere incipiat ⁊ tunc ex ea fit vena q̄ sophena vocať. Pars ꝟo tertia ad partē cruris siluestrē tēdit quousq̄ ad cauillā ꝑueniat exteriorē q̄ ēt vena dr̄ sciatica. Scđm mēbꝝ ē. experimentū facit id ē credere cogit q: ope mōstrat ꝙ opatio sciatice scʒ phlebotomia ei’ plurimū cōuenit dolori scie: ita ꝙ plus ꝓdest in pacificatione doloris isti’ ꝙ̄ phlebotomia sophene q̄si hoc sit debitū vel iure nature vel diuina ꝓuidētia. Id premmemorauit rasis i toto cōtinente caplo de podagra ⁊ sciatica dicēs. Laborās sciatica gaudet minutione vene sciatice vehemēter: ʒ minutōne vene sophene parū. Et paulo post dicit. Cōditio vene sciatice penes venam q̄ est in plica genu est sicut conditio vene saluatelle ad basilicam. vnde sicut per minutōnem saluatelle manifestatur supflua vtilitas super minutiōeʒ factam de basilica: licʒ ramificetur ex ea quod est forte ꝓpter longitudinē attractōis: sic ex parte vene sciatice respectu vene q̄ est in plica genu. Vn̄ in hoc hʒ prerogatiuam sup illaʒ ex illa attractione longa: ⁊ quia exterior est ⁊ attrahit de ancha: hec rasis ibi. Et iterū libro experimentoꝝ suorum vocans sciaticam venā anche ait. Et cura isti’ passionis scʒ sciatice est minuere sanguinē ex vena anche vbicūq̄ apparuerit ex pte siluestri si aūt non appuerit minue aliquē de ramis q̄ sunt sup dorsum pedis in medietate extrinseca scʒ in parte auricularis: ⁊ medici digitorum pedis. quoniam rami qui sunt in ista parte ramificantur ex ista vena. Illi aūt q̄ sunt in pte intrinseca ramificantur ex vena que dicitur sophena. Et iste due vene scʒ sophena ⁊ anche vena ꝙ̄uis deriuentur ex eadeʒ vena apud genu: tamen melius ē minuere ex anche vena aut ex ramis eius ꝙ̄ ex sophena: imo melius etiam ꝙ̄ ex vena que est in genu ex qua ista vena ⁊ sophena diuidūtur. ⁊ propter hoc medici vtuntur minutione istius per experientiam. Nos autem iam considerauimus ⁊ experti sumus multotiens ⁊ inuenimus eam esse sicut diximus superius. Et laborauimus multum in inueniendo rationem ⁊ credimus ꝙ iā inuenta est: sed non est locus dicendi eam. Et debemus minuere ex ista vena post minutionem ex basilica ex manu opposita pedi ⁊ maxime quando corpus fuerit plenum: hec rasis. Princeps vero tertij vigesima secūda tractatu secūdo capitulo de cura sciatice rasim imitās ait. Et scias ꝙ phlebotomia sciatice vene magis ē iuuatiua in sciatica ꝙ̄ sophene: ⁊ vene curuature poplitis magis iuuatiua est in sciatica ꝙ̄ sophene plurimum: nisi sit dolor leuior non extensus in siluestri: immo sit purus rubeus: cuius extensio est ex domestico: quare erit sophena magis conferens ei ꝙ̄ vena sciatica: ꝙ̄uis ipse ambe sint duo rami vene vnius sicut cephalica et basilica in manibus. Verum Galienus rememoratur sophene et vene curuature poplitis tantum. Et phlebotomia vene curuature poplitis magis iuuatiua est ꝙ̄ vene sciatice et sophene simul.

phlebotomať propterea vt euacueť sanguis ex mēbris que sunt sub epate: ⁊ vt sanguis a partib’ superiorib’ ad inferiores declinetur: quare menstrua vehementer ꝓuocat: ⁊ emorroidarū orificia aperit. Et rō q̄deʒ facit oportere vt sciatica et sophena siīs existāt iuuamēti: ʒ experimētū facit vt opatio sciatice plurimū cōueniat dolori scie sicut si hoc esset debitum.

Et ex eis que phlebotomantur est vena que est inter minimum et secundum pedis. Et phlebotometur post ipsam vena sciatica. Et dicitur ꝙ hec vena magis iuuatiua

Et sophene quidez phlebotomia melior est que fit trãsuerse latitudini attinens. Et ex eis est vena curuature poplitis. que tantũ efficit ꝙtum ⁊ sophena: sed est fortior sophena in prouocatione menstruorum ⁊ in doloribus ani et in emorroidis. Et ex eis est vena que est post alaurchob: que est quasi ramus sophene: et operatur quãtum ipsa. Ad summum quidem venarum pedis phlebotomia confert egritudinibus que fiunt ex materijs ad caput declinantibus: et egritudinibus melancholie. Et ipsa quidem magis debilitat virtutem ꝙ phlebotomia venarum manus.

est ꝙ vena sciatica: sicut saluatella magis iuuatiua ē ꝙ basilica in egritudinib' epatis ⁊ splenis: hec ꝑn. ibi. Ex p̄dictis a rasi ⁊ ꝑn. elicere potes q̄nq3 ꝓpositiões. Pria est. in sciatica passione cui' materia ⁊ dolor declinãtiores sunt ad siluestrē seu exteriorē ptez anche sicut cõiter ⁊ vt plurimũ euenit phlebotomia sciatice cõuenietior ē ꝙ sophene: lic3 ãbe exeant a vena poplitis velut a trũco. Cuius rõ ē q2 sciatica p phlebotõia3 inanita magis trahit sanguinē a siluestri' latere vene descēdētis p coxam ad genu ꝙ a domestico ꝓpter cõicationē maiorē ⁊ colligantiã directiorez sciatice vene site exteri' cũ siluestri latere qd ibibit sciam supfluo sanguine causante sciaticã: sicut si in canna erecta suauiter funderes aquã a dextris ⁊ a sinistris: ⁊ inferi' haberet vnã cãnulã dextram aliã sinistrã aq̄ fusa a dextris abundãti' flueret ad cãnã dextrã et ecõuerso. Scda ē. i. sciatica passiõe cui' materia ⁊ dolor sunt declinãtiores ad domesticã seu interiorē partez iũcture anche phlebotomia sophene pl' conuenit ꝙ sciatice. Jd voluit ꝑn. in v̄bis illis pri' allegat. Nisi sit dolor leuior nõ extēsus in siluestri: imo sit purus rube' id est ex sanguie puro rubeo cui' extēsio ē ex domestico. Cuius rõ est q2 sophena p phlebotomiã ĩanita magis trahit sanguinē a domestico seu interiori latere vene descēdētis: qd ab' itra imbibit iũcturã scie superfluo sanguie ꝓpter rectitudinē sit' ⁊ colligãtie sophene cũ latere illo. Adde ꝙ rami siluestres vene descendētis ꝓtēsi ad siluestre anche ꝓ sui nutritiõe refundũt plenius ⁊ abũdanti' superfluũ sanguinē vene descendēti aperta sciatica ꝙ aperta sophena dum dolor magis ē in siluestri anche: ⁊ ecõtrario dũ dolor magis ē in domestico ei' rami domestici refundũt ãpli' apta sophena ꝓpter affinitatē siluestris anche cũ siluestri pedis ⁊ domestici anche cũ domestico pedis. Sz arguet aliq̄s ꝙ ꝑn. facit' iniuriam dũ conamur reddere rationē de ꝓpositõib' p̄dictis cũ ipe asserat ꝙ ratio facit oportere vt sciatica ⁊ sophena silis existãt iuuamenti. Dic ꝙ loquit de rõne apparēti q̄ prima facie occurrit. non de rõne veritat exq̄site. talis em̃ nunꝙ repugnat experimēto: imo omne vez oĩ vero ꝯsonat. Tertia ē. in sciatica passione plus cõuenit phlebotomia sciatice ꝙ vene poplitis. Jn hoc cõueniũt rasis ⁊ ꝑn. q2 lz vena poplitis ex ꝓpinquiori educat supfluũ scie sanguinē: sophena tñ ad longi' diuertit ⁊ directi' ac magis a siluestri latere trahit. Quarta ē. in sciatica passione phlebotomia vene curuature poplitis magis iuuatiua ē ꝙ phlebotõia sciatice ⁊ sophene simul. Quia in phlebotomia sciatice ⁊ sophene simul maior est turbatio ꝓpter cursum sanguis ad contrarias ptes: ⁊ q2 sophena maior ē sciatica ⁊ directi' supposita pti iteriori vene poplit plus sanguis educit ex interiori pte vene poplit. Vnde min' educendũ ē in passione sciatica cui' mã ⁊ dolor a siluestre tendũt qd sepi' euenit. Sz ex phlebotomia vene poplit nõ plus educit ex interiori: sz vel eque vel plus ex exteriori ꝓpter supabundantiã sanguis in siluestri pte vene descēdētis vñ ꝓcedit sciatica passio. Quinta ē. phlebotomia vene pedis inter minimũ digitũ ⁊ sibi ꝓximũ site iuuantior est in sciatica ꝙ phlebotomia sciatice sicut phlebotomia saluatelle dextre in passionib' epat: ⁊ phlebotomia sinistre in passionib' splenis. q2 pl' diuertit a loco doloris ⁊ ad longi' trahit mãz peccantē: nisi dicta vena sit adeo gracil vt ē in quibusdã ꝙ ab ea sanguis grossus aut viscosus exire nõ possit q̄lis est ille q̄ varices generat ⁊ elephantiã. Quarta rl'a est. phlebotomia sophene melior ē que ex trãsuerso fit ⁊ attiet latitudini seu declinat ad eã. Hui' rõ est duplex. Prima ē. q2 ex plaga transuersa ad latitudinē declinante liberi' exit sanguis grossus mal': cuius vt in plurib' eductio q̄ritur vel diuersio p istius vene phlebotomiã. Nã talis vt plurimũ abundare solet in matrice ⁊ pudibundis vnde ipa euacuat. Secũda est. q2 hec vena frequent phlebotomatur gratia diuersionis malorũ humorũ a superioribus ad iferiora vt ad matricē vl' anũ ꝓ reuocatõe mēstruoz vl' emorroidarũ retētaz. Et ĩ tali diuersiõe secũdatões sũt plurimũ vtiles ad q̄s aptior ē plaga trãsuersal' latitudini attinēs velut aptior ad exitũ grossi sanguis: ⁊ ad cõsolidatõem tardior ꝓpter elongationem suoz labiorũ. vno se trahente sursum versus suũ ortũ: alio decidente inferi'.

Jn tertia dicit ꝙ vena grossa curuature poplitis est ex venis pedis q̄ phlebotomata tñ operatur ꝙtũ sophena: sz est ea fortior in ꝓuocatiõe menstruoz ⁊ in sedatiõe doloris ani sanguine oppressi ⁊ emorroidis vl' prouocãdis dũ retēte fuerint ꝯtra solitũ vel de inflandis dũ tumide fuerit ⁊ cece grosso replete sãguine. q2 vena poplit est sophena grossior et magis propinqua superioribus vñ abundanti' dum phlebotomat accurrere facit sanguinē inferi' ⁊ grossum ex eo foras educit. Modũ v̄o phlebotomãdi istas duas venas sic memorat rasis septio almãsoris caplo de phlebotomia. Cũ aũt de vena sophena ⁊ ea q̄ in ãteriori poplit curuatura existit minuendũ erit ligatura cũ chorda ĩ inferiori loco vt in brachio facienda ē: deinde pes sup frustulũ laterculi aut sup mortarij manicã est ponēdus ⁊ stringēdus ⁊ sic minutio facienda. Sed phlebotomatores istis tēporib' ĩ phlebotomia dictarũ venaz tibiã ĩponunt aque calide: q̄tinus inflent ⁊ plus apparcãt: deinde sup ligãt palme vnius spacio cũ binda stricta ptem suppositã vene minuende: ⁊ stabiliũt pedē super truncũ ligni vl' paruulã cathedrã ⁊ sic phlebotomant.

Jn quarta dicit ꝙ ex venis pedis q̄ phlebotomant ē etiã vena q̄ est post alaurchob. Et ē alaurchob loc' sup calcaneũ retro sicut exponũt glosa marginalis ⁊ synonyma auicēne. Et ista vena est vt ram' sophene cui' minutio eadē opatur sicut sophene. Hanc dieb' meis non vidi phlebotomari: sz vidi frequēter ĩ iteriori pte pedis in directo magni digiti et sui vicini quãdã venã phlebotomari ꝓ ramo sophene in ꝓuocatõib' mēstruoz ⁊ ĩ bochijs epidimialib' ĩguinalib': nec aliquã aliã pedis venã tã freq̄nt vidi phlebotõari.

Jn quĩta dicit p2io ꝙ sumarie loquēdo phlebotomia facta de venis pedis ꝯfert morbis accidētib' ex materijs hũoralib' declinãtib' ad capit: ⁊ morbis melancholic q̄ est mutatio estimatõnis ⁊ cogitationũ a cursu naturali ad corruptõez ⁊ ad timorē ⁊ ad maliciã ꝓpter cõplexionē melãcholicã faciētē siluestrē spm̃ cerebri interi' ⁊ facientē timidũ ꝓpt tenebras ipsi' sicut tenebre extrinsece sollicitãt ⁊ timere faciũt vt ait ꝑn. tertij pria trac. q̄rto caplo de melancholia. ❡ Cõtra cephalice ꝯuenit educere hũores a capite ⁊ collo vnde cephalica dicta est: ⁊ parũ basilica in hoc ꝯpat: q̄ tñ capiti ꝓximior multo est ꝙ vene pedũ. Jtē dicit ꝑn. tertij prima tractatu q̄rto caplo de cura melãcholie. Et considera quod duorum laterũ capitis sit grauius ⁊ phlebotoma cephalicã que sequitur ipsum. Jtez sanguis est vt frenũ melancholici humoris ergo nõ est educendus in melancholica passiõe. ❡ Attēde ꝙ melancholica passio q̄nq3 ex humore melancholico generatur per viam ꝯgestiõis: ⁊ tũc phlebotomãda ē cephalica si phlebotomia cõpetat puta si melãcholia est sanguinea: vel sanguini vehementer ĩmixta. Et q̄nq3 per viã deriuationis. ⁊ hoc dupliciter. quia vel iam deriuata ē ⁊ cerebro inclusa ⁊ tunc iterũ cõpetit phlebotomia de cephalica: vel in deriuari est aut in dispositiõe proxima vt deriuetur a partib' inferioribus ad superiores. ⁊ tũc phlebotomanda ē mediana vel basilica vel aliqua ex venis pedum amplo foramĩe: quatin' exeat grossus sanguis melãcholic' aptus descēsui sua grauedine maxĩe si melãcholia prouenia ex retētiõe menstruoz aut emorroidaz q̄ tali phlebotomia reuocantur. Juxta illud ꝑn. tertij prima tractatu primo caplo vltimo. Si sanguis quidem in toto est corpore ⁊ in capite materia exuberans cõtinetur phlebotometur cephalica. Sed si nõ dũ cõtinetur sed in hoc ē vt cõtineatur minuatur nigra. Et si timeatur cõprehēsio anteꝙ incipiat peruenire ad hoc vt cõtineatur phlebotometur basilica. Et si vis vt extrahas plus illo phlebotoma sophenam ⁊ cruribus ventosas appone supra calcaneum parum ⁊ phlebotoma venã pedis: hec ꝑn. Et per hec soluuntur duo prima obiecta. Ad tertiũ dic ꝙ si melancholia sit melãcholica cuz penuria sanguinis nõ cõpetit phlebotomia: sed si melãcholia sanguinea fuerit scilicet ex sanguine grosso nigro turbido tũc phlebotomia conuenit. Secundo dicit ꝙ phlebotomia venarum pedis plus debilitat virtutem siue vitalem siue regitiuam totius corporis ꝙ venarum manus. Et hac de causa dixerunt quidam ꝙ vene pedis debent post prandium phlebotomari dum scilicet virtus cibo confortata est. Sed credo potius ꝙ ipse post prandium phlebotomantur, quia tunc temporis sunt grossiores et magis apparent. Tũ quia

post cibū sanguis abūdanti’ venis distribuit. Tū q̄ per motū pedum progressiuū ⁊ stationes erecto corꝑe plus sanguis defluit ad inferiora ⁊ vene in eis motu calefacte tumēt seu turgescūt ⁊ magis apparēt. Nec ꝙ sole vene pedū post prandiū phlebotomant̄ ſ etiā vene dorsi ꝑue manus. ¶ Sꝫ arguet aliq̄s ꝙ phlebotomia venarū pedū mime debilitat ꝑmo q̄ valde distat a corde. Scđo quia sanguīeꝫ educit grossuꝫ terrestrē nō spirituosuꝫ. Tertio q̄ circa os stomachi non ꝯmouet humores q̄ cor debilitēt: imo ab eo sepi’ diuertit ꝑpos Dic ꝙ totū corp’ pl’ cōturbat̄ in phlebotomia venaꝝ peduꝫ q̄ venaruꝫ man’. q̄a apta vena ī imo corporis sanguis de se grauis tot’ ꝑceps irruit ex oī parte vsus īferiora cooperātib’ ad id balneo aq̄ calide fricatione forti ⁊ stricta ligatura. Adde ꝙ oꝫ ampliare vuln’ ī venis pedis ad eductionem grossioris sanguis vnde resolutio spirituū crescit ⁊ virtus deijcit̄. Ad obiecta dic ꝙ licꝫ phlebotomia venaꝝ pedis sit ꝓcul a corde: plus tñ cōmouet hūores cordis stōachi ⁊ cerebri q̄ phlebotomia venaꝝ man’. Et lꝫ educat prīo grossum sanguinē: omnē tñ cōmouet ⁊ repēte turbat.

¶ Invenis aūt que phlebotomātur ⁊ sunt ī parte capitis excepta guideꝫ melius est vt trāsuerse phlebotomētur. Et earū quidē q̄dā sunt que sunt vene: ⁊ quedā que sunt arterie. Vene ergo tantū sunt sicut vena frōtis que inter duo existit supcilia. Et ipsi’ quidē phlebotomia cōfert grauitati capitis ⁊ ꝓprie illi que ē in posteriore parte capitis: ⁊ grauitati oculorū ⁊ dolori: ⁊ stupori capitis ꝑseuerāti et antiquo. Et vena q̄ est sup caput phlebotomat̄ ꝓpter emigraneā ⁊ vlcera capitis. Et dūe vene timporuꝫ que flexuose incedūt: ⁊ due vene que sunt in angulis oculorū lachrymalibus. ⁊ fm plurimū nō apparent nisi propter cōstrictionem suffocantem. Et in ipsis quidē phlebotom’ nō est profundādus nobis. q̄ fortasse fiūt fistule: ⁊ ex eis nō egreditur sanguis nisi paucus. Juuamētuꝫ vo phlebotōie iꝑarū existit ī dolore capitis ⁊ ī dolore emigraneo ⁊ ophthalmia antiq̄: ⁊ lachrymis: ⁊ pāno: ⁊ scabie palpebraꝝ: ⁊ eaꝝ bothor: et noctilopis.

¶ In venis aūt ⁊c̄. In hac particula q̄rta q̄nte ꝑtis ꝑncipal̄ isti’ capl̄i prīo agit de mō phlebotomādi venas capit̄ ⁊ diuisione earū in venas ⁊ arterias. Scđo exequit̄ de venis tm̄ ibi [Vene ergo tm̄] Tertio de arterijs capitis ibi [Ex arterijs vo] Quarto de phlebotomia duarū venarum super ventrem existētiū ibi [Et ex venis]

In prīa ꝑte dicit ꝑmo ꝙ meli’ ē venas capitis oīs q̄ phlebotomari solēt except̄ guideꝫ trāsuerse phlebotomari. q̄ graciles sūt ⁊ mltū ꝑue ita vt vix ex eis sanguis sufficiēs extrahi possit ⁊ apta vena fm transuersum fit plaga aptior ⁊ difficilior seu tardātior ad ꝯsolidandū q̄ fm longū. ⁊ si aperiret̄ fm latuꝫ forte tota incideretur vel chorde aut nerui sibi ꝓximi inciderent̄. Ab his aūt venas guideꝫ excipit. q̄ sunt maiores bene sustinētes in latū aperiri. Scđo dicit ꝙ venarū capitis que phlebotomātur q̄dā sunt vene tm̄ scꝫ he q̄ non pulsant: alie sunt vene ⁊ arterie simul. Et pri’ exequit̄ de venis tm̄ q̄ frequētius ⁊ tuti’ phlebotomant̄.

Vene ergo ⁊c̄. In scđa ꝑte prīo agit de phlebotomia vene front̄ ⁊ vtilitatib’ ei’. Scđo vene q̄ est sup caput ibi [Et vene q̄ē] Tertio venarum timpoꝝ ⁊ āguloꝝ lachrymaliū oculoꝝ ibi [Et due vene timpoꝝ] Quarto triū venaꝝ loci illi’ quā auris extremitas tāgit dū ꝑuenit ad capillos ibi [Et tres vene] Quinto venarū q̄ sunt post aures ibi [Et gal̄. negat] Sexto vene q̄ est ī extremitate nasi ibi [Et ex eis ē vena] Septīo venarū q̄ sūt ī occipitio ibi [Et vene q̄ sunt sub a sese] Octauo venarū labioꝝ ibi [Ex eis sunt vene] Nono vene q̄ ē sup occultū mēti ibi [Et ex eis est] Decio venaꝝ sub ⁊ sup̄ liguā ibi [Et ex eis sūt vene q̄ sūt sub ligua] Undecimo vene q̄ est inter mentū ⁊ infer’ labiū ibi [Et ex eis ē vena] Duodecimo vene fureule ibi [Et ex eis ē vena fureule]

In prīa ꝑticl̄a dicit prīo ꝙ vena frōtis inter duo supcilia exñs est vna ex venis tm̄ q̄ ī capite phlebotomātur. De q̄ dicit rasis septīo almāsoris. Front̄ aūt vena est q̄ in medio frōtis existit. Scđo dicit ꝙ phlebotomia vene frōt̄ ꝯfert grauitati capitis ex repletione grossi sanguis. ⁊ grauitati oculoꝝ ex cadē cā’ ⁊ dolori amboꝝ ⁊ stupori capitis ꝑseuerāti ⁊ antiquo. i. ꝯgelatiōi ex grossis hūorib’ in occipitio cōtent̄. De phlebotomia huius vene ait hypo. amphoꝝ q̄nta. Posteriora capit̄ dolētia in frōte recta vena īcisa iuuat. Et gal̄. in cōmento ait. Nō solū intēdit hic purgatiōeꝫ de locis īfirmis: ſ materiā ꝑ opposita eis extrahere satagit. Et rasis septīo almāsoris capl̄o de phlebotomia ait. Vena q̄ front̄ minuēdo incidit̄ ꝓ īfirmitatib’ antiq̄s q̄ in facie vel in ocul̄ existūt: cephalica tñ pri’ minuta. Et hec vena in mult̄ satis apparet: quā si grossiorē efficere velis ⁊ pl’ apparentē circūstringe caput supra locū front̄ in initio capilloꝝ. ¶ Attēde ꝙ hec phlebotomia cōpetit nedū in antiquo: ſ etiā recēti dolore capitis in posteriori. Teste gal̄. libro de phlebotomia capl̄o. 18°. dicēte. Capitis grauedines ⁊ eos qui ꝓpter multitudinē dolores diuturnatos in eo alleuiare assueuit euidēter q̄ in frōte vena incisa. Scđm aūt eādeꝫ rationem posteriores capitis dolores incipiētes ⁊ iuuenescētes q̄ in fronte vena. iuuat diuisa. Nā antipases quidē id est diuersiones cū euacuatione fieri oportet magis incipiētibus reumatibus.

In scđa dicit ꝙ vena quedā sup caput existēs phlebotomat̄ cōtra emigraneā ⁊ vlcera capitis. Et est emigranea dolor et vna medietate capitis excitat’. Et gal̄. diffiniuit eā dicēs. ꝙ ipsa est ābulator medi’. Cui’ q̄dē cā q̄nq̄ ē intra crancū ⁊ q̄nq̄ ē in pāniculo crancū cooperiēte. Et plurimū q̄dē fit i lateris timpoꝝ vt ait ꝑn. tertij prīa trac. ꝑmo capitulo de ea. Phlebotomatur aūt hec vena cacuminis capitis ad eductionē mali sāguis vel ex paciēte particula vel ex loco sibi ꝓximo. Et iō phlebotomiaꝫ ei’ sicut ⁊ ceterarū venularū capitis āteceder oꝫ phlebotomia cephalice ne hec phlebotōia ꝑticularis abūdanti’ humores affluere faciat ad locū egritudinis. Et hec vena ē ram’ guideꝫ manifeste ascendētis q̄ sup crancū sparsus nutrit pericraneū seu panniculū ei’ exteriorē. Et raso capite quo magis appareat ⁊ circūstricto ꝑ modū capilli aperitur hec vena in medio capitis ꝓpe cōmissurā dictā sagittalē. De q̄ dicit rasis septīo almāsoris capl̄o de phlebotomia. Vene aūt q̄ sunt ī capite propter sahapha id est maculas rubeas cum pustulis ⁊ mas pustulas q̄ sunt in capite incidūtur.

In tertia dicit prīo ꝙ ē et ex venis capit̄ q̄ phlebotomant̄ ⁊ sunt tm̄ vene sunt due timpoꝝ vene nō recte incedētes ſ flexuose iuxta ossa paris in vtroq̄ timpore vna: ⁊ alie due in lachrymalib’ angulis oculoꝝ. Scđo dicit ꝙ he nō apparēt vt in plurib’ nisi ꝓpter ꝯstrictōem suffocāteꝫ id est nisi guttur ⁊ collū stringant̄ tāta violentia ꝙ his ī q̄b’ sunt pene suffocet̄. Qñ igit̄ debent phlebotomari vehemēti colli constrictiōe opus ē. Tertio dicit ꝙ si iste vene phlebotoment̄ nō ē ꝓfundādus ī his phlebotomus: ſ parua oꝫ eis inferri plaga q̄ velocissime ꝯsolidetur. Alioquin facile fistula fiet ꝓpter hūiditates q̄ frequēter ocul̄ a cerebro defluūt. Et q̄ vene anguloꝝ interiorū ꝓpe nasum facili’ infistulant̄ q̄ exterioꝝ ꝓpterea ꝙ anguli interiores pl’ abūdāt in lippis ⁊ lachrymis ⁊ alijs hūiditatib’ tuti’ ē phlebotomare venas anguloꝝ exteriorū ꝓpe genas q̄ interiorū. Teste rasi in toto cōtinēte capl̄o de phlebotomia dicēte. Et silr in apostemate calido oculi ad euacuādū ꝑtē remanētē fit iuuamentū ꝑ minutionē vtriusq̄ vene anguli exterioris oculoꝝ. Quarto cōmēdat phlebotomias haꝝ q̄ttuor venaꝝ ī septē casib’. Prīo quidem in dolore capitis sanguineo siue totum caput siue parteꝫ ei’ occupet eradicando inde materiam peccantē. Secundo in dolore emigraneo q̄ solum capitis medietatē opprimit. Tertio ī ophthalmia antiqua q̄ est apostema in cōiunctina oculi: in cui’ principio vel augmēto nō ꝯpetit phlebotomia ex nūc dict̄ venis. q̄ faceret sanguinē abūdanti’ fluere ad oculū lesuꝫ: ſ postq̄ matia iā tota fluxa est ⁊ passio inueterata. ideo dicit antiqua. Quarto ī lachrymis: ⁊ hec egritudo est vt sint oculi semꝑ humidi humiditate aquosa ⁊ q̄nq̄ currūt lachryme. Et lꝫ lachryme ꝑ phlebotomiam nō educant̄ per iꝑam q̄nq̄ sanguis educitur. vnde exprimuntur vt in sanguineis febribus lachryme multiplicātur quo ꝑ phlebotomiā educto vel cessant vel minuūtur. Et silr in dolore antiquo capitis ⁊ oculorum ex acuto sanguine cogente cerebrum seipsum constringere ⁊ excutere lachrymas vel sternutare. Quinto in pāno facici qui arabice dicit̄ calef: ⁊ fit ex humoribus acutis sanguini grosso immixtis suppositis cuti facici tingentib’ eā fedo rubore: quos in ꝑte extrahit phlebotomia ꝑdictarū venarū post phlebotomiam basilice. Sexto in scabie et bothor seu pustulis palpebrarum ex corrupto sanguine. Septimo in noctilopis: et est noctilopa passio oculi ex qua euanescit visus in nocte et videt de die et debilitatur in fine diei. Et causa eius est humores oculi: ⁊ grossicies eorum: et humiditas spiritus: et grossicies eius. Et si illic fuerit multitudo: phlebotoma cephalicam et angulos

lachrymales. Hec ṗn. tertij tertia trac. q̄nto capl'o de noctilopa.
In q̄rta dic̄ ṗº ꝙ tres etiā vene minute graciles retro aures site ī loco post illū vbi extremitas auris ꝑtingit q̄n ipa ꝑuenit vsq ad capillos sūt ex venis tm̄ q̄ ī capite solēt phlebotomari. Scd̄o dic̄ ꝙ vna har̄ triū ē manifestior: cui⁹ phlebotōia ṗº ꝯpetit ī ṗncipio aq̄ seu catara-cte: q̄ ē egritu do oppilatiua ⁊ est hūiditas extranea stās ī foramie vuee i ter hūorē albu gineū ⁊ siphac ⁊ cornea: q̄re ꝓ hibet penetra re formas ad visū. Et in ṗn cipio ipsi⁹ lau dat phl'omia nedū venar̄ q̄ sūt post aures sꝫ etiā arteria rū illic exn̄tiuꝫ vt humores di uertat fluētes ad oculos q̄ il lic ī grossati ca taractā ꝑariūt.

Et tres vene parue. quaruꝫ locus ē post illuꝫ vbi extremitas auris tāgit cū peruenit ad capillos. Et vna q̄deꝫ harum triuꝫ est magis manifesta: q̄ phebotomat̄ in ṗncipio aque: ⁊ cuꝫ caput stomachi recipit fumū. Et pro pter hoc cōferunt vlcerib⁹ aurium et colli ⁊ posteriorū capitis. Et galie nus negat qd̄ quidā dicunt scilicꝫ ꝙ due vene que sūt post aures phlebo tomātur vt qui filios gignunt ipsos nō gignant. Et ex venis istis sūt gui deꝫ que sunt due. Et minuūtur ī ṗn cipio lepre: ⁊ fortis sināntie: ⁊ ī coāgu statione anhelit⁹: ⁊ asmate antiquo acuto: ⁊ raucedine vocis: et in habē te apostema in pulmone: ⁊ in dismia q̄ ē ex multo sanguīe calido: ⁊ in egri tudinibus splenis ⁊ laterū. Et oꝫ vt ante diximus vt phlebotomo pilum habēte minuant̄. Modus v̄o ligan di eas ē ꝙ oportet trahere caput ad cōtrarium partis phlebotomie vt ve na extēdendo fiat sicut chorda: ⁊ ꝯsi deretur que pars sit magis declinās ⁊ fiat phlebotomia ex cōtrario ꝑtis illi⁹. Oꝫ p̄terea vt ei⁹ phlebotōia fiat ī latitudīe ⁊ nō ī lōgitudīe ⁊ sicut fit ī sophena ⁊ ī sciata. Et cū hoc toto oꝫ vt ipsi⁹ phlebotōia cadat ī lōgitudīe.

Iuxta illō ṗn. tertij. 3ª. trac. q̄nto caº. de cura ima ginationū ⁊ initij aq̄. Et ꝯfert in ṗncipio aq̄ phlebotōia arteriar̄ post aureꝫ: ver̄ freq̄ntiā phlebotōie ⁊ vētosar̄ ṗn. ibi ꝓhibet. Si gnāter dr̄ in ṗncipio aq̄: q2 q̄n ꝯfirmata ē nō recipit curā: nisi cuꝫ curua acu qua remouet̄ a directo pupille ⁊ dꝑmit̄ ad īferiora. Iu xta illō ṗn. tertij. 3ª. caꝑ. de cura aq̄. Illi aūt q̄ ꝯfirmata ē non est cōueniēs nisi cura cū instrumēto. Scd̄o phlebotomat̄ vena nūc dicta cū caput recipit plurimos a stomacho fumos ⁊ vapores vt ꝑ hui⁹ vene phlebotomiā vaporosus sanguis aut fumosus exeat ẜm partē ⁊ pars ei⁹ remanēs euētet̄ inde. Et si totaliter ipa īcide ret̄ in h̄ casu pl⁹ ꝓficeret. Tertio ꝓpt̄ hoc ꝙ phlebotōia alteri⁹ ha rū triū venar̄ ꝯfert fumo elato a stōacho ad caput, ꝯfert vlcerib⁹ auriū ⁊ colli ⁊ posterior̄ ꝑtiū capit̄. q2 a fumis acut̄ sursuꝫ eleuat̄ ⁊ recidētib⁹ suꝑ has ꝑtes ī forma acutar̄ hūiditatū īspissatar̄ dcā vlcera fiūt ⁊ aggrauāt̄. Vel lege loco de ⁊ ꝓpt̄ ⁊ p̄ter h̄ ꝙ he phle botomant̄ ī ṗncipio aq̄ ⁊ cū caput stōachi recipit fumū ꝯferunt etiam vlceribus aurium ⁊ colli ⁊ posteriorum capitis.

In q̄nta dicit ṗmo gal. negasse hoc quorūdā dictū. s. ꝙ vene q̄ sūt post aures phlebotomant̄ vt hi q̄ de more masculos generāt ab eor̄ gn̄atōe cessent. Et suꝑ hoc dicit tertij. 20ª. trac. p2io caꝑ. 3. Et hyp. q̄dē dixit ī suis intētiōib⁹ ꝙ plurimū materiei sꝑmat̄ ē ī cerebro ⁊ ꝙ descēdit ex duab⁹ venis q̄ sūt post ābas aures. Et ꝓpt̄ hoc abscidit phlebotōia ābar̄ gn̄atōeꝫ ⁊ facit īcurrere sterilitatē ⁊ est sanguis ei⁹ lenis aut lacte⁹: ⁊ ꝯtinuate sūt nuche vt nō elōgēt̄ a cerebro ⁊ q̄ ei sil̄ant̄ spacio lōgo q̄re alterarēt̄ ꝯplexio illi⁹ sāguīs ⁊ ꝯtereret̄: īmo ꝑueniūt ad nuchā deīde ad renes postea ad vēas q̄ veniūt ad testiculos. Et gal. q̄dē nesciuit an faciat incurrere in cisiō duar̄ har̄ sterilitatē an nō. Mihi v̄o videt̄ ꝙ nō oꝫ vt sit sꝑ ma ex cerebro solo ꝗuis ei⁹ fermētū sit ex cerebro. Et ē ver̄ qd̄ dixit hypo. de eē duar̄ venar̄: hec ṗn. ibi. Scd̄o dicit h̄ ꝙ ex venis istis scꝫ ex venis q̄ sunt post aures vel ex venis capit̄ q̄ phlebotomant̄ st̄ due guideꝫ ⁊ st̄ vene colli dicte arabice guideꝫ ⁊ guidegi ⁊ algui degi. Et ex eis sūt due manifeste ⁊ due occulte vtriq̄ʒ vna. ⁊ de ma nifestat̄ ē ẜmo p̄sens. Tertio dicit ꝙ phlebotomia venar̄ guideꝫ ī nouē casib⁹ ꝓdest. P2io q̄dē ī ṗnº lepre. Iuxta illō raſ. 7º. almāso. Sꝫ guideꝫ sūt minuēde cū anhelit⁹ in lepre ṗncipio maxie angu stiat̄. Scd̄o in ṗncipio fort̄ squināntie post phebotomiā cephalice ⁊ venar̄ sub ligua. Iuxta illō ṗn. tertij. 9ª. capl'o d̄ cura ei⁹. Et q̄n q̄ʒ est necessaria phlebotomia alguadegi videlicet ī squināntia tāte fortitudinis ꝙ pene strāgulat patientē. Tertio in coangustatiōe anhelit⁹ ex multitudine sanguis īpediēte liber̄ trāsitū aeris īspi rati vel expirati. Quarto in asmate ātiquo acuto ex sanguie adu sto vel permixto cholere vl' phlegmati salso quale ē asma leprosor̄. Quinto in raucedine vocis ex sanguieo humore vel cāne pulmo nis ībibito vel ipsi pulmōi. Qualis fuit illa gn̄alissima raucedo dieb⁹ nostris q̄ fere oēs vtriusq̄ʒ sexus pueros iuuenes ⁊ senes in uasit ⁊ fere ꝑ oīa climata trāsijt: ita vt in ecclesijs ⁊ capellis ṗncipū cessa ret cantus raucedine cantor̄. Et plurimis contigit sanguinis narium exuberās vn̄ ipsi plurimū alleuiabant̄. ⁊ paucissimi inde moriebantur: nisi decrepiti vel dissolutissimi in suo regimine. Hoc morbo detentos nō audebāt medici phlebotomare ꝓpter famā publicam ꝙ phlebotomia fcā in raucedine facit ꝑpetuo heredi tare eam. Quod fre quētissime falsum ī uenit̄. Et iō non ē re linquēda phlebotomia in casib⁹ exigen tib⁹ eā vt in squinan tia peripneumonia pleuresi ꝗuis cōpli cent̄ cū raucedīe. Se xto ī apostemate pul monis qd̄ peripneu mōia solet appellari maxīe si calidum sit. Iuxta illō ṗn. tertij decia trac. 4. caꝑ. 4. Peripneumonia est apa calidū in pulmo ne. Dicit tn̄ raſ. lib. diuisionū capl'o d̄ ea Peripneumonia est phlegmatica ẜm plurimū ⁊ q̄nq̄ʒ ē sanguīea ⁊ cholerica. In hac p⁹ phle botomiā basilice cōpetit phlebotomia venar̄ guideꝫ ad alleuiādū diffi cultatē anhelit⁹ pene suffocātē. Septio in dismia ex multo sanguie cali do. De q̄ dicit rasis libro diuisionū capl'o de ea. Dismia q̄dē plurimuꝫ fit ex phlegmate grosso īplēte cannā pulmonis. Et sūt cū ea ī aliq̄ spissi tudo. i. frequētia ī attrahēdo ⁊ emittēdo aerē ꝯusgmō magnus ī pecto re ⁊ ꝯstrictio anhelit⁹ scꝫ id qd̄ faciūt canes in anhelitu q̄n currunt. Sꝫ cassi⁹ felix capl'o de asmate ait. Dismia grece difficultas respirādi ē. Or thomia v̄o si recto quidē scemate iacētes ꝑ[illegible]cent̄ egroti. Asma aūt ē of fensio āhelit⁹ cū sonitu a greco asma qd̄ ē cant⁹. Et quidā v̄sificator suꝑ hor̄ dr̄ia ait. Dismia se celat: canit asma malumq̄ʒ reuelat. Orthomia quoq̄ʒ simul infestatur vtrinq̄ʒ. Octauo in egritudinibus splenis scili cet in apostemate ipsius calido cōprimente dyafragma ⁊ coartante an helitum. Nono in egritudinibus laterū vt apostematibus ⁊ oppilatio nibus sanguineis āhelitū opprimētib⁹. Hn̄t eīm guideꝫ ⁊ cū venis gut turis ⁊ cū venis pectoralib⁹ magnā colligātiam ⁊ affinitatem ꝓpter cō municationē ꝓpriā in vena ascendēte velut in trūco. Cuius rei signuꝫ est ꝙ oppresso gutture vel pectoralib⁹ superfluo sanguine vias anhelit⁹ coangustāte vt in squināntia ⁊ peripneumonia sanguineis ipe distēdūt̄ ⁊ ītumescūt. ⁊ sil'r in his q̄ alte cātāt vel anhelitū retinēt conamie forti. Quarto resumit vnū qd̄ predixit loquēs de phlebotomijs ꝑagrapho illo. Et pilū q̄dē hn̄tes sūt cōueniētiores labētib⁹ venis sic̄ guideꝫ dicēs Or oꝫ vt guideꝫ phlebotomēt̄ phlebotomo hn̄te pilū. i. retinaculā aliqd̄ ꝓhibens venā q̄n ꝑcutit̄ sub phlebotomo labi ⁊ ictū effugere. Ver̄ his dieb⁹ phlebotomatores ī gallijs solēt lāceolis vti cuspidib⁹ acut̄ q̄busdā pl⁹ alijs min⁹ vtriq̄ʒ scindētib⁹ veluti nouacula nec aliq̄s hn̄t cum pilo phlebotomos. Sꝫ venas labiles digit̄ retinēt sinistre man⁹ q̄n cum de xtra phlebotomāt eas. Quīto dicit ꝙ mod⁹ ligādi venas guideꝫ vt ma gis appeant ⁊ tēse respōdeant sub phlebotomo ē ꝙ caput fortit̄ tractū inclinet̄ in ꝯ̄triū ꝑtis in q̄ phlebotomia faciēda ē: q̄tin⁹ extēso collo gui deꝫ ibi exn̄s ēt tēdat̄ ad instar chorde: tūc ꝯsideret̄ q̄ ꝑs hui⁹ vene magis declinat: ⁊ phlebotomet̄ ex ꝯ̄rio ei⁹ videlicꝫ ī ꝑte q̄ magis īminet ⁊ plus eleuat̄ ⁊ sub tactu digiti tēsior appet. Iuuat etiā ad id circūstrigē fortit̄ cum manutergio radicē colli. Sexto dicit oportere phlebotomiā vena rum guideꝫ in latitudine ⁊ nō in longitudine ꝓtendi: ⁊ ꝙ ipa fiat sicut in sophena ⁊ vena sciatica. ⁊ cum hoc dicit oportere vt cadat in longitu dine. In quibus verbis a predictis dissidet ⁊ sibimetipsi contrarius vi detur. Dicit enim primo hic ꝙ oportet vt eius phlebotomia fiat in la titudine ⁊ nō in lōgitudine. Scd̄o dicit hic ꝙ fiat sicut fit in sophena ⁊ sciatica: ⁊ tamen predixit ꝙ melius est vt sciatica in longitudine phle botomet̄ ⁊ sophene phlebotomia melior est que fit transuerse. Et iterū p̄dixit ꝙ vene capitis excepta guideꝫ meli⁹ est vt trāsuerse phlebotomē tur. Tertio dic̄ h̄. Et cū hoc toto oꝫ vt ipsi⁹ phlebotomia cadat in lōgitu dine. Et in h̄ videt̄ manifeste ꝯ̄dicere p2io dcō. ¶ Pro ꝯcordia. attende ꝙ guideꝫ n̄ dēt directe ex toto phl'omari ī lōgitudīe ipi⁹. q2 labra vulne ris retracto phlebotomo sese ꝯtigerēt vn̄ grossius sāguis nō libē exiret.

Nec penitus dz in latitudine phlebotomari ne tota incidatur. qz parū lata est: ⁊ ne plaga ipsi' vix cōsolidet̄ vno ei' labio tendente deorsum et alio sursum. qz n̄ cōmode stricta ligatura ligari pōt ꝓpter piculū suffocatōis in strictura gutturis. Dz ergo in lato phlebotomari capiēdo aliquid de lōgitudine: sz non tm̄ q̄tum de latitudine. vn̄ nō meret̄ phlebotomia ei' transuersalis dici nec lōgitudinalis sz latitudinal'.

Et ex eis est vena que est in lepore. cuius phlebotomie locus est ipsius extremitas que digito pressa in duo partitur vbi quidez fit phlebotomia sz sanguis qui inde egreditur ē paucus. Et ipsius quidem phlebotomia confert casepb: ⁊ turbatōni coloris: ⁊ emorroidis: ⁊ bothor que in naribus nascūtur: ⁊ prurituī qui fit ī eis. Uerūtamen plerūqz accidit ex ea coloris rubedo perseuerās que similatur sahaf: ⁊ corrūpit faciē. ⁊ est ipius impedimētuz maius suo iuuamēto.

Et vene q̄ sunt sub asese a parte nocre. quaruz phlebotomia cōfert egritudini oculorum antique: que est ex sanguine subtili: ⁊ antiquis capitis doloribus. Et ex eis sunt vene que sunt in labijs: ⁊ sunt quattuor. ⁊ sup vnūquodqz eorꝫ existit vnū par. Que cōferunt vlceribus oris ⁊ alcola ⁊ doloribus gingiuarꝫ earū et apostematib' ⁊ ipsarum laxitati ⁊ vlceribus ⁊ fistulis ⁊ fissuris q̄ sunt in eis. Et ex eis est vena que est sub lingua super occultū menti: que minuit̄ in sinancijs ⁊ in apostematib' duarꝫ amigdalarꝫ.

Et ex eis sunt vene q̄ sunt sub ligua ⁊ vene existentes super ipsaz linguā. Et minuūtur ꝓpter lingue grauitatem q̄ est ex sanguine. Que quidez in lōgitudine sunt minuende. quia sanguinem ꝯstringere q̄ fluit ex phlebotomia in latitudine facta ē difficile.

In sexta dicit p̄io ꝙ ex venis capitis q̄ phlebotomant̄ est vena existens in extremo nasi quod lepus dr̄ ⁊ etiā pirula. Et hec non apparet: sz phlebotomatur directe ī medio extremi nasi vbi ei' extremū digito cōpressum in duo partit̄ inter que sentitur velut fouea: in quā phlebotomi cuspidis impellenda ē: ⁊ ab ei' vulnere paucus sanguis effluit qz gracilis est ⁊ adeo paruula ꝙ non videtur. De qua dicit rasis septio almāsoris caplo de phlebotomia. Nasi aūt vena manifesta nō est: sz fit ex ea minutio cū locus qui cū palpatur sentit̄ fissus lanceola vulnerat̄. Scōo dicit hic p̄n. ꝙ phlebotomia hui' vene primo cōfert calef id est panno faciei seu rubori ipsi' indecēti ⁊ pustuloso. Scōo turbationi coloris scz rubori fusco faciei qui cum tumore eius diu perseuerans portēdit leprā: vt ait p̄n. primi tertia doctrina q̄nta caplo primo sūme singularis d̄ regimie iter agentiū. Tertio emorroidib' nariū. De q̄bus p̄n. tertij q̄nta tractatu scōo caplo vndecio ait. Emorroides q̄dem sunt carnes addite nascentes: ⁊ q̄nqz sunt carnes molles albe ⁊ nō est in eis dolor: ⁊ iste sunt facilis cure. Et q̄nqz sunt rubee aut fusce vehemētis doloris. ⁊ iste sunt difficil' cure p̄cipue cuz ex eis currit sanies fetida. Et quādoqz est ex eis illō qd̄ est cancer corrūpens figurā nasi. In primis quidem nō est op' phlebotomia. In tertijs est inutilis irritās eas ⁊ furere faciens. In medijs v̄o maxime in rubeis nōdum fuscatis iuuare pōt. Quarto pustulis in narib' genitis quas arabes bothor appellare solent. Et phlebotomia tūc est eis vtilis cū sanguinee sunt. Quīto prurituī q̄ fit in narib' ex sāguine acuto titillante eas. Tertio dicit hic p̄n. ꝙ frequenter ex phlebotomia vene nasi accidit rubor faciei fed' perseuerās similis sahaf. Et hec phlebotomia corrumpit faciem. qz sibi attrahit corruptos hūores tollētes ab ea splendorem ipsius ⁊ viuacitatem. qz non permittunt sibi suū nutriens vere assimilari sicut in albaras morphea ⁊ lepra. Et breuiter loquēdo phlebotomia hec plus nocet q̄ prosit quare tutius est vt relinquatur velut īutilis in rubore vultus. Et id forte rasis innuere voluit septimo almāsoris caplo de phlebotomia. vbi postq̄ eā cōnumerauit int̄ venas capitis q̄ phlebotomant̄ nulla ibi exp̄mit phlebotomie ei' vtilitates sicut aliarū. ¶ Attēde p̄io ꝙ sahaf ⁊ sahafat ⁊ sahafati ⁊ asahafati sunt noīa arabica q̄ significāt idē. Et est sahafat incipiēs bothor id ē parue pustule fixe lenes diuise in numeratiōe locorꝫ. deinde exulcerant̄ vlcerib' crustosis ⁊ sūt ad rubedinē declines: vt ait p̄n. q̄rti septīa tractatu tertio caplo p̄io. ¶ Attēde scōo ꝙ phlebotomia vene nasi dū fit in p̄ncipio vel augmēto pāni faciei vel sahafati ⁊ etiā dū fit nō p̄mūdificato corpe p phlebotomiā magne vene ⁊ pharmaciā et debitā dietā plus nocet q̄ ꝓsit. qz fluere facit abūde ad faciē corruptos hūores ⁊ paucos educit q̄re morbū aggrauat. Sz cū materia iā tota fluxa est ⁊ corp' optime p̄mūdificatū phlebotōia cephalice pharmacia ꝓpter decēti dieta dicta phlebotomia ꝓdest ⁊ nō obest in dict̄ casib' tollendo a facie cāz cōiunctā vel ipsi' partē fede rubedinis. ¶ Attēde tertio ꝙ lz phlebotōia vene nasi sepe noceat in rubore faciei: valet tm̄ plurimū in alijs casib' vt in emigranea. Teste p̄n. tertij p̄ia trac. scōo caplo d̄ cura emigranee dicēte. Et in ipsa ꝯfert phlebotomia vene front̄ ⁊ vene nasi valde.

In septia dicit p̄io ꝙ vene ex̄ntes sub asese id est occipitio a pte nocre id ē summitat̄ colli sunt ex venis tm̄ q̄ phlebotomant̄ in capite. Scōo dicit ꝙ phlebotomia harꝫ venarꝫ ꝯfert antiq̄ egritudini oculorꝫ ex subtili sanguie vt rubori, corꝫ ⁊ palpebrarꝫ ⁊ antiq̄s dolorib' capitis quorꝫ materia vel ē malus sanguis vel ali' humor sanguini imixt'. Iuxta illud rasis in toto ꝯtinēte caplo de minutiōe. Minutio venarꝫ q̄ sunt in locis attinētib' cōcule occipitij capit̄ cōfert scotomie accidēti ex sanguie subtili ⁊ dolorib' antiq̄s capit̄. He vene ramificant̄ ab extremitate guidez occulte vbi appropinquat cōmissure lande et sunt due vna a dextris alia a sinistris q̄ phlebotomant̄ cōstricto collo cū manutergio.

In octaua dicit p̄io ꝙ ex venis capit̄ solitis phlebotomari sūt vene q̄tuor q̄ sūt ī labij. due q̄dē ī supiori labio relīq̄ vero due ī iferiori. Has vēas appellat rasis septio almansoris aliebericb dicens. Uenarꝫ iuidez loc' q̄ vocātur guidez ē in collo ⁊ carꝫ q̄ dicūtur aliebericb ē in labijs. Scōo dicit ꝙ phlebotomia harꝫ venarꝫ p̄io q̄dē ꝯfert vlcerib' oris ex corrupto vl' adusto sanguie. Scōo alcola: ⁊ ē vlc' ex̄ns in cute oris ⁊ ligue cū expāsiōe ⁊ dilatatōe vt ait p̄n. tertij sexta caplo de eo. Et ibidē caplo de cura ei' ait. Opz vt intēdat̄. p̄io hūor dominās faciēs cola ⁊ euacuetur et corpe toto si ē dominās: deinde ex venis q̄ sūt sub mēto et ex eis q̄ sūt in iabaricb id ē in iferiori pte labiorꝫ. Nā iabaricb ⁊ aliabaricb ē nomē cōe ad venas q̄tuor labiorꝫ ⁊ locuz vbi sūt. Tertio dolorib' ⁊ apostematib' gingiuarꝫ ex sanguieo hūore. Iuxta illō p̄n. tꝰij. 8ª. cap̄. 2. Si mā ē supfluitas calida tūc admistra euacuationē ⁊ phlebotomiā aliebericb. Quarto laxitati seu imoderate mollicici gigiuarꝫ ex phlegmatico sanguie q̄ pfuse relaxant̄. Iux̄ illō p̄n. tertij. 8ª. caº. de mollificatōe gigiue. Et phlebotomia aliebericb ꝯfert ei. Quīto vlcerib' ⁊ fistul' gigiuarꝫ. Iuxta illō p̄n. tertij. 8ª. caº. 6º. Et phlebotomia aliebericb ꝯfert ī eis. Sexto fissuris q̄ sūt in gigiuis ex mltitudie sanguis vel ei' acumie. De barū phlebotomia dicit rasis septio almāsoris. Uene itidē q̄ sūt i labijs icidūt̄ cū apā i ore ⁊ gigiuis sepe accidit cephalica tm̄ pri' minuta.

In nona dicit p̄io ꝙ ex venis capit̄ q̄ phlebotomant̄ ē vēa sub ligua. Nō q̄dē in ea neqz ps ei' vel de lba ipsi': sz intra os sita ē sup occultū mēti qd̄ ligue subiacet. Scōo dic ꝙ hec vēa phlotomatur p̄io in squināt̄ijs seu ꝯ eas. Iuxta illud p̄n. tertij nona caplo vndecio. Et nō postpōat̄ phlebotōia vene q̄ ē sub ligua: imo oz vt icipiat̄ illō saltē i codē die. Scōo i apātib' duarꝫ amigdalarꝫ: q̄ sūt due carnes nate i radice ligue tēdētes ad supiora ac si ipe sint due auricl'e pue ⁊ sūt carnose neruose sic due glādule vt sint fortiores ⁊ ābe sūt ex mō suo sic due radices duarꝫ auriū vt ait p̄n. tꝰij. 9. ca. 1. Et cū ipe apant̄ sāguieo apāte dcā vēa post phlebotomiā cephalice vl' eadē die vl' die seq̄nti phlebotomāda ē vt eradicet̄ hūor ex p̄rio causās apā.

In decia dic p̄º ꝙ ex vēis capit̄ q̄ phlebotomāt̄ sūt ēt vene q̄ sub ligua ⁊ i ligua sūt veluti ps ei': ⁊ sūt due nūero notabil' magnitudīs q̄ clare apparēt dū ligua iuersat̄. Et sunt alie due sup liguā site vna a dextris alia a sinistris. Scōo dicit ꝙ he vene minuūt̄ ad tollēdū grauitatē ligue q̄ ꝓueīt ex sanguis mltitudie. Iux̄ illō p̄n. tertij. 6ª. caplo de cura mollificatōis ⁊ grauitat̄ ligue. Et si existiat̄ ꝙ cū hūiditate dn̄et̄ sāguis phlebotomēt̄ vene ligue. Cōfert etiam phlebotōia dcārꝫ venarꝫ i imoderata magnificatōe ligue ita vt i ore capi n̄ possint. Iux̄ illō raf. 9. almāso. cap̄. de ca. Fiat minutio ex vtrisqz cephalicis pri' ⁊ postea ex vēis q̄ sūt sub ligua. Cōfert ēt i sq̄nātia. Iux̄ illō raf ibi caº. d̄ ca. Decis p̄terea q̄ sinācie valde ꝯfert̄ ē vt ex vēis q̄ sūt sb ligua fiat minutio. Terº dic ꝙ vene q̄ i ligua sūt sub ⁊ sup̄ phlotomāde sūt i lōgitudie q2 difficile ibi ē restrīgē sāguiez ex plaga q̄ fcā ē i latitudie eo ꝙ ꝯmode n̄ pt illic ligatura fieri, i plaga v̄o lōgitudiali retracto phleboto

mo labia vulneris ilico se tangūt ⁊ facile adherēt ⁊ ꝯsolidantur.

In vndecima dicit p̄rio ꝙ vena q̄ inter mētum sita ē ⁊ inferius labiū est etiā ex venis q̄ in capite solēt phlebotomari. Sc̄do dicit hui᷒ vene phlebotomiā ꝯ oris fetorē auxiliū ferre scꝫ duꝫ venit ex (sanguīe corrupto vł gingiuis vł circa labia.

In duodecia dic̄ p̄rio ꝙ ex vēis capitis q̄ phlebotomant̄ est etiā vēa furcule. Et ē ram᷒ vene ascēdent̄ bifurcatus ꝑpe furculā. De q̄ dicit p̄n. p̄mi prima doctrīa q̄nta sūma q̄nta capl'o tertio Postea apud furcule ꝑpinq̄tatem duo ab ea sepantur rami. quorum ambo ad partem furcule transuersi incedunt. Sc̄do dicit ꝙ hec vena phlebotomat̄ ī medicatōnib᷒ oris stomachi vt in cura apostemat̄ calidi et adubelati ⁊ vomit᷒ sanguis. In his em̄ passionib᷒ cōuenit phlebotomia vt ait p̄n. tertij. 13ᵃ. capl'is de eis. Et p᷒ phlebotomiā vniuersalē de vena cordis ꝯuenire pōt phlebotomia vene furcule qua extrahat̄ sanguis et ꝓxima colligātia cū grossa vena supposita gibbosiori parti stomachi. De q̄ tertij. 13ᵃ. capl'o p̄mo ait p̄n. Et loco stomachi vehemētioris gibbositatis superponitur vena magna procedens in longitudine ipsi᷒: ⁊ mandat ei ramos plurimos q̄ cuꝫ eo ligant̄: ⁊ diuidūtur in ramos subtiles cōstituti in ordine vno. Et lꝫ hec vena nō sit in capite numeratur tamē inter venas capit̄. qꝛ situata ē in radice colli qō pro parte capit̄ in hoc loco habetur.

Et ex eis est vena que inter mentuꝫ ⁊ labium inferi᷒ ē. que phlebotomat̄ propter fetorē oris. Et ex eis est vena furcule. que phlebotomat̄ in medicationib᷒ oris stomachi. Ex arteriꝫs vero que sunt in capite ē arteria tīporis. Que q̄n̄qꝫ phlebotomat̄ et q̄n̄qꝫ īciditur ⁊ q̄n̄qꝫ extrahitur ⁊ q̄n̄qꝫ aduritur Et hoc quidē fit propter ea vt acuti reumatismi ⁊ subtiles cōstringātur qui ad oculos descendūt ⁊ propter amplificationis p̄ncipiuꝫ. Et due arterie que sunt post aures q̄ phlebotomant̄ ꝑpt̄ spēs ophthalmie ⁊ p̄ncipiū aq̄ ⁊ pannū ⁊ noctilopas ⁊ antiquū dolorē capitis. In earū tamē phlebotomia semꝑ existit timor: ⁊ cū hoc tardatur cōsolidatio.

Ex arteriꝫs vero ⁊c̄. In hac tertia ꝑte postq̄ egit de phlebotomia venaꝝ capit̄ q̄ sunt tm̄ vene agit de phlebotomia arteriaruꝫ capit̄. Et p̄mo de phlebotomia arteriarum timporū. Secūdo de phlebotōia arteriaruꝫ post aures ibi [Et due arterie] Tertio de q̄dam sanato a gal. ex fluxu sanguinis arterie ⁊ de iuuamento illi᷒ (flux᷒ ibi [Gal. quoqꝫ]

In prima parte dicit quosdā dixisse ventosas adhibitas super occiput ⁊ capitis summitatē ꝯferre amentie ⁊ scotomie ⁊ retardare caniciē capillorum. ⁊ p amentiam intelligit actionē cogitatiue virtutis diminutā vel ablatam: q̄ est sil'is stoliditati infantuli ⁊ ꝓcedit a frigiditate. Iux illud prin. tertij prima tractatu. 4. ca. de stoliditate ⁊ amentia. Differētia inter pmixtionem rōnis ⁊ inter stoliditatē ⁊ amentiam: ꝙuis sint duo impedimēta rōnis ⁊ sit cā faciens ꝯtingere vtrasq̄ sil' cadens ī vētre medio cerebri: est ꝙ permixtio sensus est lesio ī opationibus cogitatiuis vel cogitationis s̄m mutationē. i. corruptionē stoliditas vero ⁊ amentia s̄m diminutionē aut destructionē ⁊ dispositio sil'is fatuitati et infantie. Huius aūt egritudinis cause aut sunt frigiditas pura aut cū siccitate cōprehendens sup ventrē mediū cerebri in longitudie dieruꝫ ⁊ spacij: aut frigiditas cū aliquo phlegmatico in vacuitatib' vasorum cerebri. hec princeps. Ex quib' innuere videt ꝙ ventosa sup v̄ticē capitis adhibita sine scarificatione deberet in amētia ꝓficere vt p̄dicti aiūt suscitatione caloris ⁊ frigoris expulsione: maxime in illa cui' causa est frig' cū phlegmatico hūore. Et id rursus approbare videt illō p̄ncipis ibi. Et causa in hoc nō est nocumentū ex frigiditate ⁊ nō ex caliditate: nisi qm̄ hoc nocumentū est destructio ⁊ diminutio: qm̄ caliditas est faciens cogitationē q̄ est vnus ex motibus sp̄ūs quo mouetur ab anteriori pte cerebri vsq̄ ad eius postremā ⁊ ecōuerso. Et caliditatē quideꝫ eleuat motus ⁊ iuuat ip̄m: ⁊ congelatio ꝓhibet ip̄am quapropter pota est cōplexio hui' ptis cerebri decliuis ad caliditatē. Et rursus ibi ait Hec aūt egritudo curatur calefactione cerebri. Sil'r aūt ⁊ in scotomia videntur vētose cōpetere sup occiput posite: q2 in vertigine. iubentur a principe sup caput poni tertij prima tractatu q̄nto ca. de cura eius. Sed scotomia vertigini assil'at in cāis ⁊ cura: iō de ambab' idē faciunt capl'm p̄n. mesue ⁊ serapion. Q2 si capiti supponi debeāt nō q̄dē prore vt supra ostensuꝫ est: ergo sup occiput vel cacumē capitis. Sꝫ ⁊ retardādi caniciei capiti adhibite sine scarificādo ꝓdesse videtur: q2 canicies aut a phlegmate fit vt asserit aristoteles vl' ab athacharugi. i. muscidita te hūorali vt prōnus noster gal'. asserit. Et quocunq̄ istorum modorum fiat ventose predicte ꝯferre videtur resoluēdo cām caniciei. Bene ḡ videnk

In scd̄a dicit ꝙ in dicto illorum consideratio est hāda (predicti dixisse. i. distinguendū est de corpib' q̄bus applicant. Nā istō. s. ꝯferre amentie ⁊ scotomie ⁊ tardare canos in vnis corpibus opant ⁊ nō ī alijs. Vnis dicit cōtra vsuꝫ grāmaticorum s̄m quē vn' plurali caret. Cōsideratō ergo circa vētosas occipitis ⁊ v̄ticis capit' habēda est: qm̄ in p'limis corporū faciunt festinare canos ⁊ impediūt intellectū. Faciūt q̄dē festinare canos debilitando virtutes partium quibus adhibent maxime in debili ⁊ raro cerebro frequēter apposite. Cui' rei signū est ꝙ morphea alba vel albaras alba quandoq̄ inficit ptes ventosatas vicibus plurimis. Intellectū vero ledunt ⁊ impediūt agitando sp̄ūs ⁊ resoluendo q̄ cogitatiue virtuti deseruiūt. Dicit aūt prin. in plurimis corporū ⁊ nō in oībus: q2 in certis casibus pue modici ignis raro adhibite cōpetere pñt propter dcās causas.

In tertia dicit ꝙ ventose sup occiput cōferunt egritudinibus oculorum. Et hec est earum potior vtilitas. Naꝫ hūores diuertūt ad oculos fluentes q̄bus ipsi egrotant ⁊ eos trahūt ad posteriora. Iux illō galie. 13. de ingenio ca. 9. Si ponak ventosa in occipitio attrahet sanguinē ad oculos descēdentē purgato p̄mit' capite ⁊ corpore. Nā si plenū fuerit ventosa apposita caput implebitur. Primo q̄dē he ventose ꝯferūt scabiei oculi ⁊ palpebrarum. Cui' cā est materia salsa nitrosa ex sanguine calido aut hūore alio acuto faciens prouērie pruritū prius: deinde scabiē: vt ait p̄n. tertij tertia trac. tertio ca. de ea. Scd̄o bothor seu pustilis oculi. Sub q̄b' intellige ophthalmias puas ⁊ vesicas aq̄as: de q̄b' pri. capl'm facit tertij tertia trac. 2. Tertio ꝯferūt egressioni tunice vuee q̄ fit vt plimū ex ruptura cornee. Nā vētose sup occiput posite trahūt hūores ad posteriora: q̄ vel sunt cā rupture cornee vl' impulsiōis vuee tunice ad anteriora. Et sicut ꝯferūt egressiōi vuee sic exitui ocl'i.

In q̄rta tangit sex nocumēta earū. Primū est ꝙ impediūt itellectū. i. iudiciū rōnis vt p̄missum est ꝯturbādo ⁊ agitando sp̄ūs aīales. Scd̄ꝫ est ꝙ faciūt hereditare. i. fixe ⁊ habitualiter pmanere stupiditatē. Et intellige hic p stupiditatē ꝯgelationē q̄ est passio posterioris pticule cerebri ꝓueīre solita ex frigiditate ⁊ siccitate in q̄ iacet hō velut imobilis oculis aptis. Nā ventose iste cum scarificatione siccant ⁊ infrigidant postremū cerebri ab hoc educentes sanguinē ⁊ sp̄ūs q̄bus humectant. Tertiū est ꝙ hereditare faciūt obliuionē debilitando v̄tutem memoratiuaꝫ. Cui' cā prima apud gal. est frigiditas aut pura aut cū siccitate: ⁊ non imprimitur in ea sil'e. i. simulacrū rei sensate vel estimate: aut cuꝫ humiditate ⁊ nō seruat qd̄ impressum est in ea: vt scribit p̄n. tertij prima tractatu. 4. cap. de corruptōe memorie. Siccādo vero ⁊ infrigidādo pmanere faciūt ventose iste obliuionē. Quartū est ꝙ hereditare faciunt maliciā cogitationū. Et id p̄cipue faciūt ille q̄ supponunt cacumini capit'. Et p maliciā cogitationū intelligas initia manie ⁊ melancholie de q̄bus sunt timor ⁊ tristitia sine cā ⁊ vituperatio hui' vite ⁊ odire homies ⁊ querere solitudines ⁊ cogitare de demonibus. Quintū est ꝙ hereditare faciunt egritudines pmanētes vt malā cōplexionē frigidā ⁊ siccam pupis sil'eꝫ senio debilitatē virtut' motiue in fonte suo ⁊ ex ꝯsequēti in nucha ⁊ neruis. Sextum est ꝙ nocēt his q̄ cataractā seu aquā in oculis habent: q̄ est humiditas extranea stās in foramie vuee inter humorē albugineū ⁊ siphac. i. tunicā vueā ⁊ corneā: quare prohibet penetrare formas ad visum. Et tertij tertia trac. q̄rto caplo de cura imaginationū ⁊ initij aq̄ ait prin. Et opꝫ vt vitet frequentiā phlebotomie ⁊ vētosarū: imo postponat illud q̄tū possibile est: nisi tactus necessitatis cogat ad illud ⁊ sit credulitas ꝙ sanguis sit calid' plurimū. Cā vero sui nocumēti est: q2 ipsaꝫ cōmouent turbant ⁊ irritant ⁊ nihil prorsus ex ea educūt eo ꝙ ipsa iā coagulata seu cōgelata est ⁊ ꝯstricta ī loco arcto. Et dū in fieri est ⁊ cā ipsi' adhuc est in fluxu raro diuertit a dictis ventosis: q2 viscosa est vt in plurib' parū obediēs diuersiōi: imo vētose ille materias cōmouēt in anteriori pte cerebri pri' q̄escentes ⁊ ad fluxum irritant v̄sus illam ptē q̄ debilior est nisi sanguis calid' acutus subtilis sit ipi' cā vel associās cā velut ductor eius ad intima oculi. Tunc eni͂ prosunt p̄dicte ventose cephalica prius phlebotomata. Id voluit hic princeps in verbis istis. Sed fortasse si hora se p̄sentauerit q̄ illō fieri dꝫ nō impediēt. Et in v̄bis illis statiꝫ allegatis ex tertij tertia. Nisi tactus necessitatis cogat ad illō ⁊ sit credulitas ꝙ sanguis sit calidus plurimum.

¶ Ventose autē sub mento posite prosunt dentibus ⁊ faciei: ⁊ gutturi ⁊ mundāt caput ⁊ mādibulas. ¶ Et ventose renibus superposite conferunt apostematibus coxarum ⁊ earum scabiei ⁊ bothoꝛ ⁊ podagre et emoꝛroidibus ⁊ elephantie ⁊ ventositatibus vesice ⁊ matricis ⁊ pꝛuritui doꝛsi. Cunqꝫ ventose iste fuerint cuȝ igne siue sint cum scapellatione siue absqꝫ ea iuuabunt etiā in hoc. Sed ille quidem q̄ sunt cum scapellatiōe sunt foꝛtioꝛes p̄terq̄ȝ in ventositate. Nam q̄ sine scapellatione sunt in remouendo vētositates frigidas ⁊ vt radicitus euellantur hic ⁊ vbiqꝫ sunt foꝛtioꝛes. ¶ Ventose preterea in anterioꝛe parte coxarū apostematibus testiculoꝛum conferunt ⁊ vulneribꝰ coxarū ⁊ crurium. ¶ Et vētose posteriori ꝑti coxarū supposite ꝓsunt apostematibꝰ: ⁊ exituris q̄ in natibꝰ fiunt. ¶ Et sub poplite ꝯferāt pulsatōi poplitis q̄ ex calidis generaꝛ hūoribꝰ:

¶ Ventose aūt sub mēto. In hac q̄nta ꝑticula pꝛīcipali tertie ꝑtis huius capituli tāgit .5. vtilitates vētosaꝝ sub mēto affixarū. Pꝛīa est in moꝛbis dentiū ex subtili sanguie vel acuto hūoꝛe radices dentiū opprimēte aut imbibēte vel coꝛrodēte quē sibi vētosa mēto supposita violēte extrahit ⁊ a radicibꝰ dētiū diuertit. Scda est in moꝛbis faciei vt h' erisipila q̄ freq̄ntius fit in lepoꝛe nasi in gutta rosacea pāno impetigie serpigine pustulis ⁊ ruboꝛe vultus imoderato diuertendo a vultu sanguinē coꝛruptum. Tertia est in moꝛbis gutturis vt in squinantia vel apostematibus amigdalarum vel tumoꝛe vuule ex subtili sanguine post phlebotomiā vene cephalice attrahēdo sibi materias coꝝ ⁊ educendo eas cū scarificatione. Quarta est in mūdificatōe capitꝭ ab humoꝛibꝰ acutis vel erūpentibꝰ exteriꝰ ⁊ inducētibꝰ alopiciaȝ tyriam tineam ⁊ alias cutis feditates siꝉes vel latētibꝰ in cerebri ꝑtibus q̄s attrahūt sibi vētose sub mēto. Quīta est in mūdificatōne mādibularū aut humoꝛibꝰ imbibētibꝰ aut oppꝛimētibꝰ pāniculos choꝛdas aut musculos suos vel harū iuncturas vñ ꝓhibentur a liberis motibus. De his vētosis dicit raſ. 7. almāsoꝛis. Vētosa vero q̄ sub mēto ponitur puis pustulis q̄ in oꝛe fiunt ⁊ dētibꝰ nocumētū p̄bent remediū affert ⁊ gingiuarū egritudini: nec nō similibus q̄cunqꝫ in oꝛe fiūt remediaꝛ. ¶ In sexta pꝛimo assignat sex vtilitates ventosaꝝ suppositaꝝ renibus defoꝛis. Pꝛima est in apostematibus ⁊ scabie ⁊ pustulis coxarū: qꝛ ⁊ diuertūt ꝑtē materie q̄ iam eis affluxit ⁊ sibi attrahentes educūt illaȝ q̄ adhuc fluxura est. Sed dicet aliquis inartificiale est extra rectitudinem ꝙ mali hūoꝛes vi nature depulsi ad extrema retrahanꝛ ad truncū coꝛꝑis ⁊ mēbrū dignius q̄les sunt renes respectu coxarū. Dic pꝛimo ꝙ he ventose adhibentur magis gr̄a eductionis cause antecedentis nondū coꝛrupte q̄ȝ cause ꝯiuncte. Dic scdo ꝙ nō trahunt ad renes vt ad terminū ſȝ ad exterioꝛa renū. Dic tertio ꝙ ꝑ ꝑtes exterioꝛes trahi possunt ad exterioꝛa renū sine subintrādo renes Secunda vtilitas est in cura podagre seu gutte pedū: q̄ si facta fuerit ex subtili sanguine vel ex cholera plurimū ꝓficiunt directe educendo cām eius antecedentē ⁊ ꝑtem ꝯiuncte. Sed si ex aliis constet humoꝛibus grossis aut viscosis non carent ductoꝛe: puta aliquo subtili humoꝛe eos ad pedes ferente q̄ saltē educitur ꝑ istas vētosas. ¶ Attende ꝙ duplices vētose cōpetunt in podagra. Quedam in p̄ncipio vel augmento ipsiꝰ vel in p̄seruatōe ab ea priusq̄ȝ accidat post phlebotomiā vel purgationē vlēm gr̄a diuersionis humoꝝ. Et de istis vētosis loq̄tur hic prin. Alie in declinatione egritudinis ad extrahendū versus supꝑficiē humoꝛes contentos in ꝓfundo iūcture. Et iste applicanꝛ ꝑti dolēti consilio pꝛīcipis tertij. 22. trac. 2. ca. 6. vbi ait. In fine vero eiꝰ oꝫ vt occuperis in eis q̄ resoluūt ⁊ subtiliant ⁊ extrahūt materiā ex ꝓfundo ad illd qd apparet saltē cū vētosis cū icisiōe. Tertia vtilitas ē in cura emoꝛroidū q̄ si surde fuerint interius tumide ⁊ nō fluentes auxilianꝛ post vlēm phlebotomiā euacuantes aliq̄d sanguinis conculcati in eis ⁊ inflantis eas. Et si sint fluentes fluxu supfluo tunc iste ventose cōferunt eis ad aliquā fluxus diuersionem. verū magis ꝯferunt spatulis affixe: qꝛ securiꝰ ⁊ ad longinquius diuertunt hūc fluxū. Nam dyameter ab ano ad renes nō est sufficiens cōplete diuersioni: imo verendū est ne vētose renibꝰ affixe sanguinē attrahāt a supioꝛibꝰ ad inferioꝛa ⁊ emoꝛroidalē fluxuȝ adaugeant ex vehemēti aptitudine sanguis ad exitū ꝑ istū locū. Id testaꝛ p̄n. tertij. 17. cap. de cura emoꝛroidū dicēs. Et vētosatō eius qd est inter duas spatulas ꝯfert ad eas ⁊ ad humoꝛes melācholicos. Quarta est in cura elephātie q̄ est additio in pedibꝰ fm modū q accidit in venis varicū. q̄re ingrossat pedē cū q̄litate sua ⁊ q̄nqꝫ fit ꝓpter humoꝛē melancholicū: ⁊ est illd qd ē plimū: ⁊ q̄nqꝫ fit ꝓpter humoꝛē phlegmaticū grossum: ⁊ q̄nqꝫ accidit ex causis ex q̄bus accidūt varices: ⁊ ex sanguie bono cū plimū descēdit aut nutritur coꝛꝑes nutrimēto aliq̄ ⁊ est in pꝛimis rubeꝰ: deinde niger vt ait pꝛi. tertij. 22. trac. pꝛio ca. de elephātia. Et maxie in ea ꝓsunt he vētose dū fit ex sanguie bono plurimo pꝰ vlēȝ phlebotomiā ⁊ ē i iitio vel augmēto sui nōdū ꝯfirmata neqꝫ habituata. Quīta ē in ventositatibꝰ seu doloꝛibus ventosis vesice ⁊ matricis. Et in isto casu sine scarificatione sunt adhibēde: tūc eī potēter has ventositates grossas subtiliāt trahūt ⁊ resoluūt. Et nisi eēt timoꝛ dislocatōnis vesice aut matricis ex violentia tractus vētosarum he plus ꝓficerēt his affixe mēbris q̄bꝰ icluditꝛ grossa vētositas q̄ȝ affixe renibꝰ. Sexta ē i cura pꝛuritꝰ doꝛsi. Nā vētose cū scarificatōe renibꝰ adhibite ꝛhūt ⁊ educūt hūoꝛes nitrosos itercutāeos vel acutos tenues de gn̄e cholere q̄bꝰ fit pꝛuritus ⁊ manutenetꝛ. Verū credo tutiꝰ i cura pꝛuritus doꝛsi has affigere natibꝰ q̄ȝ renibus supponere: ꝓpterea ꝙ renes de leui induranꝛ ⁊ sclirotici fiūt. Secūdo dicit ꝙ cū vētose iste renibus apposite cū igne fuerit siue cū scapellatiōe siue sine ea iuuabūt etiā in hoc. i. in pꝛuritu doꝛsi. Vel expone in hoc. i. in oībus sex casibus p̄dictis per diuersionē materie peccantis a loco moꝛbi. Tertio dicit ꝙ ventose cū scarificatione sunt foꝛtioꝛes ⁊ efficacioꝛes in nūc dictis casibꝰ his in quibꝰ nō fit scarificatio p̄terq̄ȝ in casu vētositatū vesice ⁊ matricis: quia nō solum diuertūt hūoꝛes a loco moꝛbi: ſȝ etiā ipsos a coꝛꝑe educūt. Et nō solum in nūc dictis casibꝰ sunt foꝛtioꝛes: ſȝ in oī casu in q̄ ꝑ ventosas eductio queriꝛ alicuiꝰ humoꝛis vel diuersio eiꝰ ad ꝯtrariū declinatōis ipsiꝰ Quarto dicit ꝙ vētose sine scarificatiōe affixe sunt foꝛtioꝛes hic. i. i vesica ⁊ matrice ⁊ vbiqꝫ. i. in oībꝰ aliis ꝑtibus coꝛꝑis ad remouendū ⁊ radicitus euellendū frigidas vētositates in eis ꝯtentas q̄ȝ ventose cum scarificatōe. Cuiꝰ rō est qꝛ ventosa sine scapellis calefacit: ſȝ alio mō nō. Teste gal. tertio interioꝝ ca. 5. Ventosa ḡ sine scarificatiōe sua calefactione excitat caloꝛē innatū ventositatē subtiliat grossam ⁊ frigidaȝ: ac resolui iuuat sanguinē ⁊ spūs interiꝰ retinet. Illa vero q̄ cū scarificatōne affigitur ꝯtraria efficit. Et scarificatio cum ea frustra fit: qꝛ poꝛi coꝛꝑis ⁊ mēbroꝝ raritas sufficiūt trāsitui ventositatū attenuatarū: ad q̄d ergo doloꝛ scarificatōis ingeriꝛ ⁊ sanguis educitur vna cū spiritibꝰ quoꝝ caloꝛe ventositas frigida repꝛimi deberet. ¶ In septia tāgit tres vtilitates ventosarū q̄ in anterioꝛi ꝑte coxarū affigūtur. Pꝛima est in cura apostematū testiculoꝝ maxie sanguineoꝝ postq̄ȝ materia est tota fluxa ⁊ iā p̄cessit phlebotomia basilice lateris eiusdē. Nā tunc ipe exhūt cāȝ ꝯiunctā dicti apostēatis a mēbꝛo nobili ad mēbrū ignobile ꝑ qd educitur facta siꝉ cū his scarificatōe. Scda ē in cura vulnerū coxarū nō quidem recentiū: ſȝ saniosoꝝ: q̄ ꝓpꝛie dicunꝛ vlcera q̄bꝰ cōpetunt predicte vētose post vlēm purgationē: q̄tinus educāt supfluos hūoꝛes q̄bꝰ imbibunꝛ ⁊ soꝛdidātur. Nō eī sananꝛ vlcera soꝛdida nisi desiccenꝛ ⁊ mūdificentur. Tertia ē in cura vulnerū cruriū: qꝛ sibi attrahunt malos humoꝛes q̄ sunt in descensu a coꝛꝑe in crura: ⁊ diuertūt illos ab vlceribus crurium q̄ iam ꝓximi sunt vt imbibant ipsa. ¶ In octaua tangit duas vtilitates ventosarū que posterioꝛi ꝑti coxarum affiguntur. Pꝛima est in apostematibus natiū curandis maxime si sanguinea vel cholerica fuerint ⁊ mundificatio totius coꝛꝑis pꝛecesserit ⁊ materia apostematis iam tota fluxa sit ⁊ cū scarificatione adhibeātur. Nam tunc eradicant violentia sui tractus partē materie talis apostematis: ⁊ naturam reddunt super residuo potentioꝛē. Secūda est in exituris natium id ē apostematibꝰ aꝑtis ⁊ saniosis vel vlceribus eaꝝ attrahendo siꝉ ⁊ educēdo coꝛruptos humoꝛes q̄bus imbibunꝛ ⁊ soꝛdidantur ⁊ nō permittūtur siccari emundari carne bona impleri ⁊ consolidari: ex parte enim situs i imo coꝛpoꝛis humoꝛes ad nates iam vlcere oppꝛessas facillime affluūt quas ⁊ clunes vocant ⁊ pigas medici. ¶ In nona assignat tres vtilitates quas p̄bent ventose sub poplite affixe. Pꝛīa est in cura pulsationis seu pulsatiui doloꝛis: que popliti euenit ex calido humoꝛe. puta ex sanguine vel ex cholera vel ex melancholia adusta: qui colectus ad apostema sentiri facit pulsationem insolitam seu pulsatiuum do-

⁊ exituris malis: ⁊ vlceribus putridis in crure ⁊ in pede. ¶ Et ventose super duas alcahab conferunt prohibitioni menstruoꝝ ⁊ sciatice ⁊ podagre. Ventose aūt sine scarificatione qñq; ponuntur ꝓpterea vt materia a parte sui motus ad oppositum distrahantur sicut cum mamillis superponuntur: ideo vt cursus sanguinis menstrui retineat͂. Et qñq; ponuntur vt apostema profundū ad exteriora trahatur: ideo vt medicamentum ad ip̄m facilius perueniat. Et qñq; requiruntur ꝓpterea vt apostema ad aliud mutetur mēbruz

lorem. Iuxta illud pricipis primi scd̄a summa scd̄a caplo.20. Causa vero doloris pulsatiui est apostema calidū ⁊ nō frigidū. Frigidū eñ quocunq; mō fuerit siue sit durū siue sit molle dolorē nō efficit: nisi in calidum cōuertatur: nec etiā dolor pulsatiu⁹ ex apostemate calido accidit nisi hoc modo. s. cū apostema ꝯtigerit ⁊ mēbrū quod ei est vicinū fuerit sentiens circa qd̄ existunt arterie q̄ semp pulsant. Cum enim membrū sanū fuerit mot⁹ arteriē ñ sentietur ꝓpter ipsius profunditatem: sȝ cum infirmatur et apostematur eius pulsatio dolorem efficit. Et in sedatione doloris istius dū materia iam fluxa ē ⁊ corpus purgatum conferunt vētose popliti supposite cū scarificatione extrahendo cām doloris illi⁹. Secūda est in exituris malis. i. apostēatibus saniosis apertis cruris et pedis diuertendo ab eis ⁊ educēdo malos hūores q̄ sꝫ in descēsu a corpe ad ea q̄b⁹ imbiberēt͂ ⁊ sordidarent͂ si libere ad ipsa crebro descēderēt. Et p exituras malas ītellige m̄ltū dolorosas saniē acute pate corroder͂ ptes vicinas. Tertia ē ī vlcerib⁹ mal̄ m̄ltū dolorosis ⁊ corrosiuis cruriū ⁊ pedū cuiusmodi est lup⁹: a q̄b⁹ ventose suo poplite posite diuertūt hūores calidos acutos ad ea tendētes de trunco corpis. ¶ In decima tāgit tres vtilitates vētosaꝝ sup duas alcahab appositaꝝ. Et intellige hic p duas alcahab duas cauillas. Vnā domesticam in interiori pte pedis. Aliā siluestrē in exteriori. Prima est in cura ꝓhibitōis seu retentōis indebite menstruorū. Nā dicte vētose trahūt sanguinē superius retentū versus matricē gerentes vicē in hoc phlebotomie sophene. Et sic hec phlebotomia in retentione ⁊ reuocatiōe magis ꝯfert q̄ phlebotomia sciatice: sic ventose cauille interiori supposite magis couferūt q̄ exteriori affixe. Scd̄a est in cura sciatice post phlebotomiā de basilica ⁊ purgationē corpis vlēm ⁊ in hoc vicarie sunt phlebotomie vene sciatice. Et sicut phlebotomia vene hui⁹ plus auxiliat͂ ī sciatica passiōe q̄ phlebotomia sophene: sic vētose cauille ext͂iori adhibite mag̾ ī hac ꝓsūt q̄ ī iteriori: Tertia est in cura podagre nō q̄dem in pricipio aut augmento: sȝ in declinatione ad extrahendū materiā incuneatā ī iūcturā vsus cutis supficiē: ne illic petrosef͂ ⁊ nodosam efficiat podagrā inhabilitantē iuncturam ad motuz ⁊ vix sanabilem. Iuxta illud ouidij. Soluere nodosam nequit medicina podagram.

d Ventose aūt sine scarificatōe. In hac q̄rta pte pricipali isti⁹ capituli p̄io recitat fines gr̄a quorū ventose sine scarificatōe adhibent͂. Secundo agit de vtilitatib⁹ vētosaꝝ inter anchas affixarū ibi [Et iter duas] Ter° d̄ vtilitatib⁹ vētosarū sup nates ibi [Vētose q̄] Et he due vltīe pticule magis attinēt tertie pti: sȝ vt neglecte illic huic īserūtur vel propter vicinitatē loci harū ventosarū cū loco illarū q̄ administrant͂ vt exitus ossis a iunctura anche ꝓhibeat͂. ¶ In prima pticula assignat. 6. fines gr̄a quoꝝ ventose affigūtur sine scarificatōe. Prim⁹ finis est vt materie fluentes preter naturā ad aliqd̄ mēbrū vel extra corpus diuertantur a suo fluxu ⁊ trahātur ad ꝯtrariū vt supponūtur mamillis vētose q̄tin⁹ mēstrua supfluētia retineāt͂. Iux̄ illd̄ hypo. āpho. 5. Mulieri menstrua si vis retinere sitiā maiorē ad mamillas appōe. Et gal̄. in cōmēto ait. Ad mamillas ventosas maiores iubet apponere: nec tñ apponēde sunt nisi subt⁹ eas ⁊ sup venas de vulua ascēdentes ad ip̄as. Maiores esse iussit vt magis ⁊ forti⁹ attraherēt. Et gal̄. lib. de phlebotomia ca. 15. iubet sup dextrū hypocondriū affigere vētosam in supfluo fluxu sāguinis ex nare dex̄: ⁊ sup sinistrū in supfluo sanguis fluxu ex nare sinistra dicēs. Dextra q̄dē igitur emorragizāte. i. cruētante nare q̄ ƀm dextrū hypocōdriū firmat͂ vētosa a pte sistit celeritur emorrogiaȝ. i. cruentationē: quēadmodū q̄ ƀm sinistrū emorragisante sinistra. Secund⁹ finis est vt trahat͂ apostema qd̄ est in interiori pte corpis ad ptē exteriorē: q̄tinus medicamēta q̄b⁹ resoluat͂ aut maturet͂ facil⁹ ⁊ ꝓximi⁹ ad ip̄ȝ ptingāt. Iux̄ illud raf͂ in toto ꝯtinēte. Vētose apponant͂ apostēati ad attrahendū ip̄m ad superficiem corpis. Et vētose interdū in squinan-

qd̄ ignobilius in vicinitate existit. Et quandoq; requirūtur propterea vt membrum calefiat ⁊ sanguis ad ipsum trahatur ⁊ ipsius resoluātur ventositates. Et quandoq; requirūtur ꝓpterea vt membrū ad suum naturalem locum reducatur a quo remotum fuit sicut fit in ruptura inguinis. Et quandoq; requiruntur: ideo vt dolor sedetur sicut cum superponuntur ilico vmbilico in dolore cholice vehementer cogēte: ⁊ ī vētositatib⁹ vētris ⁊ in doloribus matricis q̄ accidunt apud motus menstruoruȝ ⁊ ꝓprie in adolescentibus.

tia collo apponūtur vt p eas vie ciboꝝ ⁊ aer̾ aꝑiant͂ tractis hūorib⁹ ad exteriora. Et ad eūdē finē cū scarificatōe affigi pñt. Iux̄ illd̄ p̄n. tertij. 10. tra. 5. c. 1. Et qñq; ponunt͂ vētose sup pect⁹ cū scarificatōe etiā ita vt attrahat͂ materia ad exteriora ⁊ mioret͂ ⁊ p p̄e cū p̄missa fuerit phlebomia. Terti⁹ finis ē vt apostēa d̄ loco ipsius mutet͂ ad mēbrū sibi vicinū vl̄ colligatū quod est eo ignobili⁹ in vicinitate mēbri p̄ncipal̄ vt bochiū subascellarū epidimiale cū vētosa interduȝ trahit͂ ad brachiū vt a corde amplius distet min⁹ eī fumās ad ipsuȝ. Et bochiū inguinis epidimiale qñq; ventosis ad coxas trahit͂ vel tibias aut pedes vt distanti⁹ ab epate fiat ⁊ min⁹ opp̄mat fumis venenosis. Et ad hoc ꝓpositū qñq; vidi sanari aliq̄s de bochio inguinis ex radice herbe que pes corui dicitur contrita ⁊ ligata stricta super pedem que sicut ventosa vel vt cauteriū trahit ⁊ adurit. Quart⁹ finis est vt mēbrū illd̄ cui suppōit͂ ip̄a vētosa sine scapellis vel ei ꝓximū idē calefiat ⁊ bon⁹ ad ip̄m trahat͂ sanguis ⁊ vētositates ei⁹ resoluat͂. Nā vētose sine scarificatōe adhibite calefaciūt ⁊ desiccāt. Iux̄ illud raf͂ in toto ꝯtinēte cap̄. de plebotomia ⁊ vētosis. Vētose q̄ fiunt absq; scarificatōe calefaciūt ⁊ desiccāt: sȝ q̄ fiūt cū scarificatiōe īfrigidāt ⁊ desiccāt eo q̄ euacuāt sanguinē ⁊ sp̄m. Et ad itētionē calefaciēdi iubet p̄n. in palysi vētosas apponere tertij. 2. ca. 4. dicēs. Eis p̄terea. s. paliticis ꝯfert positio vētosaꝝ sup capita lacertoꝝ absq; īcisiōe: sȝ post euacuationē ꝓpterea q̄ calefac̄ lacertos. Et fortasse nec̄ia erit īcisio aliq̄. Et oȝ vt vētose stricta habeāt capita ⁊ suspēdant͂ cū igne m̄lto ⁊ forti ⁊ laboriosa suctiōe ⁊ remoueant͂ velocit͂. Cū g̊ vētose adhibēt͂ oȝ vt sepati ponant͂ sup loca pl̄ima si mollificatio ē pl̄imū sepata: ⁊ si nō ē pl̄ima ponāt͂ ꝯiunctim. hec p̄n. ibi. Quint⁹ finis ē vt mēbrū qd̄ remotū fuit a ꝓpo loco sibi nāli p vētosam affixā pti ꝯrie illi ad quā declinat ad suū ꝓpriū reducat͂ sitū: sic qñq; fit in ruptura īguinis: in q̄ itestini ps in osseū descēdit ⁊ nec ī somno nec ī vigilijs ad ꝓpriū sitū redire valet. Tūc ei vētosa sup illd̄ inguē cū igne adhibita suo forti tractu ptē intestini ab osseo ī suū reducit locū. Aliud exēplū ē d̄ matrice q̄ suffocationē patiēs relicto loco ei⁹ ad supiora tēdit: ⁊ tūc vētosa īferi⁹ ī fundo vētris sup pectinē posita reddit eā suo nāli loco: ⁊ qñq; īferi⁹ p̄cipitata p vētosaȝ fixā sub vmbilico supi⁹ trahit͂ ad ꝓpriū locum: ⁊ qñ declinat ad alterū laterū vētosa adhibita lateri opposito reducit eā. Aliō exēplū ē de ossib⁹ thorac̾: q̄ cū violētia casus vl̄ pcussiōis īteri⁹ depulsa tractu vētose redeūt ad suū locū nālē. Et coste silr̄ ⁊ ēt spōdiles. Sext⁹ finis ē vt p vētosā sine scarificatōe adhibitā dolor sedet͂. Et hūc finē q̄druplici ex° d̄clarat h̄ p̄n. Pri[m] ē ī dolore colice vehemt͂ cogēte. i. īfestāte egrū vel īpellēte ip̄ȝ ad cito occurrēdū quē vētose ilico vmbilico affixe mitigare solēt exhēdo vi sua grossas vētositates q̄ acerrio dolore intestīa torquēt. Iux̄ illd̄ p̄n. tertij. 16. trac. 4. c. de cura colice frigide. Et qñq; sufficit ponere vētosas cū igne sup locū dolor̾. Secūdū ē ī dolore īducto ex vētositatib⁹ vētr̾ vt ī tipanite. Iux̄ illd̄ p̄n. tertij. 14. trac. 4. ca. d̄ cura tipanit̾. Et qñq; necariū ē ponē vētosas euacuatiuas sup vētrē ei⁹ m̄ltoties. Et ga. 12. d̄ ingēio. c. vlt. ait. Dolor aūt q̄ fit ex vētositate ꝓp̄ā h̄ȝ medicinā. Vētosa ei sepe erit ponēda cū igne. m̄ltū eivalȝ. Vētositas eivbicūq; fuerit vētosa apposita sanitas r̄staurabit͂ si sit sola vētositas: si āt cū mā fuerit cōmixta q̄etē hēbit īfirm⁹ ex vētosa postea tñ dolor efficiet͂. Ter[m] ē ī dolorib⁹ eueniētib⁹ apd̄ mot⁹ seu eruptōes mēstruoꝝ ⁊ matrici ī adolescētib⁹ puell̄. ¶ Attēde q̄ sepe mulieres pigues grossoꝝ hūoꝝ ⁊ puaꝝ venaꝝ dolēt vehemēter renes ⁊ matricē qñ sibi

sua aduenĩũt menstrua: qꝛ sanguis menstruus pre grossicie sua erũpere nequẽs vel vix erũpens hec membra distendit. Et id ꝓci pue puellis ꝯtingit propter paruitatẽ suarum matricum ꝛ suarũ venarũ ac stricturam fortem tam orificioꝝ venarum matricis ꝙ colli ipsius. Et ad mitigandũ predictum dolorẽ conferunt vẽto-

Et super laxitatez partis exterioris coxe sicut fit in sciatica: ꝛ cum timet ossis exitus a iũctura. ¶ Et inter duas anchas prosunt duabus anchis: ꝛ duabus partibus interioribus coxarum: et emorroidibus: ꝛ habenti rupturam inguinis: ꝛ podagricis. ¶ Venose quoqꝫ super nates posite a toto corpore attrahũt. Et a capite ꝛ conferũt intestinis: ꝛ mẽstruorum sanant corruptionem: ꝛ alleuia

se sine scapell superposite pectini: quia trahunt sanguinem cum velocitate ad inferiora et suo calore subtiliant menstrua aperiẽtes ora illa venarum per que sanguis mẽstruꝰ erũpere solet. Quartũ exẽplum est ĩ sciatico dolore vbi precedentibus purgationibus totius corporis sufficientibus vẽtose adhibentur sup laxitatem exterioris partis coxe id est super locum vbi extremũ coxe qḋ vertebrum dicitur laxe collocatur et non firme figitur in pixide sua que vocatur scia: sicut ĩ sciatica talis fit laxitas vel appositio ventosarũ talium. Et similiter fit cuz timetur ne os egrediatur a propria iũctura ꝓpter muscilagines: aut humiditates imbibentes eam. Nam ventose affixe loco predicto trahunt humiditates ad superficiẽ ex profundo iuncture ꝛ resoluũt eas ꝛ firmant iuncturam sua siccitate. Juxta illud rasis in toto continẽte. Ventosa cum igne posita super ancham cõfert in sciatica. Ad hunc sextum finem reduci possunt ventose superposite auribus ad extrahendũ ab eis aliq̄d extraneum vel orificijs vlcerum ꝓfundorum ad extrahendũ ab his vel ferrum relictum vel squirlas ossium vel virus corruptũ. Et ventose sub renibus affixe vel vritidibus poris ad faciendũ descendere lapidem fixum vel coartatum in eis. Et ventose superposite morsui canis vel lupi rabidi ꝛ alijs morsibus vel puncturis animaliũ venenosorum ad sugendũ venenum ab eis ꝛ ad prohibendũ ne transeat ad cor. Vel reduc ad fines secunduz ꝛ tertium: vel statuas eis modo dictos fines vt principales. Est ꝛ alius finis vt mẽbruz occultum vel passio occulta manifestetur: vt vẽtosa ponitur super ani marginẽ: quatinus exeat ꝛ inuersetur ꝛ manifestẽtur surde emorroides vel vlcera ipsius q̄ priꝰ occultabanť: velvt ano educto cauterisentur aut stricte ligentur dicte emorroides ne fluant amplius. Quẽ reduc si vis ad sextum ex dictis: qꝛ fit hoc totum vt dolor sedetur: ꝫ ex quibusdam similitudinibus ad tertiuz modum reduci possit. ¶ In secũda assignat quinqꝫ vtilitates vẽtosis adhibitis inter duas anchas: scilicet in infimo dorsi super ossa caude que dicuntur albosos. Prima vtilitas est qua cõferũt anchis dolore oppressis siue ventositate siue humoribus post purgationes vniuersales trahendo ex profundo iuncturã ipsarũ quod ipsas molestat ad exteriora. Secunda est qua prosunt duabus ptibus interioribus coxarum vel dolorosis vel vlcerosis vel apostemosis attrahendo humores qui defluũt eis ex trunco corpis ꝛ extrahendo aliquid de iaz ad eas fluxis. Tertia est in cura emorroidarum maxime surdarum nõ fluidarum: ĩmo tumidarum extrahendo aliquid sanguinis quo tument post phlebotomiã de basilica. Quarta est in cura rupture inguinalis subleuando id vi sue attractionis quod in osseum descendit ex intestino vel zirbo Quinta est in cura podagre prohibendo descendere humores a corpore in pedes hos sibi attrahẽdo. Et in exhibitione haruz vtilitatum efficaciores sunt adhibite cũ scarificatione ꝑterqꝫ in quarta. ¶ In tertia refert quinqꝫ vtilitates vẽtosarum superpositaꝝ natibus. Prima est attrahere sibi ꝛ educere a toto corpore peccãtes hũores precipue subtiles sanguĩeos aut cholericos. Quia ad clunes in infimo corporis sitas naturali grauitate humores facile descendunt ꝙto magis cum violentia ventose trahuntur. Item clunes magnam habent colligãtiã cuz omnibus principalibus membris mediantibus ramis notabilis magnitudinis ab eis susceptis. Secunda est attrahere ꝛ educere humores a capite q̄ iam sunt in eo vel in via ad ipsum vel dispositi ascẽde-

tur per eas corpus. Et dicemus[e] quidem ꝙ in ventosis cũ scarificatione tria existunt iuuamenta. Primũ eoꝝ est euacuatiõis ex ipso membro. Et secundũ est repositionis substantie spiritus ne euacuationẽ humoris q̄ educitur sequẽdo euacuetur. Et tertium est qm̄ non curatur vt a principalibꝰ mẽbris fiat euacuatõ. ¶ Scarificatio ṽo est ꝓfundãda vt ex ꝓfundo sanguis trahať. Locꝰ ꝑterea[f] vbi

re ad caput: ideo cõferunt in mania ꝛ melancholia maxime dum fiunt a causa cerebro cõmunicata ab inferioribus vel ex retentione mẽstruorum aut emorroidum precõsuetarum. Tertia est qua intestinis conferunt frigore oppressis vel grosso vento vel humore aliquo tunicis eorũ arcte intercluso. Nam q̄ ministranť sine scapellis ventũ resoluunt ꝛ frigus depellunt. ꝛ que cum scapellis humores extrahunt: ꝛ deducunt eos ad inferiora. Quarta est q̄ sanant menstruoruz corruptionem: vł qꝛ educũt mẽstrua corrupta in matrice retenta vt in suffocatõne eius ex menstruo corrupto: vel quia aperiunt ora venaruz que menstrua effundunt: vel qꝛ dilatant collũ matricis. Quinta vtilitas ad primã sequitur. Nam qꝛ he ventose a toto corpore trahunt ꝛ educũt peccantes humores consequẽs est per has vniuersum corpus alleuiari si oppssum fuerit cõmuni repletione.

e Et dicemus quidem. In hac quinta pte principali istius capituli ꝑmo agit de vtilitatibus ventosarum cum scarificatione. Secundo de modo scarificandi ibi [Scarificatio vero] ¶ In prima pticula tangit tres vtilitates ventosaꝝ cum scarificatione. Prima est vtilitas euacuationis peccantium humoꝝ primo ex ipso mẽbro qḋ ventosatur ꝛ scarificatur: ꝛ ex ꝯsequenti ex membris vicinis. Et in hoc differunt a vẽtosis illis q̄ sine scapellis administranť q̄ nullum humorẽ a corpore educũt. Secũda est vtilitas repositionis. i. custodie seu conseruationis sbe spiritus: vt non sił euacuetur in sequẽdo euacuationẽ humoris q̄ per plagas scarificationis educitur: vt in phlebotomijs sba spiritus euacuať cum sanguine q̄ exit: ideo ventose non sic debilitant mẽbrorũ virtutes vt phlebotomia. Juxta illud rasis. 7. almanso. capło de ventosis. Ventose sanguinẽ non extrahũt nisi ex puis venis in carne dispersis: ideoqꝫ vt minutio virtutẽ non debilitant: licet corpis minuant repletionem. Reponiť aũt sub ventosis spũs vt loca repleat humore inanita: nec inťtus effluit sub ventose latebris vt in phlebotomia aeri congaudẽs et serenitati velut suo simili. Et si quis spũs cum ventosis effluat ille modicus est: qꝛ non a magnis vbi plus abundat sed a puis venis in carne dispersis tractus educitur vna cũ humoribus in eis contentis. Tertia est. qꝛ in administratione ventosaꝝ cum scarificatione nõ curatur. i. nõ habetur sollicitudo neqꝫ timor ꝙ a membris principalibus euacuatio fiat: videlꝫ tanta ꝛ talis depauperatio sanguinis ꝛ spirituũ vt inde deficiant queadmodũ timemꝰ in phlebotomia. Nam regulariter ꝛ vt in pluribus ventose euacuant a superficie corpis plusqꝫ a ꝓfundo. Dico vt in pluribus: qꝛ de ventosis cruribus appositis dicit rasis septio almansoris. Qꝛ plerumqꝫ sincopis ex eis accidere consueuit. ¶ In scda dicit ꝙ scarificatio q̄ fit in applicatione ventosaꝝ profunda faciẽda est vt trahatur sanguis ex profundo corporis maxime in locis multũ carnosis vt supra clunes vel intra coxas. ¶ Attende ꝙ ventose cuz scarificatione qñqꝫ adhibentur vt clausos humores sub cute euacuent sicut in scabie vel in pruritu vel in impetigine vel in serpigine. Aliquando vt vicem phlebotomie teneant ꝛ sicut ipsa sanguinẽ educant ex ꝓfundo corpis. vt vẽtose in collo vices gerũt phlebotomie cephalice: ꝛ inť spatulas phlebotomiꝫ mediane: ꝛ super renes phlebotomie basilice. Verbigra si tibi occurrat puer pleureticꝰ sub etate. 13. ãnoꝝ vel ꝑgnãs pleuretica scis ex iã dictis ꝙ istos nõ debes phlebotomare: ꝫ in his ventosis vice phlebotomie tute potes vti. Vẽtosas igiť adaucter adhibe super ptẽ interiorẽ oppositi brachij cũ scarificatõe satis ꝓfũda loco phlebotomie: sic egri ṽtutem saluã custodies ꝛ morbi cãm vehemenť minues. Et si dictis pueris inguinale bochiũ ꝛ epidimiale supuenerit ventosas adhibe cruribꝰ ipsius ꝓfundãs in eis scarificatões. In morbis igitur intercutaneis superficietenus solum scarifica dum ventosas adhibes in interioribus vero vt in apoplexia vel in pleuresi vel peripneumonia plus ꝓfundanda est scarificatio.

f Locus ꝑterea. In hac pte sexta pmo agit de q̄busdã incõuenietibus que vẽtose inferunt. Scdo de remedio ibi [Pannꝰ igiť] Tertio de loco cui frequtiꝰ hec ex vẽtosa accidunt ꝛ modo euitãdi ibi [Et hoc quidez] ¶ In pma pticula dič ꝙ locus vbi vẽtosa apparet. i. clare impmit suire

stigium ⁊ fixa adheret quãdoq; apostemat̃ id est intumescit sic ꝙ concauitas ventose repletur tumescente carne vltra orificium in lata parte eius. Et ad istud inconueniẽs sequitur aliud videlicet ꝙ difficile fit ad remouendum ipsam: ita ꝙ dum tempus leuandi affuerit: quia satis traxit leuari non poterit: ideo ꝙ caro que tumefacta est in concauo ipsi' per eius os strictum redire non potest. ¶ In secunda dic̃ ꝙ ad remouẽdũ istõ duplex incõueniens accipiendus est pannus lineus aut laneus ĩfusus in aq̃ tepida dulci declinãte modicum ad caliditatem vel spongia tenera taliter infusa: ⁊ cum altero horũ fiat embroca seu fomentatio circa os ventose qua resoluatur pars ventositatum ⁊ partes humorum subtiliores quibus caro tumet circa ventosas ⁊ intra ventosas vt ventosa libere leuari possit.

ventosa apparet ⁊ adheret q̃ñq; apostematur: ⁊ fit difficile ad ipsã remouẽdã. ¶ Pann' igit̃ aut spõgia ĩ aq̃ tepida infusus q̃ caliditati atticat sumat̃ ⁊ cũ eo in circuitu fiat embroca ¶ Et hoc quidem frequenter cõtingit cum super mamillarũ partes ventosas ponimus vt sanguis mẽstruorum fluxus ⁊ ex narib' arceatur: q̃propter super ipsas mamillas eas ponere non debemus. Cunq; locus[s] ventose inungetur propere ipsã suspende: ⁊ nõ tardes: sed ad scarificandũ festina: sitq; prima positio leuis

¶ Attende ꝙ sub ventosa fortitudine sui tractus quãdoq; nascitur verũ apostema stabile ⁊ fixũ qđ etiam permanet remota ventosa. Et tali non sufficit embroca nunc dicta: immo requiritur euacuatio de parte apposita: deinde resolutio vel maturatio. Et quãdoq; nascit̃ tumor q̃dã carnis siñis apostẽati: q2 caro rarefit ⁊ ipsius pori replẽtur fumis vento aut vaporibus. Et talis tumor per embrocam dictã non primo occursu: sed ꝯtinuatã passiõ resoluitur. ¶ In tertia dicit ꝙ frequenter accidit hoc apostema cum ventosas ponimus super mamillas vt arceatur seu retineat̃ flux' menstruorum vel sanguinis narium. Et hoc ideo est q2 caro mamillarum spongiosa est facile suscipiens dilatationem. Et hac de causa ventosa non debet directe affigi super mamillas: immo sub eis puta super venas a matrice ad eas directe ascendentes: sicut galienus nos predocuit amphorismoꝝ quinta cõmento illius canonis. Mulieri menstrua si vis retinere sitiam maiorem ad mamillas appone.

g Cunq; locus ventose inungetur. In hac parte septima primo agit đ modis seruandis in appositione ⁊ remotione ventosarum. Secũdo de hora cibandi ventosatum ibi [Et oportet quidem vt ventosatus] Tertio de etatibus in quibus ventose conuenire possunt ibi [Infans preterea in tertio anno] Quarto de generali vtilitate vẽtosarum ibi [In ventosis quoq; fit securitas] Quinto de regimine cholericoꝝ post ventosas ibi [Et cholericus quidem ventosatus] ¶ In prima particula pͥmo innuit locum ventosandum debere inungi vt lenis effectus ventosa oppressus minus doleat ⁊ tacta igne cutis nõ vesicetur neq; corrugetur neq; findatur. Secundo iubet inuncto loco proprie absq; mora ventosam appendere: sic ꝙ non valeat colligere aerẽ: sꝫ vndiq; ilico fortiter hereat vt fortius trahat. Tertio precipit ꝙ nõ tardetur applicatõ eius vt non tereatur ventosandi animus mora cogitandi circa dolores vehemẽtie tractus ⁊ scarificationis vel non tardetur eleuatio eius: sed id infra innuit sub verbis illis. ⁊ cito remoueatur ipsa. Quarto precipit leuata ventosa ꝙ festinetur ad scarificandũ dum tumet cutis ⁊ sub ea adhuc sunt attracti humores: sic minus dolebit scarificanda pars ex scarificatione ⁊ leuius effluent humores attract̃ vulnerata cute q̃ post residentiam tumoris cutis et reditum humorum ad interiora. Quinto precipit ꝙ prima appositio ventose sit leuis id facilis suauis scilicet cum pauco igne ⁊ remissa attractione: ne natura territa sustinere refutet iterationem: ⁊ ne violentia prime attractionis ante scarificationẽ apostumetur pars scarificanda vero apostemate prohibente liberum sanguinis exitum. Sexto precipit ꝙ ventosa cito remoueatur in prima appositione ipsius: ne naturã terreat dolorem exaugeat ⁊ locum apostumet tracto humore multo priusq̃ facta sit sibi via exitus scarificatione. Septimo precipit ꝙ sm ordinem gradatim tradetur remotio ventose ⁊ tolerantia: sic ꝙ diutius adherens maneat ⁊ toleretur secunda vice q̃ prima ⁊ tertia q̃ secũda. Nam sic facilius fert eam natura cui gradatio amica est. ¶ In secunda dicit ꝙ ventosatus est reficiendus cibo post vnam horam: scilicet lapsa vna hora a tempore ventosationis. Et illud intellige de ventosatis in hora electa: scilꝫ secunda

aut tertia post solis ortum digestione completa ⁊ superfluitatibus expulsis. Nam per vnam horã post ventosationẽ natura indiget refocillatione dolores cessarunt qui digestionem ciborum assumptorum impedire possent si preassumerentur ⁊ iam residerunt conturbati humores tractu ventose. Sed si aliqua necessitate vẽtre pleno alicui vẽtosa applicet̃ nõ debet refici p' vnam horam. ¶ In tertia particula dicit ꝙ infans ventosetur transact̃ duob' annis ab hora natiuitatis vt in tertio anno et post tertiũ vsq; prope finẽ etat̃ senij. Nõ enim ventose deijciunt virtutem neq; depauperãt mẽbra principalia spiritu ⁊ sanguine sicut phlebotomia propter dictas causas: ideo ventose cõceduntur ei post annũ secũdum vt in tertio ⁊ vltra phlebotomia vero nõ ei conuenit ante .14. licet auenzoar excellens medicus phlebotomauerit vnũ suorum filiorum triũ annorum. Iuxta illud auerroys septimo colliget capitulo tertio. Sꝫ non debemus minuere vsq; ad duas septimanas annoꝝ sm gal. q̃uis natura egritudinis requirat hoc manifeste. Et dixit auẽzoar. Ego vnum meũ filium trium annoꝝ phlebotomaui ⁊ euasit a morte. Sed infans vnius anni nõ debet ventosari: q2 tener valde est velocissime resolutionis: eo ꝙ creatus est in fine lunositatis et humiditatis: et non est diu ꝙ fuit sperma sanguis ⁊ spiritus vaporalis: vnde impos redditur tolerare dolores tractus ventosarum ⁊ scarificationẽ ⁊ euacuationẽ sanguinis ab eis.

⁊ cito remoueatur ipsa: deĩde sm ordinem tardetur ipsius remotio ⁊ tolerantia. ¶ Et oportet quidem vt vẽtosatus post vnam horam cibetur. ¶ Infans preterea ĩ tertio anno vẽtosetur ⁊ post trãsactis duobus annis: qm̃ prorsus non debet ventosari cũ est vnius anni. ¶ In ventosis quoq; fit securitas ne materie ad inferiora descendãt. ¶ Et cholericus quidem ventosatus post ventosam comedere debet grana mali granati et succum ipsorum et succũ scariole cũ zuccaro: aut luctucas cũ aceto.

¶ In quarta dicit ꝙ securitas ex ventosis fit ne materie descendant ad inferiora id est dum timetur ne materie peccantes ab exterioribus ad interiora procedant ventose adhibite nos securos reddunt ab isto incõmodo. Quia vehementer ⁊ impetuose trahunt materias ab interioribus ad exteriora vt in morsu canis vel lupi rabidi vel hominis rabidi vel aliorum membrorum venenosoꝝ ventosa affixa loco morsure non sinit venenum procedere ad coꝛ: ⁊ in antracibus ⁊ carbunculis malis venenosis prope cor affixa trahit exterius venenositatem que sua natura contendit ad coꝛ vt ipsum interimat. ¶ Attende ꝙ princeps hic interiora vocat inferiora comparatione ad cutem que eis superiacet ⁊ qua teguntur: ⁊ motum humorum acute interius descẽsum vocat eodem respectu. Possumus tñ hic intelligere per inferiora tibias ⁊ pedes ad quos materias descẽdere prohibent a superiorib' ventose affixe natibus aut coxis: sicut si riuum directe fluentẽ in medio cursus ad alterum laterũ eius diuerteres. ¶ In quinta commendat cibos quattuor cholericis ventosatis. Primo quidem grana granatoꝝ nõ quidem dulcium: sed acetosoꝝ vel musorum que choleram reprimũt ⁊ prohibent cursum superfluitatũ ad viscera vt ait princpes secundo huius capitulo de eis. Secundo sic cum dictoꝝ granatorum q̃ facilius q̃ grana labitur ad epar ⁊ venas repressurus cholerã. Tertio succum scariole cũ zuccaro. Et ẽ scariola sm modernos velut lactuca agrestis: nisi quia in dorso costarum habet paruas spinas ⁊ pro endiuia ponitur. Et sedat nauseã ⁊ excitationẽ cholere: vt ait princeps secũdo huius capitulo de endiuia. Quarto lactucas intictas in aceto. De quibus scribitur secũdo huius capitulo de eis. ꝙ cõferunt caliditati stomachi ⁊ inflamationi ei': ⁊ acceptio earũ cum aceto facit appetitum. ¶ Attende ꝙ isti cibi cholericis ventosatis magis ministrantur via medicine q̃ via cibi: q2 eorum sanguis inflãmari paratus ⁊ totũ corpus violẽtia tractus ventose inflãmant̃: ⁊ ad febres putridas vel ad ephimeras valde disponũtur. Ideo statim post ventosationem ministrari debent predicti cibi nõ post vnã horam sicut cibi puri.

Figura locorum quibus cõmuniter ventose affiguntur: ⁊ vtilitatum ac nocumentorum que corpori prestant fm hec loca.

- Vẽtose affixe
  - In anterioribus capitis
    - Sensum ⁊ intellectum impediunt.
  - Sup nocrã q̃ ẽ mediũ colli
    - Sunt vicarie vene nigre
    - Prosunt grauitati superciliorum
    - Alleuiant palpebras.
    - Prosunt scabici oculorum.
    - Prosunt fetori oris.
    - Obliuionem hereditare faciunt.
  - In ĩfimo colli qd̃ alcheil dr
    - Vicem tenent basilice.
    - Prosunt doloribus humorum ⁊ gule.
    - Prosunt egritudinibus pectoris sanguineis.
    - Prosunt spasmo sanguineo.
    - Debilitant os stomachi.
    - Generant tremorem cordis.
  - In supremo colli quod dicitur alchadam
    - Sunt vicarie cephalice.
    - Conferunt tremori capitis.
    - Et membris que sunt in capite.
    - Propter eas accidit capitis tremor.
  - Inter duas spatulas
    - Prosunt morbis pectoris sanguineis.
    - Prosunt spasmo sanguineo.
    - Debilitant stomachum.
    - Generant tremorem cordis.
  - Super crura
    - Sunt propinque phlebotomie.
    - Mundificant sanguinem.
    - Prouocant menstrua.
    - Sũt meliores phl'omia sophene mulierib' albis ⁊ laxis i ꝓuocatõe mẽstruorũ.

- Vẽtose affixe
  - Super occiput ⁊ summitatem capitis.
    - Conferunt amentie ⁊ scotomie.
    - Et tardant canos fm quosdam. Hec quibusdam faciunt in aliis non.
    - In plurimis accelerant canos: ⁊ impediunt intellectum.
    - Conferunt egritudinibus oculoꝝ vt scabiei pustulis ⁊ egressioni vuee.
    - Faciũt hereditare stupiditatẽ ⁊ obliuionẽ ⁊ maliciã cogitationũ ⁊ egritudines ꝑmanẽtes.
    - In cataracta nocent ⁊ quandoq; iuuant.
  - Sub mento
    - Prosunt dentibus faciei ⁊ gutturi.
    - Mundant caput ⁊ mandibulas.
  - Super renes
    - Conferunt apostematibus ⁊ pustulis coxarum.
    - Et scabiei ⁊ podagre ⁊ emoroidibus.
    - Et elephacie ⁊ vẽtositatib' vesice ⁊ matricis ⁊ prurituі dorsi
  - In anteriori pte coxarũ
    - Conferunt apostematibus testiculorum.
    - Et vulneribus coxarum ⁊ crurium.
  - Sup posteriorẽ ptẽ coxaꝝ
    - Apostematibus ⁊ exituris natium conferunt.
  - Sub poplite
    - Conferunt pulsationi poplitis ex calido humore.
    - Et exituris malis ⁊ vlceribus putridis in crure ⁊ in pede.
  - Sup cauillas q̃s vocat alchahab
    - Conferunt prohibitioni menstruorum
    - Et sciatice: ⁊ podagre.
  - Inter duas anchas
    - Prosunt duabus anchis ⁊ duab' ptibus interiorib' coxaꝝ
    - Et emoroidibus: ⁊ in ruptura inguinis ⁊ in podagra.
  - Super nates
    - Attrahunt a toto corpore ⁊ a capite: ⁊ cõferunt intestinis
    - Et mẽstruoꝝ sanãt corruptõez: ⁊ alleuiatur p eas corpus.

Figura finium propter quos ventose cum scarificatione et sine scarificatione applicantur.

- Vētose cū scarificatōe applicant
  - Ut euacuent materias ex particula patiente.
  - Ut custodiant substantiam spiritus ⁊ non educatur cum humoribus.
  - Ut assecurent nos ab inanitione principalium membroꝝ tam ex sanguine q̄ ex spiritibus.
  - Et sunt fortiores q̄ siue scapellis ī diuersiōe fluctiū hūoꝝ ⁊ eductōe cuiuscꝫ matie p̄terq̄ vētose.
- Vētose sine scarificatōe applicāt
  - Ut materie fluentes ad contrarium trahantur.
  - Ut apostema profundum trahatur ad exteriora.
  - Ut apostema mutetur ad aliud membrum ignobilius sibi vicinum.
  - Ut membrum qđ ventosatur calefiat ⁊ sanguis sibi attrahatur ⁊ ventositates eius resoluātur.
  - Ut membrum remotum de proprio loco ad ipsum reducatur.
  - Ut dolor sedetur.
  - Et sunt fortiores vbicꝫ locorum in remotione ⁊ eradicatione grossarum ventositatum.

¶ De sanguisugis. Caplm. XXII.

Adi dixerunt ꝙ in quarundaꝫ. In hoc capitulo primo agit đ sanguisugis vitandis. Secundo eligendis ibi Sed illas elige que in aquis colliguntur Tertio de comparatōne earuꝫ ad ventosas ibi Extractio preterea sanguinis Quarto de preparatione earum ⁊ loci sue applicatiōis ibi Et ipse quideꝫ anteq̄ ponantur Quinto de modis faciendi eas cadere cū satis suxerūt ibi Cūcꝫ plene Sexto de remotione malicie derelicte ab eis loco vñ suxerunt ibi Et melius quidem est Septimo de restrictiōe sanguinis si superfluxerit post earum casum ibi Or si sanguis non constringetur Octauo de iuuamētis sanguisugarū ibi Appositio preterea sanguisugaꝝ

¶ De sanguisugis. Caplm. XXII

Adi dixerunt ꝙ in q̄rundā sanguisugaꝝ natura existit venetositas. ¶ Ab eis igitur cauendum est q̄ sunt ex genere magna habentiū capita ⁊ quarum colores sunt antimoniales ⁊ nigri: ⁊ quaꝝ color ē viridis: aut q̄ sunt lanuginem habētes ⁊ similes mezameiꝫ: ⁊ sup quas existūt fila coloris azuli: ⁊ quarū color similatur madion. ¶ In omnibus eñ istis existit venenositas ⁊ pueniūt ex eis apostemata et sincopis et sanguinis fluxus ⁊ febris ⁊ laxitas ⁊ vlcera mala. ¶ Eas quocꝫ nō accipias ex aq̄s malis ī q̄b⁹ limus aluei est niger et cenosus

g Occultoꝝ aũt. In hac pte septima pͥmo agit de cura apͣtuꝫ interioꝝ p euacuatões τ regimẽ. Scdõ de applicandis sup ea in principio sui ibi [Postea in pͥncipio] Tertio de stipticis miscẽdis cuꝫ resolutiuis in tpib⁹ alijs in q̃b⁹ cõpetit resolutio materie ibi [Eunq3 hora resoluẽdi] Quarto de q̃litate τ ṽtute mollificantiũ subtiliũ tũc ꝯuenientiũ ibi [Oportet etiã] Quinto de cibis τ hora cibationis in eis ibi [Et ea quidẽ] Sexto de piculo saniatõis apostematũ interioꝝ τ ꝙ meli⁹ est ea resolui ibi [Cui aũt sintoma] Septio de remedijs apͣtũ ĩterioꝝ p⁹ coꝝ aptõeꝫ ibi [Qr si si aperta] Octauo de duab⁹ cautelis circa tumores q̃ sub ventre sunt ibi [Est preterea] ❡ In prima pticula dicit pͥmo ꝙ materia apostematũ interioꝝ occultoꝝ vt pleuresis frenes peripneumonie dꝫ pͥmo minui p phlebotomiã τ solutionẽ vẽtris. Per solutõnem qͥdẽ ventris si ꝯstipatus venter egri fuerit vel aliq̃s humorum ali⁹ a sanguine supexcreuerit vel apͣa auxerit vel genuerit. Per phlebotomiã ṽo nõ eiusdẽ ptis neq3 ꝓpinq̃ ad apͣa: ſꝫ ꝯtrarie grͣa diuersionis fluentiũ hũoꝝ ad apͣa. Nec p intestina soluẽdus est vẽter si tumida fuerit vel apostemosa. Iuxͣ illd ga. 13. ꝺ ingenio ca. 6. Ratio demõstrat materiam ab eis ad remota loca remoueri debere τ nõ vt mã aliunde attrahat ad ea. Silr solutio ventris inutilis erit intestinis tumefactis. ❡ Attende pͥmo ꝙ intrinseca apͣata vix cognoscunt nisi a subtili ingenio τ expto circa anatomias τ vtilitates pticulaꝝ. Iuxͣ illd ga. ca. 6. libri de apͣatibus ad glauconẽ. Eas q̃dẽ igr̃ q̃ in appentibus pticulis corpis phlegmones patũ est cognoscere. Eas ṽo q̃ in nõ appentib⁹ corporis pticul q̃ τ febres inferunt oĩno nõ adhuc silr. Sꝫ vt mihi videtur mẽte valde subtili hec tal eget dinotio expientiaq3 natu re pticularũ quã ex anatomia sil τ certa sciã actuũ .i. vtilitatũ adipiscunt. ❡ Attende scdõ ꝙ lꝫ mã apͣatũ interioꝝ p̃cipue calidoꝝ in sui pͥn° sit indigesta. cõuenit tñ tũc miorͣtio materie tã ꝯiũcte ꝙ antecedẽt vt nã alleuiet τ sup resolutiõe vel maturatõe residui potentior fiat. Iuxta id hypo. ampho. scda. Inchoãtib⁹ morbis si qͥd videt mouẽdũ moue ĩ statu ṽo silẽtiũ hr̃e melius est. Quia circa principia τ fines oĩa imbecilliora: circa ṽo status fortiora. Natura etiam tunc non est resoluta neq3 deiecta violẽtia morbi cũ pͥmũ incipiat: q̃re tũc meli⁹ suffert τ dirigit euacuationẽ. ❡ Attende tertio ꝙ in apͣatib⁹ acutissimis interioꝝ qñq3 a pͥncipio cõgruit phlebotõia exq̃sita vsq3 ad mutationẽ coloris sanguinis a vena effluẽtis τ vsq3 ad sincopi vel satis ꝓpe eam. Teste gal. ampho. pͥma sup illo ṽbo. Et vbi opꝫ vsq3 ad defectionẽ ducere τ h facere si sufficiat egrotãs. Scdõ dicit h pͥn. ꝙ hñs apͣa in interioribus dꝫ sibi cauere a q̃tuor. pͥo q̃dẽ a balneo: scdõ a vino: tertio a motib⁹ corporis fortib⁹: q̃rto a motib⁹ vehemẽtib⁹ aĩe vt ira τ terrore τ consilib⁹ Qm̃ hec oĩa cõmouẽt hũores τ fluere faciũt τ febrẽ augmẽtant q̃ concomitari solet apͣata interioꝝ. ❡ Cõtra. de balneo dicit hypo. i fine tertij regiminis acutoꝝ. Balneare in peripneumonia iuuãtius ẽ ꝙ i acutis febribus. In latere etiã tenere coste atq3 inter spatulas exñtẽ dolorem mitigat. Itẽ excoq̃tur qd p sputũ necesse est excreari τ adiuuat flatum etiã bonificat: τ screat⁹ aufert laborẽ: qꝛ art⁹ mollit: cutẽ hũidã fac: vrinã expellit: capitis releuat grauitatẽ: nares hũidas reddit. Et gal. in cõmento ait. Propter has g̃ res fit balneatio valde iuuatiua in peripneumonicis: qd est qꝛ pipneumonici euadunt ab egritudinibus suis qñ excreãt hũores retẽtos in pulmone p sputũ. Et sicut pipneumonic⁹ sic etiã pleuretic⁹ iuuat p ipam iuuamẽto magno: ꝓpterea qꝛ sedat dolorẽ quẽ hꝫ. hec hypo. τ gal. ibi. In pipneumonia igr̃ τ pleuresi q̃ sꝫ apͣata occulta in interiorib⁹ cõpetit balneũ. Itẽ balneũ trahit hũores versus exteriora: q̃re eos diuertit a loco apͣatis intrĩseci. Iteꝫ vinũ maxime albũ in peripneumonia τ pleuresi cõpetere videt: qꝛ ṽtutẽ ꝯfortat mãꝫ digerit: viã sputo apit: vrinã ꝓuocat: neq3 calefacit calore excessiuo si bene limphet. Iuxͣ illd hypo. tertio regiminis acutoꝝ de vino albo. Sꝫ trãsitus ei⁹ in vesicã facilior ẽ ꝙ cuiuslibet alteri⁹ potus. Cũ quo etiã vim apitiuã hr̃e dinoscit q̃ in his morbis sp iuuatiua est. Et gal. in cõmẽto ait. Nõ est possibile alicui ex vinis albis vt calefaciat calefactione vehementi. Et rursus ibi ait. Vinũ aũt albũ est minoris calefactiõis oĩbus vinis. Et ista intelligit de albis aq̃sis subtilis sbe silib⁹ aq̃. Item dicit pͥn. tertij. 10. trac. 5. ca. pͥmo de cura apͣatũ pectoraliũ. Sꝫ iuleb et aq̃ zuccari sunt ꝯueniẽtiores eis τ postea aq̃ hordei τ post ipam vinum dulce: τ est meli⁹ vinũ hñtib⁹ hãc egritudinẽ et ꝓprie illd qd est album Nã ipm ẽ magis adiuuãs ad spuẽdũ. Et p⁹ vinũ dulce ẽ vinũ aq̃sum τ ipꝫ ẽ ꝯfortãs ṽtutẽ plus ꝙ aq̃. ❡ Ad pͥmũ obiectũ de balneo dic p° ꝙ i pͥn° τ augmẽto apͣatũ interioꝝ nõ cõpetit balneũ: qꝛ mã q̃ ẽ in fluxu ad apͣa τ retrahit ab eo veluti a vẽtosa. Et ꝓpt dolorẽ τ pp calorẽ subtilior reddit τ fluxibilior ꝓpter balneũ: imo materie q̃ pͥus latebãt velut congelate balneo liq̃scũt τ fluxui aptant ad apͣa: q̃re dolor crescit τ febris auget: nec balneũ diuertere sufficit: qm̃ attractio p apͣa vincit τ supat attractionẽ q̃ fit a balneo. Dic scdõ ꝙ in statu etiã dcõꝝ apͣatũ balneũ nociuũ est: qꝛ accidẽtia sicut dolor febris feruor apͣatis tũc sunt fortiora q̃ vehemẽti⁹ balneo excandescent dilatãte mãm morbi τ ĩcitante ad furiaꝫ. Dic tertio ꝙ in declinatõe apͣatũ ĩterioꝝ p̃cipue pectoraliũ cõpetit balneũ: qꝛ vias apit ad expurgationẽ matie sputũ facilitat τ pteꝫ resoluit materie morbi sic ĩnuebãt auctoritates ga. τ hypo. pͥus allegate ex regimĩe acutoꝝ: τ auctoritas pͥn. tertij. 10. trac. 5. ca. 3. Et post declinationẽ inquit manifestam administra balneũ. Ad scdm obiectũ ꝺ vino dic silr sicut de balneo ꝙ in pͥn° augmẽto τ statu interioꝝ apͣatũ nõ cõpetit: ſꝫ in declinatõe tm̃. Iuxͣ illud pͥn. tertij. 10. trac. 5. ca. pͥmo. Veꝝ nõ opꝫ vt bibat vinũ in pleuresi τ pipneumonia nisi post maturatõeꝫ ❡ In scda dicit pͥmo ꝙ medicina repcussiua nõ supflue ſꝫ mediocriter exhibẽda ẽ in pͥn° apͣatũ interioꝝ post phlebotomiã diuersiuam τ euacuationẽ peccant hũoris vt p eã fluẽtes hũores ad apͣa repcutiãtur in cõtrariã ptẽ τ vt ꝯfortet ps apostemosa. Iuxͣ illd ga. 13. de ingenio ca. 5 Opꝫ g̃ apͣata hec sufficiẽt refrigerari. Qm̃ duob⁹ mõis augmẽtãt. vno qꝛ τ calor augmẽtat τ mã attrahit. sunt igr̃ refrigerãda cũ infrigidatiuis: ne apostema augmentet. Repugnatiua ṽo prohibent materiã ad ea descẽdere vñ sanãtur. Silr res tẽpate calida iuuat vtroq3 mõ. Vno qꝛ mitigat dolorẽ: alio qꝛ dissoluit id qd in mẽbro existit: qm̃ mitigato dolore apͣa non augmẽtabitur. Sanatur q3 si id qd est in eo dissoluat. hec gal. ❡ Attende ꝙ medicina repcussiua interioꝝ apostematũ debet esse moderate repercussiua absq3 nimia superfluitate. Primo ne virus

aquosum quod ab his resudat continue ⁊ incessanter in eis retineatur. Secūdo ne materia apostemat iam fluxa nimis coartetur aut incrudetur. Tertio ne expresso subtili ipsi⁹ ex violētia repcussiuoꝝ grossum scliroset. Scōo dicit hic ꝑn. ꝙ applicatio hec repcussiuoꝝ i apatib⁹ interiorū ꝓpue cōuenit ⁊ ꝑcipue si tale apa fuerit in mēbro qd sit sic epar vel sicut stomachus.

⁊ proprie si in mēbro fuerit qd sit sicut stomachus aut epar. ¶ Cūq; hora resoluendi affuerit non debes dimittere quin stipticas medicias bo-

Primo ꝓpter hoc ꝙ facile puenit ad ista mēbra v̇tus mediocris repcussiuoꝝ foris adhibitoꝝ: nec hꝫ obstaculum spissum ⁊ offosum veluti cerebrum ⁊ pectoralia. Scōo qꝛ epar plures hꝫ vias seu multos canales per quos expurgari facile pn̄t repercussi hūores: ⁊ stomachus vias sub ⁊ supra amplas ad suoꝝ humoꝝ expurgationē. Tertio qꝛ epar est ꝺputatum scōe digestioni ⁊ stomachus ꝑme ꝓ toto corpe: q̄ corroborant per mediocria repcussiua stiptice v̇tutis. Juxta id gal. 13. de ingenio ca pl̄o septio. Si aūt calidū apa in epate oriat subtilius inuestigari opꝫ. silr si fiat in stomacho. Qm̄ actio hoꝝ toti vniuersaliter corpi valꝫ. Nā si cibus nō vt oportuerit digerat: nec in bonū sanguinē mutet oīa mēbra nocumentū magnū habebūt. ¶ Attēde ꝑmo ꝙ in apatib⁹ stomachi ⁊ epatis nō solum cōpetunt repcussiua dū materia eoꝝ est in fluxu sicut in apatibus alioꝝ mēbrorū: imo etiā dū materia est tota fluxa ꝓpter custodiā v̇tutū suarū digestiuarū toti cōium: sꝫ nō dn̄t pura ministrari neq; multū fortia: imo cū quibusdā resolutiuis: ne epar induret qd faciliter fit ⁊ a puris stipticis exꝑmentib⁹ humidū ⁊ a puris resolutiuis q̄ grosso relicto subtile ꝯsumūt. Jux id gal. 13. de ingenio capi. 8. Verūtn̄ dico sbaꝫ epatis facile tumefieri ⁊ indurari: qꝛ nā eius: sicut q̄dam medic⁹ ludēdo dixit: est q̄si lutū. Et paulopost dicit. Dico ḡ ꝙ ea q̄ sunt supponenda ei cū calidū apa hꝫ cōmixta in v̇tute eē opꝫ: ⁊ nō solum cū apa fieri incipit qd oī apati cōe ē: sꝫ etiā fluxu cessante: qm̄ si tūc reponatiua ponant nihil pcti feit. ¶ Attēde scōo ꝙ emplastra q̄ adhibent apati epatis dn̄t esse tepida nō frigida. Jux illd ꝑn. tertij. 14. tra. tertio ca. 12. Emplastra vo opꝫ vt nō administrent frigida sic sup apostēata alia imo tepida. ¶ Attēde tertio ꝙ remedia localia huic adhibēda apati in ei⁹ initio sic describit ibi. Et illa q̄dē a q̄bus oꝫ incipere cum estimas ꝙ apa est hn̄s initiū sunt succi frigidi stiptici sicut succ⁹ portulace ⁊ cucurbite ⁊ semꝑuiue ⁊ aq̄ rosata ⁊ sandali ⁊ cāfora ⁊ emplastra facta ex ꝑputijs vitiū ⁊ rosis siccis ⁊ atriplicib⁹. ¶ Attende q̄rto ꝙ cū apostema iā clare apparet epati inesse notabilis magnitudis nō ꝯueniūt hec: sꝫ alia minoris frigiditatis ⁊ stipticitat. Jux illd ꝑn. ibi. Et nō opꝫ vt sint hui⁹ cū verificat ꝙ apa iam ē. Meliora nāq; emplastra sunt illa q̄ facta sunt ex citonijs cū medicinis alijs. Et ex illis ē vt terant citonia cū farina hordei ⁊ aqua rosata ⁊ fiat ex eis emplastrū aut citonia decocta cū aceto ⁊ aq̄ donec decocta sint misceant cū sandal ⁊ ponat sup ea aliquātulum olei rosati ⁊ administrent. Et ex illis est vt decoquant citonia cū vino odorifero i q̄ sit stipticitas ⁊ addat eis virga pastoris: ⁊ confortent cū eis q̄ sunt sicut parū spice ⁊ absinthiū ⁊ cyperi. ¶ In tertia dicit ꝑmo ꝙ cū affuerit tp̄s resoluendi apostemata mēbroꝝ interioꝝ. s. p⁹ ꝙ materia eoꝝ tota fluxa fuerit ⁊ incuneata ꝗeuerit in loco apat medicus omittere nō dꝫ quin misceat cū resolutiuis medicinas stipticas fragrantis odoris sicut rosas sandalos squinantū vl spicam: sicut ꝑn. innuit i ꝑcedētib⁹ ca. ꝑmo hui⁹ fen pagrapho illo. Et cū epati emplastrū supponemus ex medicinis resoluētib⁹ nō relinq̄mus qui in eo res retētiuas ⁊ boni odoris ponam⁹ ꝓpter v̇tutē custodiēdā. Et silr in eis q̄ ꝓpter eā. s. resolutionē ad bibendū damus. Et rursus ibi ait. Et scias ꝙ dare ea pura q̄ laxa faciūt ꝑncipalib⁹ mēbris ⁊ eis q̄ sūt corā ipsis ē valde timorosum in re vite. Scōo dicit hic ꝑn. ꝙ hec pmixtio stipticorum aromaticoꝝ cū resolutiuis magis obseruāda est in apatib⁹ stomachi et epatis q̄ in apatibus pulmonis: qꝛ stomach⁹ ⁊ epar sunt deputati digestionibus prime ⁊ scōe quarum impedimēta cōia fiunt vniuerso corpori ⁊ singulis mēbris. ¶ Attēde ꝙ dyogenes pħs apostema epatis hn̄s ex eo interijt: qꝛ pure mollitiua sine permixtione stipticorū aromaticorum sibi adhibita sunt. Jux illud gal. 13. de ingenio ca. 7. Licet stulta secta thesili credat sola vniuersalia sufficere: gloriosam tn̄ eoꝝ medicinam quā fecerūt dyogeni pħo manifestabo: est eni diffamata p oēs. Is eni magn⁹ extitit eo ꝙ quotidie orator traiani impatoris erat. Medicus aūt q̄ medebat ei discipul⁹ erat suriani talliusq; vocabat. Is vo cathaplasmabat epar dyogenis oī die ex pane ⁊ melle: ignorans ꝙ huic mēbro q̄ parū sunt stiptica cōueniāt eo ꝙ est fundamentū nutritiue virtutis. Deinde dicit ibi. Cunq; talia viderē dixi ad tallium ꝑuatiꝫ ꝙ misceret cū eis stiptica. nolēs medicinā epatis sibi indicare. Nā si illud facerē similis essem ei q̄ sapientiā insinuat asino: verū illd ei indicaui putans ꝙ ipse auscultaret. Ei q̄ plura volui dicere: sꝫ pul usq̄ ea incipere dixit nisi vos honorarē: oīa q̄ dixistis nequaq̄ audirē: expectate trib⁹ vel q̄ttuor dieb⁹ vt dyogenē curem cū his q̄bus medicari oꝫ et mox cum sanū videbit. Cōsequenter ibi narrat gal. qd cōtigit tallio dicēs. Vn̄ qd ipsi tallio ꝯtigit dicam. Cum iusiurandū fecisset ꝙ in tertio die dyogenē sanitati restituisset cepit epar magis oleo calido cathaplasmare arbitrās p istd freq̄nter appositū sanitati citius appropiquari: vn̄ cōtigit cū subito mori queadmodū nūciauerā. Is āt ꝯuocauit amicos ei⁹ vt ondēret eis secū euntib⁹ dyogenē sanitati restitutū ⁊ in balneo mittēdū. Ingredientes aūt domū cū mortuū inuenerūt. lauabat ei a seruientib⁹: null⁹ aūt ibi plorabat eo ꝙ pħi erāt. hec gal. ¶ Attēde scōo ꝙ ministrāda in resolutiōe apatū calidorum epatis sic memorat ꝑn. tertij. 14. trac. 3. cap. 12. Et q̄nq; fit emplastrū ex citonijs decoctis cū decoctiōe absinthij. Et cū est volūtas vt eleuetur ad gradū resolutionis ponant in ipa mastix ⁊ camomilla ⁊ mellilotū ⁊ farina hordei ⁊ fenugrecū cū rebus in q̄bus sit stipticitas ⁊ semen lini ⁊ oleū ei⁹ ⁊ oleū fisticinū ⁊ oleū camomillinū. Et ibi dictat emplastrū tale qd dicit eē iuuatiuū valde. ℞. lilij amomi folij. an̄. ḡna. 12. storacis cere an̄. grana. 24. olei masticis q̄tū necesse est ad incorporāduꝫ fiat emplastrū. ¶ Querct hic aliq̄s vtrū in apatib⁹ cerebri ⁊ in pleuresi ⁊ peripneumonia cōpetant in ꝑncipio repcussiua ⁊ postea resolutiua cū stipticis aromaticis. Arguit ꝙ nō. qꝛ stiptica capiti supposita in frenesi clauderent cranei poros ⁊ cōmissuras ⁊ ꝓhiberēt liberum egressum fumorū ⁊ vapoꝝ a toto corpe latorum ad cerebrum et fuliginum apostematis quibus non parum cerebrum opprimetur ⁊ aggrauabitur apa ipsi⁹. Itē repcussiua coartant mām in sba medullari cerebri q̄re morbū aggrauāt. Item repcussiua pectori supposita ꝯstringūt pectus ⁊ vias anhelit⁹. qd pessimū est in apatibus pectoraliū mām incrudāt ⁊ sputū impediūt q̄ marie sauant hec apostemata. Itē repcussiua q̄ debent apatib⁹ calidis sunt frigida: sꝫ frigida sunt pectori ⁊ cerebro inimica tusses cōmouētia catarros facientia. Itē hypo. in principio pleuresis iubet adhibere pure resolutiua sine repcussione scōo regimis acutoꝝ dicens. In pleuresi vo accidente dolore siue ꝯtinuo siue post morā prio quidē calefactorium adhibendū cā doloris dissoluēdi intētio nō fit fm inutile. Est aūt iuuatiuū calefactoriū vt vitreū vas vel ereū seu terreū aq̄ calide plenū. Sꝫ antea qdlibet liquidoꝝ apponendū lateri est vt videlicet calefactoriū succedēs leui⁹ tolleret: quoꝝ vtiq; melius est spongia spaciosa aq̄ calida infusa ⁊ postea expssa. Et gal. in cōmento ait. Precepit ḡ hypo. vt sit medicatio ꝑma q̄ nos conari opꝫ in medicatōe illi⁹ doloris ⁊ sedatiōe ei⁹ vsus euaporationis. Qd est. qꝛ de nā euaporatiōis est vt rarificet cutem ⁊ sit facilis resolutio eius qd resoluit ex ea: ⁊ subtiliat sanguinē q̄ est in apate ⁊ resoluit eū. Itē ꝑn. tertij. 10. trac. 4. ca. ꝑ°. De cōi cura pectoraliū apatū post phlebotomiā laudat vētosam dicēs. Et q̄nq; ponunt vētose sup pectus cū scarificatiōe etiā: ita vt attrahat mā ad exteriora ⁊ minoret ⁊ ꝓprie cū ꝑmissa fuerit phlebotomia. Oppositū videt hic sentire ꝑn. q̄ in ꝑncipio occultorū apatū ḡnaliter laudat repcussiua. Dic ꝑmo ꝙ in ꝑncipio apatum cerebri tā calidoꝝ vt frenesis q̄ frigidoꝝ vt lethargie competūt repcussiua. De frenesi q̄dē testat ꝑn. tertij ꝑ° trac. 2. ca. 3. dicēs. Et pone sup caput frenetici in ꝑn° oleū rosatū cū aceto infrigidatū niue. De lethargia vo cap. 9. tractat⁹ eiusdē ait ꝑn. Et in ꝑncipio rei. s. lethargie repelle mām cū oleo rosato ⁊ aceto. Dic secūdo ꝙ in apatib⁹ interiorib⁹ pectoraliū nō cōpetūt repcussiua: neq; actu frigida: imo subtiliatiua vias anhelit⁹ apientia: qꝛ repercussiua ⁊ actu frigida pectoris musculos q̄b⁹ ꝑficit mot⁹ anhelitus ledūt ⁊ impediūt sputū difficultāt ⁊ anhelit⁹ vias stringunt ⁊ coartāt. Jux id gal. 13. de ingenio ca. 9. Silr si apa sit in interiori supficie pectoris eruginē eē mādabit: sꝫ sicut cōcauum epatis ⁊ splenē per egestionē purgamus: ⁊ renes ⁊ gibbū epatis p vrinā. silr pectus hn̄s apa interius intra pelliculas costaꝝ qm̄

num habentes odorem admisceas queadmodum in precedētibus tibi innuimus. Et epar quidem ⁊ stomachus plus indigent hoc q̄ pulmo.

materiā expellit in vacuitatē inter illud ⁊ pulmonē existē necesse est eaꝫ excludi ꝑ id vñ pulmo purgat̄: iō dabis subtiliatiua quatinus viā aperiāt ⁊ hũores expellēdos incidāt maxime si grossi sint ⁊ viscosi sicut facimus in sanie pectoris: medicinas tñ mollio res elige donec in statu fuerit. hec gal. Et ad hoc ꝓpositum dicit

¶ Oportet etiā vt mollificantia subtilia que ex istis adhibētur sint medicine in q̇bus existit maturatio ⁊ sint a̅p̅atib⁹ ꝯferētes sic solatrū ⁊ casiafistula solatrū nanq̧ ꝓp̄etatē hꝫ resoluendi apostemata calida q̄ sunt occulta. ¶ Et ea quideꝫ habenti nō est

princeps tertij. 10. trac. q̇nto ca. 3. Et primū qd̊ opꝫ administrare est cerotū factuꝫ ex oleo violato et cera colata. Deīde gradatiꝫ ꝑueniatur ad adipes ⁊ muscilagies ⁊ pulverem mollēdini. Deinde gradati ad illud qd̊ est forti⁹ sic emplastrū de camomilla ⁊ radice euisci. i. bismalue ⁊ radicib⁹ lilij ⁊ violis ⁊ decoctōe malue hortulane. ¶ Ad primū obiectū dic cū gal. 11. de ingenio ꝙ nihil inuenitur p̄ter aliq̇d lesionis iuuatiuū qd̊ fit ꝓpter ꝯpositionē morboꝝ cāe ⁊ accidētiū. Licet g̊ repcussiua frenesi supposita oppilādo quodāmō noceāt multū tñ ꝓsunt corroborando virtutē ⁊ repellēdo hũores q̄ sursum ferūt̄ ad a̅p̅a ⁊ rep̄mendo furiaꝫ materie. Ad scd̄m dic ꝙ repcussiua nō coartant hũores in sb̄a medullari cerebri: imo eos exp̄mūt potent̄ ab eo ꝯfortando cerebrū: ⁊ repellēdo qd̊ ad ipꝫ ascēdit. Ad tertiū dic ꝙ est ꝓ scd̄o dicto. Ad q̄rtū dic ꝙ frigida actu sunt inimica pectori ⁊ cerebro sano: sꝫ cerebro supcalefacto frenesi ꝓsūt. Ad quintū sextū ⁊ septimū dic ꝙ arguūt ꝓ scd̄o dicto. ¶ Sꝫ iterū instabit aliq̇s. q: dicit hic p̄n. ꝙ epar ⁊ stomach⁹ plus indigent hoc q̄ pulmo. pulmo g̊ indiget: q: ꝯpatiuus p̄supponit positiuum Dic p̄mo ꝙ nō oꝫ in ꝯpationib⁹ abusiuis. Dic scd̄o ꝙ ī ꝑipneumonia aliq̄ mediocriter stiptica vt cerotū simplex qd̊ ex cera fit ⁊ oleo rosato ꝯpetere p̄nt. Iuxta illud serapionis trac. scd̄o sui breuiarij cap̄. de peripneumonia. Et ponat̄ sup costas ⁊ pect⁹ in primis cerotū. Tunc aūt maxime stiptica ꝯpetunt cū virus aq̇sum qd̊ ab ea resudat p̄ subtilitate spgitur hinc inde nō foras exiens neq̧ obediēs v̇tuti impellenti: qd̊ si inspisset̄ tunc magis obedit. Possunt etiaꝫ hec magis rite adhiberi qñ timet̄ vlcerari pulmo ex reumate acuto de capite effuso sup pulmonē ꝑipneumonici. ¶ In quarta dicit p̄mo ꝙ oꝫ etiam ꝙ medicine mollificatiue sb̄tiles q̄ ex illis adhibētur. i. q̄ sunt de nūero resoluentiū adhibendorum his a̅p̅atibus sint medicie in q̇bus est maturatio ⁊ q̄ apostematibus occultis a natura vel ꝓp̄ietate ꝯferāt. Et intelligit hoc de maturatione illa q̄ est p̄paratio materie a̅p̅atis ad resolutionē ⁊ facilem expulsionē: ⁊ nō de illa q̄ est ꝑductio materie apostematis ad saniē ⁊ eruptionē: q: talis ꝑiculosa est ⁊ sepe mortal̄ presertim in epate pulmone ⁊ stomacho. Scd̄o exemplificat de istis medicinis dicēs. ꝙ sunt sicut solatrū seu morella ⁊ cassiafistula. De solatro quidē scd̄o cañ. p̄n. ca. de eo scribit. Est emplastruꝫ bonū apostematibus calidis oībus intrinsecis ⁊ extrīsecis: ⁊ bibitur aq̄ eius ad a̅p̅ata calida intrinseca. Et rursus ibi ait. ꝙ resoluit apostemata radicis auris ⁊ a̅p̅ata velaminis cerebri. Et ī hoc passu ait. ꝙ ꝓp̄ietatē hꝫ resoluendi a̅p̅ata calida q̄ sunt occulta. De casiafistula v̇o scribit p̄n. scd̄o cañ. cap̄. de ea. Q: confert apostematibus calidis in viscerib⁹ ⁊ ꝓp̄ie in gutture qñ ex ea fit gargarisma cū aqua solatri. ¶ In q̇nta dat duas r̄las circa regimen habentiū apostema occultū. Prima est. ꝙ nullus eis detur cibus nisi subtilis. vt mice panis ter lote in aq̄ pureta pisoꝝ aq̄ pulli lac amigdalarum hordeū mundatū collaticium pulli vel ꝑchiarum ale et pedes pulli vendosie p̄re. Gal̄. vero. 13. d̊ ingenio cap̄lo septimo. in apostemate epatis non concedit alium cibum q̄ ptisanam. Ait eñi ibi. Omne dulce tumefacit epar ⁊ splenem Ex cibis g̊ solum ptisanū inuenitur: q: mundificat sine punctione. Ex medicinis v̇o oxizaccara mixtū. Mala granata v̇o ⁊ mala alia stiptica q̄ claudūt ⁊ angustāt viā ꝑ quam cholera excluditur nocent calido apostemati qd̊ est in epate maxime si in eius fuerit ꝯcauitate: q: angustia ⁊ ꝯstrictio q̄ fiunt ex stipticis augmētant eam angustiā q̄ fit ex apostemate. Et. 13. megategni cap̄. 9. ait. Nullū g̊ cibum vtilē esse eis inuenim⁹ nisi ptisanū: q: mundificat ⁊ refrigerat sine morsione. Princeps v̇o tertij. 14. tractatu tertio ca. 12. In a̅p̅ate calido epat̄ aquā hordei ꝓhibet ⁊ solā ꝯcedit aquā simplicē dicēs. Et aq̄ q̇dē hordei q̄uis abstergat sine mordicatōe: tñ ē dulcis ⁊ dulce fac̄ icurrē oppilatōes. Propt̄ illō g̊ ī aq̄ ē sufficientia abundans: qm̄ abstergit sine mordicatiōe ⁊ nō facit accidere oppilationes. Uerum credo ad ꝯcordandū ꝙ p̄nceps hic ꝑ aquā hordei intelligit hordeatū qd̊ ex aq̄ ⁊ sb̄a hordei est ꝯpositū. Et per aquā itelligit decoctionē hordei solaꝫ sine substātie hordei ꝑmixtiōe. Causa v̇o q̄re subtil̄ cibus ⁊ nō ali⁹ his q̄ hn̄t occultuꝫ apostema ꝯuenit est vt sustentetur ꝑ cū v̇tus. Iux̄ illō ga. ampho. p̄ma ꝯmento illius cañ. Tenues ⁊ certe diete. Subtilis aūt

dandūs cibus nisi subtilis: ⁊ non in hora paroxismi si ibi fuerit: neq̧ in principio sui: nisi propter multam debilitatem fiat. ¶ Cui autem syntoma superuenerit propter collectōnem apostematis interiorū cum casu virtutis in itinere mortis existit.

dicta nō in vltimitate in cibi⁹ ꝑuitate aut in cibo vtpote ptisana parū nutriente. danda est aūt subtilis dieta cā defectionis v̇tutis ad quam sustentandā precipimus dari aliquātulū. Scd̄a regula est. ꝙ in occultis a̅p̅atibus nō detur cibus hora ꝑoxismi neq̧ in p̄ncipio ꝑoxismi ipsius nisi dare cogat hūc multa debilitas. ¶ Attende p̄mo ꝙ a̅p̅ata calida interiora cōit̄ comitatur febris ꝓpter effumationē materie a̅p̅atis ad cor. Iuxta illud p̄n. primi scd̄a doc. tertia ca. 10. de signis a̅p̅atuꝫ Occultoꝝ calida demonstrāt febris ꝯcomitans ca: ⁊ grauitas si mēbrum in quo existit caret sensu: ⁊ grauitas cū dolore pungitiuo si membrū a̅p̅osum sensum habuerit. ¶ Attende scd̄o ꝙ q̇dā apostēatū interiorum ꝯcomitatur febris ꝯtinua: q̇dā niterpolata. Cōtinua q̇deꝫ qñ materia a̅p̅atis ꝯtinue effumat ad cor vel ex ꝓpinquitate eius ad ipm vel ex vehemēti ⁊ assidua ebullitione materie ipsi⁹. Interpolata v̇o qñ materia vicibus interpolatis ebullit s̄m horas motus hũoꝝ ⁊ vicibus interpolatis effumat ad cor. ¶ Attēde tertio ꝙ lꝫ plurime febriū apostematū interioꝝ sint continue: hn̄t tñ exacerbationes aliq̇bus horis: ī quibus plus vexant ⁊ inq̇etant egrotantes s̄m motū humoꝝ p̄dominantiū in eis. ¶ Attende q̄rto ꝙ in ꝑoxismis ⁊ exacerbationib⁹ a̅p̅atum ⁊ in p̄ncipijs ꝑoxismoꝝ. s. hora tipi ꝓhibetur cibus vt natura tota intendat circa digestionē ⁊ resolutionē materie morbi: nec distrahatur per occupationē circa digestionē cibi. De ꝑoximis q̇deꝫ dicit hypocras ampho. p̄ma. In ꝑoxismis v̇o cibum subtrahere oꝫ: apponere eñi lesio est. De exacerbationib⁹ v̇o dicit ibi. Quicūq̧ s̄m circuit⁹ exacuūtur ī exacerbationibus subtrahere opꝫ. Signāter dicit hic p̄n. nisi ꝓpt̄ m̄ltā debilitatem fiat. i. nisi cibus detur in exacerbatōe vel ꝑoxismo vel ī p̄ncipio paroxismi ad occurrendū casui virtutis: q: etiā in statu febris q̄ ē nequior horarū daudus est cibus qñ iminent signa casus v̇tutis. Iux̄ illud gal̄. p̄mo ampho. ꝯmento illius cañ. Cōtemplari g̊ opꝫ ⁊c. Cib⁹ ergo in statu ilico est dandus accidentib⁹ virtutē dissoluentibus.
¶ In sexta dicit p̄mo ꝙ patiens a̅p̅a occultum est in via mortis seu in dispositione ꝓpinqua ad mortem cū syntoma superuenerit ei cuꝫ casu virtutis ꝓpter collectionē. i. saniationē aut eruptionē apostematis interiorum. Est aūt syntoma largo vsu nōis accidens morbi. Iux̄ illō cassij. Syntomata grece que nos accidētia dicimus. Sꝫ in libro d̊ doctrina greca exponitur strictius syntoma grece casus lapsus ruina ꝑiculū. Et hic ꝓp̄ijssime syntoma d̊r accidēs prauū qd̊ rectum medēdi modū interturbat: ⁊ perplexum reddit medicū expertuꝫ quid agere debeat an morbo intendere vel syntomati añ vt alienatio suffocatio deiectō viriuꝫ ¶ Attende p̄mo ꝙ collectio ad saniē ⁊ eruptio apostematū interioruꝫ diuersificantur in ꝑiculo s̄m diuersitatē mēbroꝝ in q̇bus fiunt. Nam que in mēbris fiūt quoꝝ solutio ꝯtinuitatis mortal̄ est nō recipiēs curam ꝑiculosiores sunt ⁊ mortales. Et q̄ sint hec mēbra manifestat hypo. ampho. 6. dicens. Uesicam incisam aut cerebrū aut cor aut dyafragma aut renes aut intestinoꝝ aliq̇d graciliuꝫ aut ventrē aut epar mortale est. Et cum eruptio apostematis in eis magnā ⁊ manifestam solutionem ꝯtinuitatis afferat sequitur ꝙ mortalis est. Caueat ergo medicus q̄tum poterit in apostematibus horū membroruꝫ prouocare saniem et eruptionē. ¶ Attende secūdo ꝙ saniationes ⁊ eruptiōes apostematum pectoraliū vt pleureticorum ⁊ apostematum grossorum intestinorum nō sunt tanti periculi sicut saniationes ⁊ eruptiones membrorum nunc dictorū: imo quedaꝫ ex eis salue ⁊ sanabiles breui tempore sunt: alie mortales. Quas sic discernere docuit hypocras pronosticorum secūda. Et quos febris in die rupture dimiserit eos euasuros pronunciabis: tunc cibos appetunt neq̧ sitiunt: ⁊ modicum atq̧ ꝯiunctū est qd̊ egerunt: pus qd̊ faciunt album est ⁊ lene ⁊ ꝑ totum equale ⁊ sine labore ⁊ cum modica tussi. Et hi in breui sanantur. Prope hos sunt q̄

quoniā virtus nō sustentatur nisi nutrimento: ⁊ nutrimentū est res magis timorosa: ergo si resolutū fuerit valde bonū erit. ¶ Mō si apta fuerit danda sunt eis q̄ ea lauēt sicut aqua mellis ⁊ aqua zuccari: postea dētur eis que suauiter maturēt cuz siccita-

proxima signa signis coꝝ habebunt. Quos aūt febris in apatibus ruptura nō desinit ⁊ q̄si furtiua postmodū inuaserit ⁊ afficiūtur siti ⁊ fastidio cibi: ⁊ egerunt molle: ⁊ pus qđ iactant viret ⁊ liuet ⁊ phlegmati ē admixtum ⁊ spumosum: his signis ptractatis pituros nō dubitabis. Qui vero q̄dā hoꝝ ⁊ non oīa habuerint coꝝ hi q̄dem morient: hi vero in vita manebunt: vtrisq̄ tñ difficilē exitum ɔseq̄ntur: hi tñ ꝓuidēti iudicio tuo discernentur. hec ille. Scđo reddit hic p̄n. cāz quare patiēs syntoma cū casu virtut ꝓpter apa interiorū est in via mortis dicens illud esse ꝓpter ea q̄ virtus q̄ cadere incipit nō sustentatur nisi nutrimento. Non eñ sufficit reducere ad actum neq̄ regulare v̄tutes medicinarū ɔfortatiuaꝝ. Et nutrimentū in hoc casu est res magis timorosa. Tum q̄ nā iaz morbo deiecta dirigere re nō valet ⁊ diuidere mēbris datum nutrimentū. Tum q̄ nā plurimū distrahitur ab attentione circa eruptionē ⁊ eductionē saniei erupte per cōuenientē sibi regionē. Tū q̄ alimentū pectoralia opprimit in suo trāsitu si fuerit apostema in eis: ⁊ naturalia si apa habeāt ⁊ aīalia sua effumatione trāsmissa ad cerebrū. Tertio ɔcludit. Ergo si resolutū fuerit valde bonum erit. i. si mā occulti apatis paulatiue resoluta fuerit valde bonū erit ꝓ salute infirmi ⁊ incōpabiliter melius q̄ si sanietur ⁊ intra rumpat. ¶ Attēde q̄ certi signis apa occultū maxime pectorale ac pleureticum ad saniē conuerti ⁊ non via resolutionis incedere dinoscitur. Iuxt id hypo. ꝓnosticoꝝ scđa. Et ex signis hui⁹ q̄ putribilia sunt cōiecturabis. Febris q̄dem erit indeficiēs: sz in die modica i nocte v̄o magis accensa: sudor multus: ⁊ i tussiēdo falsa quies: ⁊ occultoꝝ reductio vel submersio: atq̄ in coꝝ angulis rubor: ⁊ vnguiū constrictio: ⁊ digitoꝝ calefactio: amplius tñ in coꝝ summitatibus ⁊ in pedib⁹ fiūt ⁊ recedunt minuta apostēata ⁊ fastidium patiūtur ⁊ per corp⁹ vesice nascuntur ⁊ non morantur. ¶ In septima dat tres regulas circa curam apostematū occultorum iam saniatoꝝ ⁊ eruptorum. Prima est q̄ statī post apertionem coꝝ debent dari lauatiua q̄ supficiem vlceris lauent ⁊ abstergant ⁊ saniem educāt vel educi parent per viā aptiorem eductioni eius sicut aqua mellis ⁊ aq̄ zuccari. De aqua quidē mellis scribit mesue distinctione sexta sui antidotarij: q̄ mundificat pectus a sanie ⁊ humore grosso: ⁊ q̄ lauat ⁊ abstergit viscera. Modos v̄o varios faciendi eam illic inuenies. De zuccaro v̄o scribit serapion in aggregatore cap. d̄ eo gal. dixisse in ingenio sanitatis q̄ ingreditur in medicinis q̄ apiunt oppilationes ⁊ abstergūt ⁊ mundificāt vias ⁊ est longinquū a nocumēto stomachi: ⁊ ab eo qđ facit sitī sicut mel. Idē intellige d̄ aq̄ eius. ¶ Attende p̄mo q̄ eruptiones apostematū interioꝝ ad ventriculū cui ē via ad exteriora sunt alijs saluiores. Iuxta illud p̄ncipis q̄rti tertia tra. p̄° caplo. 20. Et laudabilior eruptio eius est ad ventriculū ꝓprium membro cui est via currens ad exteriora sicut exitura stomachi. Ut eñ erumpat exitura ei⁹ ad ipsi⁹ interiora ⁊ ad cōcauitatē melius est q̄ vt rumpatur ad exteriora eius ⁊ ad ventriculū ɔtinentē mirach: sicut eruptio ei⁹ que est in cerebro ad duos ventriculos anteriores laudabilior est: q̄m ambobus sunt meatus sicut nasus ⁊ aures. Et q̄ñ rumpitur ad spatiū continens cerebrū aut ad ventriculū posteriorē nō inuenit meatum ad exteriora ⁊ nocet nocumento vehemēti. ¶ Attēde scđo q̄ si eruptio apostematū interiorum fuerit in vijs cibi tūc maxime prosunt lauatiue per os medicine assumpte sicut aqua mellis zuccari aut hordei: q̄m per ipsas directe incedūt. Et si eruptio hec facta fuerit in pectoralibus prosunt lauatiua lambendo accepta: q̄m in suo transitu p mery resudat aliquid ipsoꝝ in cānam defluens ad pectus lauans ⁊ abstergens vlcera ipsi⁹. ¶ Attēde tertio q̄ si eruptio hec in cerebro fiat parū vel nihil aq̄ lauatiue dicte eis conferunt: q̄ ex eis nihil nisi vapor modicus fert ad cerebrum hoc dempto q̄ paruū ei nutrimentū ɔferre possunt post triplicem earum digestionē. Sed ad expurgandū in hoc casu saniem confert tenere caput inclinatum versus emunctoria: que cerebrum expurgant: ⁊ tenere vias nariū apertas: ⁊ imponere eis tentas attractiuas: quas caputpurgia vocare solem⁹ ex radice yreos vel gentiane vel ex succo blete vel semine staphisagrie si natura nō sufficienter saniem euacuet. Secūda regula est. q̄ post exhibitionē dictaꝝ aquarum lauatiuarum ⁊ eruptionib⁹ dictorum apostematū dent illa que suauiter maturant cū desiccatiōe q̄lia sunt farina fabarū vel hordei farina siue sola siue mixta cum melle qđ maturatiuū est ⁊ desiccatiuum vt dicte farine.

te: postea i fine rei nō adhibeātur nisi desiccātia. Et tu q̄dē scies hoc ex libro q̄ pticulares colligit egritudīes fm declaratōez. ¶ Est p̄terea cuz in apatib⁹ occultis q̄ sub ventre existūt contingit error. q̄m non sunt apata sz rupture ⁊ erit i pforādo ea timor.

Dētur q̄dē maturatiua q̄ hūiditates affluētes ad vlc⁹ digerēdo coaptent expulsioni. Desiccatiua autem que sordidas humiditates vlceris cōsumant. Ulcera nanq̄ sanari nō possunt nisi desicentur vt p̄rallegatum est ex galieno. Tertia regula est. postea i fine rei: scz cum vlcus erupti apostematis fuerit siccatū ⁊ mundificatuz nō adhibeantur nisi desiccātia q̄bus incarnet: ⁊ cicatrisef vlcus immūdatum. Naz medicine oēs q̄bus incarnantur vlcera concaua desiccatiue sunt: et adhuc amplius cicatrisatiue. Medicina ei carnis generatiua ē medicina cuius ꝓprietas est vt pmutet sanguinem superuenientez vulneri in carnem: ꝓ terea q̄ equat complexionē eius ⁊ coagulat ipsum cum exiccatione. Et sigillatiua seu cicatrisatiua est medicina exiccatiua que exiccat superficiem vulneris: ita vt fiat cortex sup ipsam custodiens ipsam ex nocumentis vsquequo generetur cutis naturalis: vt ait p̄nceps secūdo canonis tractatu primo: caplo quarto. Uerbi gratia medicine incarnatiue sicut aloes myrrha sarcocolla radix yreos bol⁹ armenicus terra sigillata psidie balaustie puluis molendini vinū grossum stipticum terebinthina cortex cypressi ⁊ pini lanceolata acetosa ⁊ arnoglossa. Sz cicatrisantes seu sigillantes sunt vt lithargirū spina egyptiaca album plumbi aut plumbū vstum chimolea psidie galle bolus armenicus centaurea minor aristologia cortex vlmi aut querc⁹ scoria ferri. Et alique ex corrosiuis stiptice virtutis per artem repssis cum adustione vel lotione vel permixtione medicinarū cōtrarie virtutis vt es ⁊ flos ei⁹ ⁊ ipsius squama ⁊ cuposa ⁊ alumen. ¶ Attende q̄ concauorum vlcerū qualia sunt illa que ex eruptōne apostematū oriri solent triplex via cure est. Prima est cum desiccatiuis ⁊ mūdificatiuis. Scđa est cū regeneratiuis carnis seu consolidatiuis replentibus vlcera carne loco deperdite. Tertia ē cum sigillatiuis seu cicatrisatiuis cooperientibus vlcera cute vel aliquo solido loco cutis perdite. ¶ Attende scđo q̄ in vlceribus intrinsecis eruptorū apostematū raro adhibent medici cicatrisatiua reliquentes opus cicatrisationis nature membri qđ vlceratum est: ⁊ omnino cauent interius dare cicatrisatiua corrosiue virtutis aut venenose sicut es vstum cuposam alumen cerusam vel lithargirum. Et super declaratione particuliariori cure apostematum interioꝝ eruptorum remittit nos ad librum pticularem scz tertium ⁊ quartū canonis. in cuius tertia fen agitur de curis apostematū: ⁊ in quarta de curis vlcerum. ¶ In octaua dat duas cautelas circa tumores sub ventre existētes. Prima est. error geminatus seu deceptio q̄ñq̄ contingit in apostematibus id est tumoribus preter naturā que sub ventre sunt ⁊ assimilantur apostematibus. Primus error est in ignorantia morbi fm speciem. Nam interdū creditur q̄ sunt apostemata: non tñ ita est: immo sunt rupture zirbi vel siphac vel mirach ventris. Rupto eñ zirbo intestina ꝓminēt ad anteriora. Et rupto siphac zirbus ante prominet. Et rupto mirach siphac declinat ad anteriora. In omnibus igitur istis rupturis venter intumescit vt apostemosus ipse tñ nullum apostema patitur. Secundus error est in chirurgico opere quādo perforantur hmōi tumores ac si proprie dicta apostēata essent sanie repleta. Quia in perforādo eos est vehemēs timor. Primo ꝓpter musculos. 8. nūero supra ventrem expansos: qui si perforent vel coruz chorde spasmi timor aderit. De quo dicit hypo. ampho. quinta. In vulnere spasmus supueniēs mortale. Secūdo q̄ panniculi vētris sunt substātie neruose modici sanguinis: quare sua vulnera vix consolidantur. Tertio q̄ sunt prope membra expulsionis fecum ⁊ vrine a quibus recipiūt malos vapores non siuētes ea mundificari: sed ad putredinē preparantes. Quarto propterea q̄ digestiones cōes impediunt: tum ꝓpt dolorem: tum propter aerem extrinsecum frigidū per eorum vlcera intra penetrantem. ¶ Attende primo q̄ tumores sub ventre ex ruptura ab apostematibus discernuntur. quia iacente egro sup dorsum tumor ex ruptura cum manu impulsus ⁊ fortiter pressus intus regreditur q̄ñq̄ cum sono: quādoq̄ absq̄ sono ⁊ apostema

nõ. Item tumor ex ruptura suscipit augmentū ⁊ nocumentuꝫ ex applicatione remollificantiū sicut balneoꝝ ⁊ inunctionū: q꜡ rupture dilatãtur ab his ⁊ apostema nõ. Itē in tumoribꝰ ex ruptura color cutis supposite nõ mutat̃ a naturalitate sua: sed ĩ tumore apostemoso qñq₃ mutatur fm colorē materie apostematis presertim si is tumor ad exteriora declinauerit. ¶ Attēde 2° ꝙ tũoris vētr̃ ex ruptura cura ē duplex. Una cū stiptícis. quam pluries ita ꝓ̃ctica ui. Resupinato egro suauiter digitis repelli feci id qd̉ ꝓminebat. deinde fomẽtari locum ꝓminentie cuꝫ decoctione hac. ℞. thur̃ masticis sanguis draconis gallaꝝ psidie. aã. ʒ. 2. conquassent̃ ⁊ bulliant̃ in lib. 3. grossi vini stiptici vsq₃ ad ꝯsumptionē medietatis ⁊ cū illo vino calido fomẽtetur locus. Postea adhibui sequẽs emplastrū. ℞. pulueris dictoꝝ restrictiuorū. ℥. 1. incorporent̃ cum. ℥. 3. cere ⁊. ℥. 2. olei masticis. ⁊. ℥. ß. terebẽthine fiat emplastrū qd̉ sup alutã spissum extẽdat̃ ⁊ stricte ligetur supra ꝓminentiã addendo cõpressas vt ꝓhibeatur illud erũpere qd̉ ꝓminebat. Et sicut braccale in ruptura inguinis bñ reposita nõ est dimittendū: sic ligatura hec cū cõpressis aptis ⁊ emplastro stiptico nõ est relinquẽda: ſ₃ fiat indolorose ꝙ̃tuꝫ possibile fuerit. Alia cura est ope chirurgie. Quã tertij. 22. trac. ꝓ̇mo ca. 11. sic describit ꝓ̇n. Curatio est vt facias egrū surgere ⁊ ꝓ̃cipias ei vt extendat ventrē suū ⁊ retineat anhelitū suū tãdiu donec appareat augmentū. Cum ergo appuerit fac in circuitu eius circuluꝫ vt sit distinctū: deinde resupina eū nõ super circulū post sepationeꝫ eius cū vncino posito sup mirach solū: ita vt nõ accipias qd̉ sb̃ ipso est. Et intromitte in eo acū cum filo taliter vt nõ obuiet corpi sub ipso: deinde ꝑfora tali ꝑforatõe vt discoopiat̃ ab eo qd̉ est sb̃ mirach solū. Si g̊ ē sb̃ eo itestinū expelle itestinū ad iferiora. Et si est zirbū extẽde ip̃m. Et incide lacertū: deinde sue locū disruptū cū filis oppositis duris extensis adinuicē. Et stringe ip̃m sup alchatin ⁊ sue eū. ⁊ dimitte sic̃ quattuor capita ꝯsiderãdo vt cadat ad lacertū. Et considera residuū: ⁊ stude vt ꝯsolides ita vt ꝓfunde remaneat ⁊ nõ ꝓcedens ad exteriora ita vt nõ sit feduꝫ. ¶ Attende tertio ꝙ hec manualis cura chirurgico subtili ⁊ exꝑto indiget ⁊ egro animoso bone patiẽtie ⁊ ministris opi idoneis ⁊ cum his oĩbus difficilis ⁊ ꝑiculosa est: quare tutius est eã dimittere ⁊ herere ꝓ̇me cū restrictiuis. Secũda cautela est ꝙ freq̃nter apostema occultū sub vẽtre existens nõ est in pãniculo mirach vel siphac sicut estimat̃: ſ₃ in intestino sub eo posito: ⁊ est timor in aptione ipsiꝰ siue cū lanceola siue cū caustico. Quia si ex subtilibꝰ intestinis fuerit ipsiꝰ vulnus nõ solum est penitus insanabile: sed etiã mortale. Si vero ex grossis vix vnq̃ sanat̃: q꜡ sordidatur assidue fecibus ꝑ hoc transeũtibus ⁊ feces excũt ꝑ vulnus eiꝰ versus pãniculos ei suppositos corrũpẽtes eos. ⁊ ĩ eo ē virtꝰ naturalis debilis carnosiꝰ tñ est ꝙ̃ sicut gracilia: q̃re plus sperat̃ in grossis de cura vulnerum suoꝝ ꝙ̃ in gracilibus. ¶ Attende ꝓ̇mo ꝙ eruptõ apatum grossoꝝ intestinoꝝ interiꝰ facta versus hoꝝ ꝯcauitatem saluior est facta. foris in tunica coꝝ exteriori. Quia sanies interius effusa libere defluit cū grossis fecibꝰ ad exteriora. Sꝫ erupta ad extra pãniculos vẽtr̃ rodit ⁊ corrũpit. ¶ Attende scd̉o ꝙ eruptio apostematū grossoꝝ intestinorū ad interiora potiꝰ ꝙ̃ ad exteriora ꝓuocari põt iniiciẽdo ꝑ clistere oĩ die decoctionē q̃ recipit ficus pingues. 10. cepas lilij. 3. malue bismalue seminū lini ⁊ fenugreci. aũ. M. 1. fiat decoctio ad q̃titatē lib. vniꝰ in q̃ dissolue fermẽti acris. ʒ. ß. medulle cassiefistule mũdate olei de lilio añ. ʒ. 1. fiat iniectio sine sale.

¶ De sectione. Capl̃m. XXVI.

Qui plagam secare. In hoc capl̃o qd̉ est de aptione apatū per incisionē ꝓ̇mo agit de mõ q̊ ꝓtrahi d꜡ ⁊ incedere aptio ipsiꝰ. Scd̉o de his q̃ chirurgicū ꝓ̃scire opꝫ ad recte incidendum ibi [Opꝫ g̊] Tertio d̉ his q̇bꝰ chirurgicꝰ ꝓ̃muniri d꜡ añ incisionē ibi [Et o꜡ etiam] Quarto de adhibendis post aptionem ibi [Cunq₃ exituram]

a In prima ꝑte dat vnã regulã ⁊ duas exceptiões ab ea. Primaꝫ ibi [Nisi mẽbrū fuerit] Scd̉aꝫ ibi [Et sic̃ in mẽbris] Regula est hec. chirurgicus volens secare plagã. i. apire cū ferro apã plagã iferẽdo ꝑ quã purgetur d꜡ ꝓtendere suã incisionē in loco apatis fm incessum ⁊ collectionē rugarum q̃ sunt interius in mẽbro apostemoso: vt si ruge incedãt ab alto ĩ bassum fm longitudinē corporis incisio fiat ab alto in bassum. Si ṽo a dextro ĩ sinistrū incedant incisio fiat fm latum: si trãsuersaliter transuerse fiat. Et intelligas ꝑ rugas plicas q̃ in cute appꝑent vel rimas mẽbroꝝ interiacentes lineationibꝰ villorum neruoꝝ chordarū venarū vel arteriarū. Cã r̃c est q꜡ ꝑ hũc modū incisionis rariꝰ tangit̃ neruus vel chorda vena aut arteria labẽte citiꝰ cuspide lancete interiꝰ in rimas ꝙ̃ in solida mẽbra hec. Et si findat̃ aliqd̉ coꝝ vel ex errore vel ex necessitate plaga eiꝰ incedet fm longū: q̃re et ipsa minꝰ ꝑiculosa erit ⁊ sanabilior nõ ꝑdens influxū vel delatõis eius officiū in mẽbra solita recipere ab eis. Eandē r̃aꝫ alijs ĩmixtaꝫ allegat ꝓ̇n. ex gal̃. q̃rti q̃rta trac. ꝓ̇mo ca. q̇nto. dicẽs. Dixit ga. opꝫ vt seces ex loco eius vehemẽtioris eminẽtie ⁊ vt inclines ipꝫ. Et nõ sit tractꝰ ꝑforationis nisi ad ꝑtem ex q̃ possibile est pus currere ad inferiora ⁊ vt obseruet̃ in ꝑforatiõe alsirati. i. rime ⁊ ruge fm modū quē diximꝰ in cap̃. vulnerū ⁊ dubelce. Et iterū scribit q̃rti tertia trac. ꝓ̇° cap̃. de curatiõibꝰ exiturarū apparentiū. Et opꝫ vt sint ꝑforatio ⁊ sectio incedẽtes in lõgitudine villoꝝ neruoꝝ mẽbri nisi sit volũtas vt destruat̃ opatio illiꝰ mẽbri timẽdo casum spasmi. Tũc em̃ incide villos in latitudine ⁊ saluabis ab eo qd̉ timebas. Et plurimū q̇dē lõgitudinis villoꝝ est cū lõgitudie corpis nisi in mẽbris appropꝛ̇iatis. Et sic̃ in venis ꝑ̇imū lõgitudis villorū cū ꝑ̇imo ligature ⁊ rugarū nisi in mẽbris apropꝛ̇iatis sicut fronte. Prima exceptio ꝓ̃ data est vbi apã fuerit in frõte vel in mẽbro tali qualis est frons. Nã si incisio in frõte fiat vel in mẽbro ei sic̃ fm incessum rugarū incidet̃ musculꝰ frõtis in cute eiꝰ siue chordis dispsus ꝑ quem mouet̃ frons ⁊ supcilia eleuant̃ ⁊ adiuuat clausionē oculi qñ relaxatur. Iux̃ illud ꝓ̇n. ꝓ̇mi pria doc. 5. sum. 2. ca. 3. Frons aũt ꝑ musculū tenuem dilatatū pãniculare mouet̃ q̃ sub cute frõtis dilatat̃ ⁊ cū ip̃a adeo miscetur donec sit q̃si essentie cutis ps ⁊ fiat impossibile ip̃aꝫ ab ea excoriari. Et mẽbro qd̉ ꝑ ip̃m mouet̃ absq₃ chorda obuiat. Qm̃ illud qd̉ ꝑ ipꝫ mouet̃ est cutis dilatata lenis ⁊ mouere tale q̃le ip̃m est ꝑ chordã non est bonū. Et huiꝰ q̇dē musculi motu eleuãtur supcilia. Et est etiã cum ad claudendū oculū iuuat ꝓpter suaꝝ virtutū dimissionē ⁊ sui laxitatē hec ꝓ̇n. ibi. Ex q̃ declarat̃ id qd̉ hic d꜡. s. ꝙ si incisio apatis ĩ frõte ꝓcesserit sicut incedũt rugarū ipsiꝰ collectiões incidetur musculꝰ frontis ⁊ cadet supciliuꝫ: q꜡ sustentat̃ ⁊ subleuat̃ ab eo. Scd̉a exceptio ꝓ̃ data est ꝙ sic̃ vt in fronte nõ d꜡ fieri incisio apatis fm incessuꝫ rugarū in mẽbris illis quoꝝ ruge diuersificant̃ in suo incessu ab incessu villoꝝ suoꝝ musculoꝝ sicut in sumie seu circa vmbilicū. Has exceptiões cū sua regula rursus ꝓ̇n. memorat q̃rti tertia trac. ꝓ̇mo ca. de regimie exiturarū apparentiū qñ mature sunt dicẽs. Opꝫ g̊ vt in sectione ꝯseq̃ris lineas naturales ligature: nisi q̃ sunt apud sumē. i. vmbilicū nisi apud necessitateꝫ ⁊ in mẽbris diuersificantibꝰ sitū villoꝝ in longitudine sua loco ligature. Nã si tu secutus fueris illud in ꝑforatiõe exiture q̃ est sup frontē. s. ligaturã cadet cutis frõtis sup faciē: imo opꝫ vt diuersifices ligaturaꝫ. In eis ṽo q̃ sunt sicut inguina: opꝫ vt vadas cū ligatura in latitudine cutis. ¶ Attende ꝓ̇mo ꝙ ꝓ̇n. in ꝓ̇ncipio capl̃i illiꝰ tãgit plura ꝯsiderãda añ aptionē exiture dicẽs. Cū inuenis exiturã grosse cutis cū maturatione cuiꝰ nõ sꝑatur ipsius eruptio ⁊ sunt illic vene ⁊ chorde ⁊ nerui: tunc opꝫ vt ꝑfores: qm̃ si dimiseris saniē corrũpetur ⁊ corrũpet ⁊ corrodet venas ⁊ villos neruoꝝ. Et illud q̇dē vehemẽtius erit cū fuerit ꝓpe iuncturas. Et tu q̇dem q̃re cū tua ꝑforatiõe locū saniei: ⁊ sis sollicitus vt cadat porta ꝑforatiõis inferius nisi vbi nõ est possibile. Et si illd̉ qd̉ est sup exiturã fuerit grossuꝫ ⁊ secueris tũc seca portã tm̃: qm̃ adherebit grossuꝫ cū eo qd̉ est post ip̃m. Et si fuerit extenuatū tũc seca eiꝰ totū in longū. Et scias ꝙ locꝰ in q̃ est sanies declarat̃ ꝑ tactū ⁊ qñ tangit̃ cū digito ꝓprie. Et locus q̇dē saniei ex declinatiõe coloris ad albedinem. Et q̇busdã interpositis rursus ait ibi. Et o꜡ vt obserues in ꝑforatõe illd̉ qd̉ diximꝰ de ꝯditionibꝰ. deinde ꝑfora in loco maturiore ⁊ ꝑte lõgiore a venis ⁊ arterijs et chordis. ¶ Attende scd̉o ꝙ quidam famosus chi-

rurgicus antiquus dat.12.regulas circa modos ꝑtractionis incisionū apꝑatum ſm diuersitatē mēbroꝝ q̄s recitat pn.cap.nūc dicto. Prima regula est.si exitura fuerit in capite:tūc sectio ei⁹ sit sectio eq̄lis ⁊ sit cū radice natiuitat̄ piloꝝ:nec sit transuersa in ea vt cooꝑiant eā pili ⁊ nō oñdatur cū sanabitur. Scd̄a est.qñ est locus ei⁹ oculus tūc eius ꝑforatio sit lata. Tertia est.si acciderit in naso ꝑforabim⁹ eā eq̄lem cū q̄titate lōgitudinis nasi. Quar^a ē.si fuerit ꝓpe oculū ꝑforabim⁹ eū ꝑforatione simili capiti lune nouē ⁊ faciem⁹ tortuositatē inferi⁹. Quinta est.si accidat in mandibulis secabim⁹ eā sectione eq̄li:qm̄ cōpositio hui⁹ loci est equalis:⁊ scitur illud ex corꝑibus senū. Sexta ē.post aures ꝑforamus illud equaliter. Septima est.si fuerit ꝓpe coxas ꝑforabimus eā ꝑforatione rotunda. Et ꝑforatio q̄dem rotūda est q̄ apprehēdit cū apprehēsione sua in lōgitudine corꝑis aliq̄d de latitudīe corꝑis. Cā rℓe est.q2 cū locus iste nō ꝑforatur rotunde possibile est vt aggregent̄ materie in eo ⁊ fiat fistula. Octaua est.silr̄ rotūde ꝑforatur qd̄ est ꝓpe anū ꝓpter locum hūiditatis q̄ aggregatur in eo. Nona est.in latere ⁊ in costis ꝑforatur aꝑiendo ex trāsuerso supple. Decima ē.in testiculis ⁊ virga aꝑitur equaliter.s.ſm longū. Undecia ē.sinus prompti semꝑ vt consutū id est consolidatum post curā apertionis sit seq̄ns figuram loci q̄to pl⁹ poterimus super ip̄m. Duodecima ē.coxe ⁊ adiutoria secautur in longitudine ⁊ ꝯserua vt nō ledas neruos ¶ Attēde tertio ꝙ q2 iste regule chirurgicis sunt ꝓutiles pn.rursus sic eas ibidem in summa recolligit. Et scias ꝙ ꝑforatio diuersificatur ſm loca. Qñ est apud oculum tūc ꝑforatio eius est lata similis situi oculi. Et in naso est cū longitudine nasi. Et in mandibula est cū longitudine mandibule. Et ꝓpe aurē secatur equaliter:qm̄ cōpositio hui⁹ loci est equalis vt cognoscitur illud ex corꝑibus senum. Post aures v͛o ꝑforat̄ eq̄liter:⁊ in brachijs ⁊ in crurib⁹ ⁊ coxa ⁊ virga totū equaliter fit.s.in longitudine.⁊ silr̄ in lacertis vētris ⁊ dorso. Et in inguinib⁹ ⁊ subascellis pones eā ꝑforationē accipientē ex latitudine etiā ne fiat in ea sinus q̄ fiat fistula. Et testiculi ⁊ v͛ga eq̄liter ⁊ in longitudine. Et in latere ⁊ costis accipe in latitudine etiam vt sit transuersa:qm̄ situs costarū est silr̄ ⁊ caro super eas. ¶ Attende q̄rto ꝙ perforatio apostematis debet fieri magna aut parua vna aut plures ſm magnitudinē apostematis. Juxta illd̄ pn.ibi. Et perforatio sit ſm magnitudinē exiture sicut si fuerit ꝑua ⁊ curret qd̄ est in ea ex loco vno tunc seca eam in vno loco. Et si fuerit magna tūc perfora eā ex principio:deinde intromitte digitum tuū indicē sinistrum in eo ⁊ ꝑfora eā vbi ꝑuenerit caput ei⁹. Deīde intromitte etiā in foramīe scd̄o. Et ſm h̄ donec venias suꝑ eam.i.sufficienter ꝑforaueris ad expurgationē eius. Et si exiture fuerit locus sufficiēs ex quo sit possibile exire qd̄ est in ea ꝑforabim⁹ ip̄am in illo loco. Et si fuerit rotūda aut fuerit ei figura ne egrediatur qd̄ est in ea ꝑforatiōe vna ꝑforabimus eā in inferiore parte sui ī duobus locis aut tribus ſm q̄titatē quā scis ꝙ oē qd̄ aggregatur ī ea currit in hora. ¶ Attende quinto ꝙ si exitura de maximis fuerit materia ipsius nō simul tota s3 per vices educenda est. Juxᵃ illud rasis septio almansoris capl̄o tertio. Et si apostema maximū fuerit totū eius virus nō semel:sed paulatim erit expellendū ⁊ precipue si eger debilis fuerit. ¶ Attēde sexto ꝙ si exitura fuerit in loco carnoso nō incidenda est ante maturitatē. Sed si in loco fuerit plurimū venoso vel circa iuncturas festinetur ante maturitatē eius incisio. Juxᵃ id rasis ibi. Op3 etiam vt cū apostema in loco est vbi venarū multitudo fuerit aut circa articulos festinanter incisio fiat. Si em̄ ī hmōi locis incisio cū tarditate fiat ⁊ nō cito qñq3 os extra ꝓsiliet ⁊ iuncture ligamentū discooꝑietur. Carnosa aūt loca bonū est vt sic dimittantur donec sint bn̄ matura. Si em̄ anteqū bene maturescant perforent̄ vir⁹ ab eis diu manabit ⁊ vulnus multa sordicie ⁊ putredine abundabit:labia q3 eius qñq3 ac ipsi⁹ ꝓfunditas dura fient:atq3 ip̄m vulnus pus ⁊ virus ꝯtinuo emittet.

Oportet ergo[b] vt sector ex anatomia sciat anatomiā neruorū ⁊ venarum ⁊ arteriarum:ne erret ⁊ incidat aliquid ex eis. Et op3 etiam[c] vt secū deferat m̄ltas ex medicinis sanguinem cōstringētibus:⁊ ex emplastris dolorem sedantibus:⁊ ex instrumētis q̄ ad hoc pertinēt. Habeat ergo secum qd̄ sit sicut medicina galieni:

b In scd̄a dicit necessarium esse chirurgico sectori aꝑatum vt sciat anatomiā neruoꝝ venarū nō pulsatiliū ⁊ arteriarū. Et sub neruis musculi ⁊ chorde sunt intelligendi q̄ constant ex eis:nam vitare d3 ne mēbra hec incidat. Juxᵃ illud pn.capl̄o preallegato. Et sit in oī dispositione studiū tuum ne incidas arteriā neq3 venā magnā aut neruū aut villos lacerti. Et quō vitabit incisionem hoꝝ nisi cognouerit ꝑ anatomiā eorum situm ⁊ progressum. Ex incisione quidem nerui aut chorde vel musculi timētur spasmus ⁊ diminutio vel ablatio sensus: aut motus in mēbris recipientibus ab eo vel ea sensū aut motū aut vtrūq3 sil̄. Ex incisione vero vene timetur sanguinis superflu⁹ fluxus ⁊ diminutio vel ablatio nutrimenti a mēbris q̄bus mittit sanguinem. Ex icisiōe aūt arterie timet̄ mors ex emorosagia vix sanabili ⁊ superflua resolutōe spirituū ⁊ diminutio vel ablatio viuificationis in mēbris recipiētibus ab ea sanguinem arterialem ⁊ vitales spūs. ¶ Attēde ꝙ sermo is de neruis venis ⁊ arterijs notabilis magnitudinis intelligit̄. Impossibile em̄ est maꝛ gna incidi aꝑata quin fila aliqua neruoꝝ sub cute latentiū ad dādum ei sensum sil̄ incidātur:⁊ etiā alique capillariū venarū ⁊ arteriarum dispꝑsarū fere ꝑ totum corpus maxime in carnosis membris in q̄bus vt plurimū apostemata fiunt.

⁊ sicut pili leporis ⁊ tela aranee ⁊ albumē oui.⁊ ferramēta quibus aduritur. Oīa aūt hec fluxū sanguinis ꝓhibent siue ex errore ipsius proueniat siue necessario ⁊ vt medicinas deferat que fluxa faciunt. Cūq3[d] exituram perforauerit ⁊ qd̄ in ea continetur extraxerit non debebit ei adhibere oleum neq3 aquā neq3 emplastrū

In q̄rta dicit ꝑmo ꝙ si s̄ba q̄ in vlcere deꝑdita ē solū fuerit cutis necessariū erit aliq̄d qō cicatricē inducat id ē quādā gñet loco carnis vel cutis deꝑdite duriciem solidam in superficie carnis non minorē duricie cutis īmo solidiorē. Cuiꝰ rei signū ē pilos non nasci sup cicatrices. Nō em̄ pōt in ꝯpleta etate renasci cutis. Jō opꝰ ē loco eiꝰ ꝑdite sigillare vlcera q̄dā duricie carnosa ⁊ callosa. Juxta id ga. 3. de ingenio caplo sexto. Dico ḡ cū intētio nr̄a sit vt cutim amissa3 restauremꝰ sit tñ īpossibile ipa rō cohibet. i. cogit nos carnē q̄ superficie tenꝰ ē imutare vt fiat q̄si cutis. Et tertio megategni ca. 3°. ait. Cutē velut carnē restaurari īpossibile ē. q2 materia carnis sanguis ē cuiꝰ q̄titas ī corpe ē multa. Materia vō cutis sꝑma ē qō est ꝑuissime q̄titatis. Quid ergo de cute facere debemꝰ o3 oīno superficietenꝰ vt carnē īduremꝰ vt fiat ī tegmīe q̄si cutis etsi durior fiat sicut in vulneribꝰ cū sanant fieri videmꝰ. locꝰ em̄ ille durꝰ ꝑmanet: vñ pilꝰ nō nascit. Scdo dicit ꝙ h. s. inducere cicatrices sup vlcera q̄bus sigillent fit ꝑ essentiā. i. ꝓpriā nā3 cū stipticis q̄ sua siccitate carnis huiditates quibꝰ mollescit ꝯsumūt: ⁊ sua stipticitate etia3 a carne hūiditates exprimūt: vñ ipam ꝯstringūt ⁊ in superficie cuius fortiꝰ obuiāt duriciē generāt. Tertio dicit ꝙ inducere cicatrices super vlcera fit ꝑ accidēs cū calidis vstiuis sicut a3e3 ⁊ calcāto qñ adurūtur ⁊ parū ex eis vlceribꝰ supponit. Nā suis vehemētibꝰ desiccatōibꝰ tā a caliditate q̄ a siccitate fortiter ꝯsumūt humiditates carnis ⁊ magis adiuuāt ī desiccādo q̄ stiptica frigida vel nō multū calida: ⁊ magis ꝓducūt crustā. i. carnis superficiē veluti crustosā siccā ⁊ callosam citiꝰ faciūt. Uocat aūt ꝑn. hanc opatōnem ꝑ accidēs q2 ꝓpria calidi opatio ē calefacere. desiccat aūt q̄si ꝑ accidens ex ꝯnti resoluēdo hūidū. Et ꝑ a3e3 hic ītellige fra3 ex q̄ fit icaustū vel intellige vitreolū qō a3egi dr̄: ⁊ ꝑ calcantum vitreoli sp̄ēm. Signāter dicit cū parū ex eis qō sit adustū supponet: q2 ꝑdūt aliq̄d acumis corꝫ sue v̄tutis excoriatiue adustiue ⁊ corrosiue ꝑ eorum adustionē: ⁊ parū ex eis nō sufficit vrere neq3 corrodere: īmo ꝯsolidat ⁊ cicatrisat. S3 si multū ex eis vlceribꝰ supponat corrodet ea ⁊ faciet augmētum vlceribꝰ maxime in corporibꝰ humidis. Juxta id ga. 3°. de ingenio caplo. 7°. Uitreolū ⁊ calcantū in humidis corporibus imposita magis minuūt ⁊ rodūt carnem q̄ cicatricē īducant. Ideoq3 si aliqua necessitate cōpellamur has medicinas iponere eo ꝙ alia nō habeamꝰ o3 vt ꝑuissime sint q̄titatis ⁊ subtilissime puluerisata si ꝓpter cicatricē sunt īponēda. Or si ꝓpter minuēdam carnē multa q̄titas donet. Et paulo post ait. Si vitreolū ⁊ calcantū vrant minoris acuminis erūt. Eis etiā post incēsionē lotis tēperamentū prestabit. ¶ Attēde prīo ꝙ medicina cicatrisatiua seu sigillatiua ē medicina exiccatiua q̄ exiccat superficiē vulneris ita vt fiat cortex sup ipa3 custodiēs ipa3 ex nocumētis vsquequo generetur cutis naturalis: vt ait ꝑn. scdo huiꝰ caplo q̄rto. Et dr̄ sigillatiua q2 claudit ⁊ sigillat orificiū vlceris sicut ꝑ sigillū sigillari solēt ⁊ claudi littere. Et hec eadē cicatrisatiua noīari solet. q2 cicatricē vlceribꝰ superimprimit q̄bꝰ obcecant ⁊ obstruūt horū orificia. Et serapiō ī aggregatore sermone q̄rto caplo de medicina cicatrisatiua ait. Or est medicina q̄ sua virtute aggregat carnē ⁊ stringit ⁊ siccat in vlceribꝰ q̄ sunt in corpe quousq3 faciat eā mutari vel alterari in cutē. q2 cutis ē caro indurata. Et sunt sic alumē galle virides ⁊ etiā es vstū ⁊ maxime ablutū ex eo. q2 ī eo qō nō ē ablutū est v̄tus minuēdi carnē. Et ita ē etiā de cortice eris: hec ille.

stam. nam si multum fuerit corrodet ⁊ in vlceribꝰ augmētū faciet. Si autem illud quod perditum fuit fuerit caro sicut est ī vlceribus profundis nō erit festinādū in cicatrisando ea: īmo primo erit studēdū vt caro ī eis nascat. Et caro ñ gñat nisi ex eo cuiꝰ siccitas ꝑmū gradū ñ mltū trāscēdit

¶ Attende scdo ꝙ cicatrisatiue medicine debēt eē sicciores ꝯsolidatiuis. Juxta illō gal. priꝰ allegatū ex tertio de īgenio cap. 6°. Solidatiua sunt q̄ desiccāt ea q̄ ad mēbrꝫ vulneratū defluūt: q̄tinꝰ pura ⁊ mūda sint ab oī superfluitate. Ea vō q̄ sunt cicatrisatiua etsi necessario sint, eorꝫ q̄ defluūt desiccatiua. i. nō naturaliū: opꝰ ē tñ vt naturalē hūiditatem q̄ in concauitate carnis desiccent vnde multomagis debent esse desiccatiua q̄ illa que sunt solidatiua.

In q̄nta dicit prīo ꝙ si id qō deꝑditū est in vlceribꝰ de s̄ba mēbri fuerit caro sicut necesse eē solet in vlceribꝰ ꝓfundis nō ē festinādū in cicatrisando ea neq3 in claudēdo sua orificia. q2 cōcauitas interiꝰ relicta cito repleret humiditatibꝰ: q̄ ibi putrefacte mēbrū putrefaceret vel foras erūperēt renouāte svlcus: īmo laborandū ē vt priꝰ in eis caro renascat post cicatrisent. ¶ Attēde ꝙ si in ꝓfundis vlceribꝰ cū deꝑditiōe carnis fuerit sanies sic sepiꝰ ē ꝑmo emūdet post regñet in eis caro post cōsolident deinde cicatrisent. Juxta illō ga. 3°. de ingenio caplo decio. Si q̄dā vulnera sint cōcaua nimiūq3 putredinis habeāt tria extra naturā ī mēbro vlcerato habēt. vulnꝰ videlicet: ⁊ ꝯcauitas: ⁊ putredo. Quorꝫ curatōes fm ordies tēpis faciēde sunt. Prīo em̄ putredinē mūdificamꝰ. q2 īpossibile est carnē vulnere nōdū mūdificato gñari. Scdo cōcauitatē īplemꝰ. Nā si ꝯsolidet vulnꝰ ꝯcauitate nōdum repleta certū est ꝯcauitatē illa3 repleri nullatenꝰ posse. Scdo dicit ꝙ in vlceribꝰ ꝯcauis caro non gñat nisi ex eo cuiꝰ siccitatis nō multū transcēdit ꝑmū desiccādi gradū. Ide3 gal. tertio de ingenio caplo tertio ꝑmeīt dicēs. Cūq3 necesse sit medicamina carnis in vulneribꝰ gñatiua ꝙ ī primo gradu debeāt eē siccitatis q2 tēperate sicut diximꝰ siccitatis ⁊ mūdificatōis o3 ea eē necessario ipis siccitatem vltra primū gradū habentibꝰ nō solū ea q̄ de ꝑdictis superfluitatibꝰ ad vulnera defluūt desiccabunt: sed etiā sanguis q̄ cā generande carnis ē minuet. Ex quibꝰ medicaminibꝰ ē thus farina hordei fabaru3 ⁊ orobi yreos q3 cadmia planta oppoponaci aristologia tuthia: hec ga. ¶ Attēde ꝑmo ꝙ l3 hec oīa sint gñatiua carnis: in v̄tute tñ desiccādi differūt ⁊ etiā in gradu. Juxta id gal. ibi. Hec tñ vt dixi diuersa sunt in multa ⁊ parua desiccatōe. Quedā etiā habēt simplicē v̄tutē: alia ꝯpositam. Na3 aristologia ⁊ plāta oppoponaci sicciores ⁊ calidiores ceteris sunt. Farina orobi ⁊ fabarū ꝑuissime siccitatis sunt ⁊ nihil caloris eis dominat. Thus vō in calore tēperatū ē ⁊ minꝰ ceteris in siccitate. ideoq3 ī q̄busdā corporibꝰ nulliꝰ siccitatis apparet. Farina vō orobi ⁊ yreos iter aristologiā ⁊ oppoponacū sunt. ¶ Attēde scdo ꝙ aliq̄ ex istis in quorūdā corporꝫ vlceribꝰ carnem generāt ⁊ ī vlceribꝰ aliorꝫ non. Juxta illō ga. ibi. Itē dico possibile esse carnē in humidis corpibꝰ generari si cū thure medicabūtur. In siccis aūt nequaq̄. ¶ Attende tertio ꝙ fortitudo et debilitas desiccādi: medicinis carnē generātibꝰ cōmensurāda ē penes cōplexiones mēbri egri ⁊ morbi. Nā si cōplexio naturalis mēbri qō vlceratū ē fuerit humida sicut carnis debet cōseruari: q̄re medicina minꝰ sicca ꝯuenit ei. ⁊ ecōuerso si naturaliter mēbrū siccū fuerit sicut auris. Et si cōplexio vlceris aduenticia humidissima fuerit ex magno affluxu humiditatū ad ip3 medicina ipsiꝰ o3 eē in exiccādo fortissima: ⁊ econtra si siccū fuerit vlcꝰ. q2 hec cōplexio ñ ꝯseruāda ē s3 abījciēda vt ꝯ natura3. Juxta illō ga. ibi. Naturale custodiēdū ē ⁊ ꝯseruādū vñ silia sibi semꝑ sūt necessaria. Qō aūt ex naturā expellēdū ē ⁊ eījciendū vñ q̄ ꝯria sibi sūt cōueniūt. q̄cquid em̄ destruit necessario ꝑ id qō sibi ꝯriū ē mutat. Non em̄ hoc fieri pōt nisi cū suo ꝯrio. Igit q̄to magis vulnera humidissima fuerint tāto siccissīa debēt apponi. S3 nā corpis inq̄tū hūida extiterit itm̄ aimꝰ seu dicimꝰ humectatiuis adiuuari. Uerbi grā si duo vulnera sint in hūiditate equalia alterū tñ in humido ⁊ aliud in sicco corpore existat, qō in sicco corpe fit expedit vt sicciōribus adiuuetur: quod

autē in humido a minus desiccatiuis subueniatur. Hoc tñ oꝫ fieri fm diuersitatē siccitatis ꝛ humiditatis coꝝ. qm̄ caro q̄ creatur in vulnerib⁹ necesse ē vt sit silīs ei quā amisit. Ideo si sicca extitit ꝯuēit vt sicca gñet vñ necesse est vt vuln⁹ magis desiccem⁹. Qꝫ si ꝯplexio corpis humida fuerit necessariū ē vt medicina min⁹ sit desiccatiua: hec gal.

¶ Verūtamen hic conditiones attēduntur de quibus cura est habenda. Ex eis est consideratio dispositionis cōplexionis mēbri p̄ncipalis: et cōplexionis vlceris. Quoniam si mēbri cōplexio sit multe humiditatis et vlcus non fuerit multe humiditatis sufficiet siccitas pauca in gradu primo: quoniā egritudo non multū fuit elongata a natura membri. Sed si mēbrum fuerit siccū ꝛ vlcus humiditatis multe erit necessariuꝫ illud qḋ desiccat in gradu secundo ꝛ tertio vt reducat ipsum ad suā cōplexionem.

Sꝫ arguet aliqs ꝙ medicina gñatiua carnis dꝫ eē humida. qꝛ finis agentis naturalis est assimilare sibi passuꝫ. si ergo medicina gñatiua carnis sicca fuerit gñabit carneꝫ siccā que naturalit̄ humida eē debꝫ. Dic ꝙ medicina q̄ dī carnis generatiua nō gñat carnem vt p̄ncipale agens: sꝫ desiccat humiditates q̄ carnis regeneratōeꝫ ꝓhibebāt ꝛ sanguinē venientē ad vlcus inspissat ꝛ aptat vt fiat caro. Natura vō ē que carnē generat ex bono sanguie. Iuxta illud gal. tertio de ingenio caplo tertio. Igitur cū in ꝯcauis vulnerib⁹ carnē inuitę ablatā restitui ꝯuēiat intelligendū ē ꝙ materia carnis generāde bon⁹ sit sanguis. Generans aūt ꝛ q̄si artifex ē natura. ¶ Attēde q̄rto ꝙ medicinā carnis generatiuā sic describit p̄n. 2°. hui⁹ caplo. 4°. Carnis vō generatiua ē medicina cui⁹ ꝓprietas ē vt ꝑmutet sanguinē superuenientē vulneri in carnē: ppterea ꝙ equat ꝯplexionē ei⁹ ꝛ coagulat ipm cū exiccatōe. ¶ Attēde q̄nto ꝙ medicine carnis generatiua ꝛ ꝯsolidatiua ꝯueniūt in hoc ꝙ ambe desiccāt humiditates vlcerū supfluas. Sꝫ in duob⁹ abinuicē differunt. Prio q̄dem in hoc ꝙ ꝯsolidatiua dꝫ esse siccioꝛ. Scḋo ī hoc ꝙ carnis generatiuam oꝫ eē mūdificatiuā ꝛ excolatiuā: sꝫ ꝯsolidatiuā nō. Iuxta id ga. 3°. de ingenio caplo. 4°. Solidatiua vero cū necessario carnē gñare nō debeat nisi quid paruissimū necesse est vt p̄mā. s. carnis generatiuā in siccitate p̄cellat. Hec est differētia curatōis. Itē magis differūt curatōes Ea q̄ carnē gñant cū sui desiccatiōe necesse est vt sint mūdificatiua ꝛ excolatiua vt nihil putredinis in vulnere maneat. Solidatiua vō fm hāc ratiōnē his opposita sunt: cuꝫ nō oporteat ea mūdificare colare ꝛ apire sꝫ oꝫ coadunare cōstringere ꝛ desiccare: q̄ in stipticis ꝛ pōticis īueniunt̄ Hec tñ caueant̄ in carne generanda. qꝛ his appositis putredo coagulabitur ꝛ ꝯculcabit̄ vt egredi nullaten⁹ valeat: hec galienus.

¶ Verūtamen hic cōditōes ꝛc̄. In hac pticula tertia scḋe ptis p̄mittit ꝙ tres ꝯditiōes attendēde sunt in desiccatōib⁹ vlcerū. Prima ē ꝯsideratio cōplexionis p̄ncipal' seu nature mēbri vlcerati ꝛ ēt vlceris. Scḋa ē cōsideratio cōplexionis toti⁹ corpis. Tertia est consideratio v̇tutis medicinarū exiccātiū. Hoc p̄misso prio exeq̄tur de p̄ma ꝯsideratōe ibi [Ex eis est ꝯsideratio] Scḋo de scḋa ibi [Et ex eis ē ꝯsideratio ꝯplexiōis] Tertō de tertia ibi [Et ex eis ē ꝯsideratio v̇tutis] Quarto supaddit quattuoꝛ regulas his conditionibus ibi [Et omnes quidem]

In p̄ma subpticula dicit primo ꝙ ꝯsideratio dispositionis cōplexionis mēbri p̄ncipalis ꝛ cōplexionis vlceris ē vna triū ꝯditionū de q̄bus cura seu sollicitudo habēda ē ī desiccatōe vlcerū ꝛ regeneratōe carnis in eis. qꝛ mēsura desiccationis pluris aut minoris p̄ncipaliter attēdit̄ penes dispōnē cōplexionis p̄dictoꝝ. Et intellige hic p dispōnē ꝯplexiōis gradū sue siccitatis vel hūiditat̄ aut intēsionē vel remissionē harū qualitatū. Et refer hoc adiectiuū principalis ad hoc substātiuū ꝯplexionis nō mēbri. Et intellige p ꝯplexionē p̄ncipalē cōplexionē naturalē mēbri in quo est vlcus. Vel si ipm referas ad hoc substātiuū mēbri intellige p mēbrum p̄ncipale vlcerosum mēbrū. qḋ iō pōt p̄ncipale dici qꝛ ē illḋ cui⁹ cure p̄ncipaliter intēdit̄. Scḋo dat tres regulas circa hāc ꝯsideratione. Pria ē. si mēbri vlcerosi ꝯplexio sit plurimū hūida sicut ea q̄ carnis ꝛ vlcus non fuerit multū humidū ad regeneratōneꝫ carnis in vlcere et desiccatōeꝫ vlceris sufficiet ei medicina parū sicca. s. in p̄mo gradu sic̄ est thus seu olibanū: qḋ ē siccū in p̄mo calidū in scḋo vt ait p̄n. 2°. hui⁹ cap. de olibano. qꝛ egritudinalis ꝯplexio vlceris nō ē multū elōgata a naturali ꝯplexione mēbri egri. iō sufficit desiccatio pauca. Scḋa ē. si mēbrū vlceratū fuerit siccū sicut auris ꝛ vlc⁹ fuerit multe hūiditatis erit ei necessaria medicina desiccās in scḋo vel tertio gradu vt aristologia radix ireos farina orobi ꝛ oppoponacū. qꝛ medicina hec tante siccitatis dꝫ eē ꝙ sufficiat ꝯsumere totā humiditatē supfluam vlceris ꝛ reducere mēbrū vlceratū ad ꝯnālē sibi siccitatē. Tertia ē. in tēperatis dispositio erit equāda. i. si mēbꝝ vlceratū fuerit a natura q̄si tēpatū sic̄ muscul⁹ ꝛ vlceris dispositio q̄si media iter min⁹ humiduꝫ ꝛ remisse hūidū tūc ꝯuenit ei medicina tēpate desiccatōnis vt farina hordei vel farina fabarū. qꝛ sufficiet ꝛ siccare vlcus ꝛ reducere mēbrum ad tēperiē que sibi cōuenit.

Et ī temperatis quidē dispositio erit equanda. Et ex eis est consideratio complexionis totius corporis. Naꝫ cum corpus multe fuerit siccitatis ꝛ mēbrum augmētatum in humiditate fuerit in humiditate temperatum fm corpus eq̄le ex temperato exiccādum erit. Et similiter si corpus fuerit in humiditate augmentatū et membrū in siccitate. Et si ābo ad augmentum deuenerint: tunc si egressus fuerit ad humiditatem ampliori exiccabitur siccitate: et si fuerit ad siccitatem minori exiccabitur siccitate.

In scḋa dicit prio ꝙ ꝯsideratio cōplexiōis toti⁹ corpis est etiā ex cōditionib⁹ de quib⁹ sollicitudo habēda ē ī desiccationib⁹ vlcerū ꝛ regeneratōe carnis in eis. qꝛ fm ꝙ cōplexio toti⁹ ē siccioꝛ aut humidioꝛ vel inter has tēpata fm hoc vlceri medicamē cōuenit plus vel min⁹ siccū. Scḋo dat tres reglas circa hāc ꝯsiderationē. Pria est. si ꝯplexio corpis multū sicca fuerit vt in cholericis ꝛ melācholicis ꝛ mēbrū vlcerosuꝫ augmētatū in hūiditate rōne vlceris tēpatū in hūiditate fm corpus eq̄le. i. ac si eēt mēbrū tēpati corpis illud mēbrū exiccandum erit ex tēperato. i. reducēdū ex tēperata cōplexiōe quā ab hūiditate vlceris acq̄siuit ad cōplexionē ei⁹ nālē siccā. Et illḋ fit cū medicamīe tēpate desiccatōis vt cū thure vel cū farina fabaꝝ aut hordei. Verbi gr̄a sit muscul⁹ cholerici corpis siccus in p̄mo gradu respectu musculi tēpati corpis ꝛ sit in eo vlc⁹ cui⁹ humectatōe pdat siccitatē p̄mi gradus ꝛ fiat vt tēperatū inter humidū ꝛ siccū nō ē relinquēdus ille muscul⁹ ī ꝯplexione illa tēperata aduēticia quā ex vlcere acq̄siuit: imo reducēdus ad primū gradū siccitatis sibi ꝯnaturaleꝫ. Primo qꝛ hec tēperies nō est ei naturalis: nec ꝯsuetudinaria: sꝫ aduenticia supficialiter illata p modū dispōnis facile mobilis. Scḋo qꝛ nō ē cōmēsurata cōplexiōi alioꝝ mēbroꝝ in illoꝝ corpe. Desiccet̄ ḡ hoc vlc⁹ taliter vt ab extranea hūiditate mūdū remaneat ꝛ etiā mēbrū vlcerosuꝫ donec siccū fiat in p̄mo gradu sic̄ prius erat. Scḋa ē. si corpus fuerit augmētatū in humiditate sicut phlegmaticū vel sanguineū ꝛ mēbrū vlcerosum augmētatū fuerit in siccitate silr faciēdū est. i. mēbrū qḋ ī siccitate augmētatū ē dꝫ curari cū medicamīe reducēte ipm ad suā natiuā ꝯplexionē ꝛ vlc⁹ ipsi⁹ cū exiccatiuis q̄si tēpat̄. Pōt aūt mēbrū vlceratū esse augmētatū in siccitate vel ex nā vel ex sicco hūore ībibēte ipꝫ vel ex medicamīe supflue sibi sicco adhibito. ¶ Queret̄ h̄ aliq̄s si mēbrū vlceratū ī siccitate auctū dꝫ humectari. Videt̄ ꝙ nō. qꝛ oī vlceri fm ꝙ vlc⁹ ē ꝯpetit desiccatio sic̄ ante pluries ex gal. allegatū ē. Itē si alicui vlcerato mēbro ꝯueniret hūectatio maxime id videret̄ de cācerato ꝛ formicoso. qꝛ vlcera sua ex siccis acut̄ hūorib⁹ fiūt: sꝫ medici adhibēt ī vlcerosis cācro ꝛ formica nō hūida ne corruptōꝫ adaugeāt: sꝫ sicca vt tuthiā vel albū plūbi. Dic ꝙ mēbꝝ vlceratū augmētatū ī siccitate vltra ci⁹ nāꝫ dꝫ humectari nō ex pte vlceris ei⁹: sꝫ ex pte sui puta qꝛ lapsuꝫ ē a ꝓprio tēpamento v̇sus siccitatē. Fiat ergo sic vl' ꝙ humectet̄ fm hui⁹ ptes nō vlcerosas vel ꝙ ad min⁹ medicīe sui vlceris sint remissiores in siccitate ꝛ q̄si tēpate. Nec obstat ꝙ fiūt ex hūorib⁹ siccis acutis

Tertia regla ē de corpe ꝛ mēbro silr auctis vel in humiditate vl' in siccitate. Et ē bimēbris. Primū mēbrū ē. si corp⁹ ꝛ mēbrū qḋ vlceratū ē sint ābo hūida ampliori exiccabit̄ siccitate. i. ꝯueniet vlceri medicamē forti⁹ ī exiccādo sicut squama ferri vel es adustū. Cuius rō ē qm̄ hūiditas tā corpis q̄ mēbri faciūt vlc⁹ ī hūiditate supabūdare q̄re pluri idiget exiccatiōe. Scḋm ē. si corp⁹ ꝛ mēbrū qḋ vlceratū ē sint āmbo sicca mioꝛi exiccabit̄ vlc⁹ siccitate. qꝛ aucta siccitas corpis ꝛ mēbri qḋ vlceratū est ꝓhibet vlc⁹ plurimū humectari: q̄re sufficit ei medicia pauce desiccatōis cū paꝝ hūidū sit. ¶ Attēde prio ꝙ iste tres regule nūc dicte aliter exponi pñt de solis cōplexionib⁹ naturalib⁹ tā corpis q̄ mēbri qḋ vlceratū est fm ꝙ aggrauāt aut allcuiāt vlcus in humiditate ꝛ faciunt ipm indigere

pluri vel pauciori desiccatiõe. Erit ergo p̃ria regula. Si corp' naturaliter multe fuerit siccitatis ⁊ mẽbrũ vlcerosum ex sui natura multe humiditatis ita ꝙ humiditas mẽbri tẽpata fuerit ex corpis siccitate fm corpus eq̃le id est ac si totũ corp' equale esset ⁊ tẽpatũ respectu vlceris ex tẽpato. i. medicina tẽpata exiccãdũ erit vlc'. Qr siccitas naturalis corpis nõ sinit hũiditatẽ naturalez mẽbri vlcerosi ibibere vlc' sup excedẽti hũiditate: sz reprimit eã taliter vt corpus ⁊ mẽbruz sic se habeãt, i ordine ad vlc' ac si ambo tẽperata essent: quare pauca sufficit vlceri exiccatio. Scda ẽ. si corp' naturaliter fuerit in hũiditate augmẽtatũ ⁊ mẽbrũ vlceratum ex natura siccũ vlc' tẽperate desiccãdũ erit. Qr siccitas mẽbri vlcerati nõ sinit humiditatẽ corpis imbibere vlc' plurima humiditate. Tertia est. si corp' ⁊ mẽbrũ qd vlceratũ est sint ambo hũida de sua natura vlc' forti indiget desiccatiõe. qr sua nõ naturalis hũiditas cõfouet ⁊ auget humiditatib' corpis ⁊ mẽbri qd vlceratũ est. Sz si ex natura corpus ⁊ mẽbrũ in quo ẽ vlc' ambo sicca fuerint vlc' tẽpate desiccãdũ erit sola hac rõne q̃ in q̃ptũ vlc' est aliq̃ extranea efficitur humiditate quã siccare adiuuant corp' ⁊ mẽbrũ sua siccate: saltẽ nõ ibibũt multa humiditate. ¶ Attẽde scdo circa p̃mã ⁊ secundã regulas ꝙ possibile ẽ oplexionẽ infirmi hũidaz eẽ ⁊ mẽbri vlcerosi siccã etiã ex natura ⁊ ecõuerso ppter etherogeneitatẽ ⁊ diuersitatẽ mulicbris sanguis ⁊ spermatũ parẽtũ ex qb' formamur ⁊ influxũ variũ gignitiui spũs ⁊ superiorum ⁊ pprij loci. Juxta illud gal'. 3°. de igenio ca. decio. Dico ergo ꝙ possibile sit oplexionẽ infirmi humidã eẽ ⁊ mẽbrũ infirmũ siccũ q̃ Zria sunt sic intelligẽdũ est de caliditate ⁊ frigiditate. ¶ Attẽde tertio ꝙ si oplexio corporis ⁊ cõplexio etiã mẽbri vlcerosi sint tẽpate nõ ẽ habendus ad eas respect' in graduatõe siccitatis medicie vlceris: sz ad mẽsurã extrance hũiditatis q̃ in vlcere ẽ. Juxta illd ga. ibi. Cõplexiõe aũt mediocri existẽte nõ oz medicinã aliquo respectu osiderari eo ꝙ natura ĩfirmi tẽperata ẽ. Silr si cõplexio fuerit humidior vel siccior calidior vel frigidior q̃ oz medicina ẽ eadẽ q̃titate augẽda fm quaz illa mala cõplexio naturalis extiterit: vñ non debes ignorare q̃ cõplexio sit mala naturalis q̃ ue sit extra naturã. ¶ Attẽde q̃rto ꝙ p̃ria ⁊ scda regule sunt intellige de corpe ⁊ mẽbro lapsis equaliter seu in eodẽ gradu vno ĩ siccitate alio ĩ humiditate. Juxta illd gal'. ibi. Vñ ouenit vt inq̃ras vtrũ siccitas mẽbri sit extra tẽpamentũ ea q̃dẽ q̃titate q̃ corpis hũiditas moduz excessit. Nã vt h cognoueris nõ oz te medicinã vulneris q̃litatiue augmẽtare vel minuere cũ necessariũ sit medicinã tẽpatã apponi sicut si vuln' ĩ tẽpato corpe mẽbroq3 tẽperato fuisset. Qr si mẽbrũ vulneratũ modũ temperamẽti magis excesserit q̃ hũiditas corpis fit necesse vt medicamen adeo sicci' efficiatur fm ꝙ siccitas illi' mẽbri corpis hũiditatez pcellit. Vergi gr̃a si mẽbrũ vulneratũ sit siccũ extra tẽpamẽtuz in q̃rto nũero seu gradu ⁊ hũiditas corpis in scdo palã ẽ medicamĩa in p̃mo nũero vel gradu sicca vulneri oueniре: hec gal'. ¶ Attẽde q̃nto ꝙ cõmẽsurare hec pcise ⁊ adequate vel ĩpossibile ẽ vl' difficile valde: sz sufficit vt cõmẽsurentur arbitrio vitati vicino. Juxta illd gal'. ibi. Hec tñ nõ possum' scire: sz cũ maximo ingenio ad rei vitatẽ approximam'. Nam ad id qd certuz est puenire non possumus: sed q̃ laborat ⁊ exercet se in huius negocio magis q̃ quilibz alter ad id quod dixi appropinquabit: hec ille.

In tertia subparticula dicit p̃rio ꝙ tertia osideratio hũda ĩ desiccatõe vlcerũ ⁊ regeneratiõe carnis in eis ẽ osideratio vtutis medicinaꝝ desiccãtiũ. Et circa istã dat duas regulas. P̃ria ẽ. lz exiccatio fortis nõ q̃ratur in medicaminib' carnẽ generãtib' in vlcerib' sed tal' ⁊ tãta ꝙ phibeat carnẽ excessiuã ex affluxu sanguis in vlcere nasci: ipa tñ q̃ritur in medicaminib' cicatrisatiuis. Cã ptis p̃me est qr fortis exiccatio osumere possz materiã ex q̃ sãguis nasci debz. Sit g° modesta sz talis vigoris ꝙ ipsa osumat supfluitates carnez phibentes in vlcere nasci: ⁊ ꝙ phibeat illã mãz q̃ descẽdit ad mẽbrũ qd fit aptũ ad hoc vt ex ea plurima caro gñetur ⁊ supexcrescat: nõ q̃dẽ ex toto. qr sic caro q̃ necessaria ẽ ad replendũ vlc' nõ gñaretur sz fm ptẽ qua caro pna est supexcrescere. Sz scde partis regule cã est qr non sufficit ad cicatrisandũ medicina exiccãs extraneas vlceris hũiditates ⁊ carnis phibens supexcrescentiã: ĩmo req̃ritur ꝙ cũ his desiccet supficiẽ carnis ⁊ callosaz reddat ⁊ vice cutis suppositaz carnẽ ptegere valeat cutis. Scda regula ẽ. oz vt medicine ex qb' q̃runtur cicatrisatio ⁊ otinuatio ⁊ osolidatio ĩ vlcerib' sint pl' abstergentes ⁊ magis lauãtes ⁊ pl' desiccãtes q̃ medicine carnis gñatiue. Abstergẽtes q̃dem vt tollãt a supficie carnis humiditates qb' ĩbibitur ⁊ mollificatur. Nam medicina abstersiua est cui' pp̃etas ẽ vt moueat seu remoueat hũiditates viscosas ⁊ ogelatas ab orificijs poroꝝ in supficie mẽbri: ita vt elõget eas ab ea. Lauãtes vo q̃ti' sordiciem a supficie noue carnis tollãt vt forti' imp̃mat desiccatiuũ in eã ⁊ liberi' penetret ĩ poros ei'. Sed z medicina lauatiua ẽ ois medicina cui' pprietas ẽ vt abstergat nõ vtute agẽte sz vtute patiẽte quã iuuat mot' vt ait p̃n. 2°. hui' ca. 4. Et statim subiũgit. Et significo per vtutẽ patientẽ humiditatẽ ⁊ p motũ significo cursum. Currens eñ subtile cũ vadat sup orificia venarũ lenit hũiditate sua supfluitates ⁊ remouet eas suo cursu sic aq̃ hordei ⁊ aq̃ cucurbite: hec p̃n. Ex qb' videtur innuere ꝙ medicina lauatiua sit humectatiua q̃re pl' nocet q̃ pdest in cicatrisatiõe ⁊ osolidatõe vlcerum. Dic p̃mo ꝙ lz medicina lauatiua sit formaliter hũida qr liq̃da fluida: pot tñ esse desiccatiue vtutis sicut vinũ ⁊ lixiuiũ. Dic scdo ꝙ lz medicina aliq̃ lauatiua sit hũida vtute: pot tñ in cicatrisatõne pficere dũmodo abstergatur postq̃ lauerit cũ linteo calido sicco. qr p̃pauit medicine desiccatiue viã ĩ poros carnis. Desiccãtes aũt magis vt carnis supficiẽ ĩdurare possint ⁊ callosare: q̃tinus suppleat sua duricie vicẽ vere cutis in ptegẽdo quod sub ea sitũ est a nocumentis occurrentib' deforis. ¶ Attende circa h qd dicit in fine regule. cicatrisatio osolidatio ⁊ otinuatio. ꝙ isti tres mot' sibi vicissim succedere debẽt post gñatõem carnis in vlcerib'. Primo q̃dẽ fiat cõtinuatio labioꝝ vlceris ita ꝙ extrema coꝝ fiãt vnũ. Scdo fiat cõsolidatio. i. ofirmatio hui' vniõis seu otinuitatis. Tertio fiat cicatrisatio qua sigilletur ⁊ claudatur vlc'. Ex dictis elice ꝙ talis ẽ ordo vel habitudo medicinarũ vlceꝝ in gradu exiccãdi ꝙ cicatrisatiue debẽt esse sicciores ⁊ post eas osolidatiue ⁊ min' sicce istis carnis gñatiue vt ex gal'. p̃ri' alle(gatũ est.

Et ex eis est cõsideratio virtutis siccantiuz. Qm̃ licet ex siccantib' carnẽ nasci facientib' exiccatio fortis non queratur: sz exiccatio que sit talis q̃lis est illa que phibet materiã que descẽdit ad mẽbrũ quod fit aptũ ad hoc vt carnis generatio sit ex ea multum ea tamen queritur in siccantibus que nõ sũt ad hoc vt caro per ea gñetur: sz vt cicatrisatio p ea fiat. Ex eis nãq3 q̃ritur vt sint pl' abstergẽtia ⁊ magis lauantia plusq3 siccãtia ex qb' nõ q̃ritur nisi cicatrisatio ⁊ cõtinuatio ⁊ osolidatio.

Et oms quidẽ medicine q̃ sine mordicatiõe desiccãt sunt ingrediẽtes in genus earũ que carnẽ nasci faciunt.

In q̃rta subparticula dat q̃ttuor regulas circa medicias vlcerib' cõgruas ⁊ difficultatẽ curarũ ipsoꝝ. P̃rĩa est. oms medicine desiccantes sine mordicatõe sunt de genere medicinarũ carnẽ nasci facientiũ si fuerint cõmensurate fm oplexiones corpoꝝ mẽbroꝝ vlceratorũ et vlceꝝ ⁊ exhibite qñ ⁊ vbi oz. Et scdo hui' caplo q̃rto postq̃ descripsit medicinã sigillatiua ait. Et ẽ ois medicina equalis in duab' actiuis exsiccãs absq3 mordicatõne. Medicina igitur tam carnem generans q̃ cicatrisans debz esse immordax. quia medicine mordicatiue dolorez inferunt ⁊ fluere faciũt hũores ad vlcus cã doloris ⁊ vlc' pfundãt vñ phibetur curatio vlceris. Adde ꝙ interdũ per suũ acumen carnẽ liquefaciũt vnde pseuerat sordicies vlceris sicut qñ dantur medicine vlceri min' q̃ oz mũdificatiue. Juxta id gal'. 3°. de igenio ca. 7. Si vulnera cum qualibet haꝝ duarum medicinarũ sc3 nimis acute ⁊ minus q̃ opz mũdificatiue curare ceperim' ⁊ putredinẽ manere sicut fuerat videbim': intẽdim' ꝙ vna earũ min' mũdificet q̃ oz ⁊ alia vltra modũ. Differunt eñ inter se eo ꝙ ea q̃ fortior est ⁊ acutior vulnera magis solito cõcauat ⁊ labia eoꝝ indurat ⁊ superficies fit rubicũda ⁊ aliquando contingit infirmo morsura. Que vo minus opportuno mũdificatiua existit neq3 morsuraz neq3 aliqd horum generabit q̃ dixi. Et qr vinũ debile stipticũ sine hoc ꝙ mordeat est desiccatiuum vlcerib' plurimũ oferre videtur. Juxta illud ga. 3°. de ingenio caplo quarto. Unde vinũ optimã medicinã vulnerũ esse dico in hoc ꝙ vulnera sunt. Scda regula est bimembris. Primũ eius mẽbrũ est. omne vlcus existẽs in parte corpis nõ carnosa ẽ inobediens vt cito sanetur seu vix curabile. Primo qr vtus naturalis in his ⁊ calor ĩnatus subseruiẽs eis sunt plurimũ debiles. sunt eñ exanguia frigida ⁊ sicca de sui natura. Principalia vo opa in curis vlcerũ vt creare carnẽ vel rem deperditã ⁊ osolidare sunt opa nature plusq̃ medicaminũ. Juxta illud gal'. 3°. de ingenio caplo. 7. Carnem creare ⁊ solidare cũ actione nature fiunt. Medicine autem nihil in his agunt: nisi quia ea que naturam impediunt expellunt. Secundo quia labia horum vlcerum de sui natura sunt sicca dura: quare difficulter adherere possunt et inuiscari.

Tertio q2 materia restauratōis hui⁹ qḋ ex eis deꝑditū est nō abūdat in eis neqꝫ ꝓpe ipsa sicut abūdat ī carniformib⁹ partib⁹. Ab hac regula excipe venas nō pulsatiles quarū vulnera velociter sanant: sicut appet in phlebotomijs tā paruaꝝ ꝙ magnaꝝ ex eis ⁊ tā lati ꝙ stricti foraminis Silr vlcera q̄ fiunt in eis q2 simplices tunicas venarum assidue humectat rorat ⁊ ibibit sāguis quē ꝯtinent vn̄ appropinquāt nature mēbroꝝ carniformiū in facilitate ꝯsolidatōis suoꝝ vulnerū. Scdm mēbrū est: omē vlcus rotūdum silr ē inobediēs ad hᵒ vt cito sanetur. q2 labia ei⁹ vndiqꝫ abinuicē plurimū distāt ⁊ vix vniformiter adiūgi pn̄t. Et q̄rti q̄rta trac. 3°. caplo p2io

Omne ꝑterea vlcus quod in loco existit nō carnoso est inobediēs ad hoc vt cito medicetur. ⁊ similiter rotūdū Medicinis aūt siccantibus ⁊ stipticis que vlceribus occultis adhibentur sunt admiscende medicine mūdificantes sicᷓ mel: ⁊ medicine loco proprie sicut diuretica medicinis vlcera instrumētorum vrine curātibus. Cūqꝫ cicatrisare voluerimus ponemus

ait. Et vlcera q̄dem praue curatiōis sicut rotūda ⁊ similia sūt interficiētia infantes nō tolerātes vehementiā doloꝝ eoꝝ ⁊ difficultatē curationis eorum ⁊ ipsorum prauitatem. Tertia regula est. admiscende sunt medicinis desiccātib⁹ ⁊ stipticis occultoꝝ vlcerū medicīe mūdificantes sicut mel: ⁊ medicīe ꝓprie loco vlcerato q̄ ducāt ad ip̄z medicinas alias sicut diuretica debent admisceri medicinis vlcerū viarum vrine. ¶ Attende p2io ꝙ vlcera duob⁹ modis dicunt occulta. Uno q2 lꝫ habeāt orificiū exteri⁹: ꝓfunda tn̄ sunt ⁊ cauernosa sic ꝙ occult⁹ est fundus eoruꝫ. Alio mō q2 sunt in interiorib⁹ ⁊ fm fundū ⁊ fm orificiū. ¶ Attēde scdo ꝙ ī vtrisqꝫ medicis stipticis ⁊ desiccātib⁹ dēbēt admisceri vl eis ꝑmitti tā medicīe mūdificatiue ꝙ faciētes eas penetrare. Mūdificatiue q̄deꝫ ne stiptice ꝺsiccatiue lordiciē vlcerꝫ ī mēbro ꝯpmāt q̄ corrūpat. Faciētes vero penetrare eas q2 alr ī ꝑmis q̄ os hn̄t ex n̄ attigēt fūdū vlcerꝫ. In inferiorib⁹ vero māebūt ī stō suis grossicie ⁊ stipticitate: nec ibūt ad vlc⁹ fine duct ore nisi post morā lōgā in stō vbi alterabunt ⁊ diminuent earū vtutes. De primis quidē vlcerib⁹ ꝓfundis ait gal. 3°. de ingenio caplo. 5°.: Nō sufficit nobis noticia medicine fm hoc solū ꝙ est desiccatiua ⁊ stiptica cū et aliud iuestigare necesse sit id est vtrū medicina vsqꝫ ad ꝓfundū ꝯcauitatis possit imitti an non. Uerbi gr̄a cerusa ⁊ lythargirū tēꝑate sunt sicca ⁊ stiptica: eoꝝ tn̄ puluere suꝑ vuln⁹ asperso nihil ꝓficui impēdit eo ꝙ nequit interi⁹ penetrare. sicca em̄ sunt. Oportet ergo cū q̄busdā misceri vt ipsis in modū vnguēti redactꝫ penetratio vsqꝫ ad ꝯcauitatē existat. De scdis vero vlcerib⁹ ꝓfundis. s. interiorib⁹ ait gal. q̄rto de ingenio caplo vltimo. Mel misce in oib⁹ medicinis pulmōis ⁊ pectoris. q2 si hic sola stiptica dabim⁹ morā facient in stomacho neqꝫ poterunt penetrare. Mel etiā iuuat alio mō eo ꝙ nō nocet vulnerib⁹. Q2 si vuln⁹ sit in renib⁹ vel vesica mel cū eoꝝ medicinis miscendū ē ⁊ ea q̄ vrinaꝫ ꝓuocant: hec gal. ¶ Attēde tertio ꝙ tā in vlcerib⁹ ꝓfundis ꝙ in vlcerib⁹ interioꝝ mel admixtū medicinis stipticis ⁊ desiccantibus ē ꝯuenientissimū. q2 mūdificat penetrare facit alias ⁊ eas siccādo iuuat. Juxta id gal. ibi. Si antē mūdificare necesse sit dabim⁹ ea q̄ paꝝ sint colatiua. Nescio tn̄ quid horū meli⁹ sit melle nō cocto. ¶ Attēde q̄rto ꝙ q̄dā medicine vlcerū soluꝫ cōueniūt vlcerib⁹ exteriorib⁹, quedā tā exteriorib⁹ ꝙ interiorib⁹. Juxta illud gal. ibi. In vulnerib⁹ vero exteriorib⁹ possum⁹ dare ea q̄b⁹ nō sunt assueta nec cū eis quādā habent silitudinē sicut ē erugo eris es vstū cadimia lythargirū tuthia cerusa. hec em̄ nō cōueniūt vulnerib⁹ q̄ sunt in interiorib⁹. Et paulo post subdit. Que igit iuuāt interiora vulnera preter vllū nocumentū erūt hypoquistidos balaustia galla cortex malorū granatoꝝ terra sigillata semus. i. luth stella tū suecus sumach aq̄ rosata accatia ⁊ silia. hec aūt oia sunt iuuatiua vulnerū q̄ fiūt in ventre preter vllum nocumētum. Hec eadem conferunt in exterioribus. Quarta regula ē. cū voluerim⁹ cicatrisare tā exteriora ꝙ iteriora vlcera administrabimus medicinas desiccatiuas cū sua stipticitate viscosas sicut terrā sigillatā masticē cortices thuris ⁊ cortices pini. P2io q̄deꝫ vt loco cicatrisando forti⁹ hereant ⁊ diuti⁹ ibi maneāt. Scdo vt suꝑficiē carnis quā cicatrisando exiccāt sua viscositate quodāmodo applanēt ⁊ lenē reddāt. Tertio vt cicatricē pulchriorē reddāt nō rugosam neqꝫ asperā vel cortica ¶ Et scito ⁊c. In particula hac q̄rta scde (lē q̄si puluerulētā ⁊ effetā. part hui⁹ capli p2io ꝑmittit ꝙ sunt aliq̄ q̄b⁹ ꝓhibent vlcera sanari ꝑter ipm vlc⁹ ⁊ accidētia q̄ sunt ei ꝓpa. Scdo exeq̄tur de q̄ttuor ex eis q̄ pl⁹ ipediūt vlcera sanari ⁊ de remedijs aduersus ea. Et p2io de malicia ꝯplexionis mēbri vlcerati ibi [Ex q̄b⁹] Scdo de malicia ꝯplexionis sanguis veniētꝭ ad vlc⁹ ibi [Et malicia] Tertio de multitudīe sanguīs q̄ ad ipm fluit ibi [Et multitudo] Quarto de corruptiōe sub vlcere ibi [Et ossis corruptio] Quinto notat vnū circa q̄rtū ibi [Multotiens]

In ꝑma pte dicit p2io ꝙ malicia ꝯplexionis mēbri vlcerosi ē ex eis q̄ impediūt curā vlceris. q2 q̄libet mala ꝯplexio suꝑexcedēs debilitat vtutē naturalē mēbri: cui⁹ opa sunt carnē creare ī vlcerib⁹ ⁊ ca ꝯsolidare Scdo dicit ꝙ curator vlcerū studere oꝫ vt rectificꝫ malā complexioneꝫ mēbri vlcerati. ¶ Et circa hanc rectificatiōem attende p2io ꝙ si caro partis vlcerose sicca sit ⁊ dura fomētari oꝫ cū aq̄ calida ⁊ me

medicinas cum stipticitate sua viscosas sicut terra sigillata. ¶ Et scito ꝙ quedam sunt vlceribus sanitatē prohibentia. Ex quib⁹ est malicia complexionis membri: quare studere debes vt ipsam rectifices. Et malicia complexionis sanguinis qui ad ipsum venit: cui succurrere debes cū generatiōe boni chimi. Et multitudo sāguīs q̄ ad ip̄z fluit ⁊ humectat ip̄z:

dicina vlceri imponēda sit magis humida vel min⁹ sicca. Juxta illud gal. q̄rto de ingenio caplo scdo. Dico ergo corruptōe ꝯplexionis carnis existēte oꝫ medicū iuestigare vtrū sicca sit ⁊ dura. Que si taliter fuerit fomētet eā cū aq̄ calida ⁊ tēꝑata donec rubea fiat ⁊ tumefieri cepit. Nā si ampli⁹ fomētet magis eo qḋ adunatū est dissoluet. Medicinā qꝫ vulneris ꝯuenit hūidiorē eē ꝙ ea q̄ in sana carne ponunt. ¶ Attēde scdo ꝙ si caro in q̄ ē vlcus hūidior naturali fuerit ipa desiccāda ē ⁊ nō tāgēda aq̄: sꝫ vino aut aceto cuꝫ aq̄ ꝑmixto lauari pōt vel cū aqua decoctōis aliquoꝝ stipticorū: ⁊ vlceri iponēda ē medicina siccior. Juxta id gal. q̄rto de igenio ca. 2°. Q2 si caro hūidior nāli fuerit siccior medicina ⁊ ab aq̄ custodiat vino tn̄ si necesse fuerit lauet vel aceto cū aq̄ mixto aut cuꝫ aq̄ vbi stiptice herbe cocte sint. ¶ Attēde tertio ꝙ si caro in q̄ ē vlc⁹ in caliditate aut frigiditate excesserit qḋ cognoscit tactu medici ⁊ sensu egri ⁊ colore cutꝭ ⁊ ex ꝯferētib⁹ ⁊ nocentib⁹ curāda est ꝑ ꝯria vt frigida calidis ⁊ calida frigidis nō iposit is vlceri: qm̄ vlcerib⁹ frigidū mordar: sꝫ in circuitu. Juxta illḋ gal. ibi. Silr si caro calida fuerit refrigeret ⁊ frigida calefiat. Quoꝝ vniuscuiusqꝫ noticia ex calore carnis ppendit ex tactu quoqꝫ ⁊ ex eo qḋ infirm⁹ sentit. Nā aliq̄n manifestat nimiū calorem vel frigitudinē in eo sentire ⁊ q̄etem ex medicamīe frigido vel calido hn̄i. Nā si vulnus calidū fuerit color suꝑficiei rube⁹ erit: si aūt frigidū alb⁹ erit. ¶ Attende q̄rto ꝙ si labia vlceris indurata fuerint aut liuida aut nigra debent incidi vsqꝫ ad carnē sanā. Et si corruptio hec multū interi⁹ se ꝓfūdauerit vel totā abscindes si patiēs requisiuerit ⁊ cōmode tolerare poterit vel paulatim corrosiuo auferes vt vnguēto viridi ꝑnominato vl egyptiaco. Juxta illḋ ꝑn. ibi. Itē cū labia vulneris mutant aut ī colore aut in duricia ꝯuenit vt icidant donec ad sanam carnē icisio ꝑuenerit. Sꝫ si mutatio labioꝝ mltū iteri⁹ penetrauerit oꝫ vt ꝯstās sis ⁊ inq̄ras vtrū audeas eā totā abscidere. Sin autē curabis illā ī lōgo tpe: hoc tn̄ fm volūtatē infirmi faciēdum ē. Quidā em̄ carnis incisionē pati nolētes poti⁹ volūt lōgo tpe cu(rari: alij vero ecōtra

In scda dicit p2io ꝙ malicia sanguīs affluentis ad vlc⁹ tā in ꝯplexiōe ꝙ ī sbā ē etiā ex his q̄ ꝓhibēt vlcerꝫ curationē. P2io q2 mal⁹ sāguis malā ꝯplexionē iducit ī mēbro vlcerato. Scdo q2 iept⁹ ē regn̄atōni bone carnis ī loco vulneris. Ter° q2 auget vl parit ī vlcere corruptōeꝫ seu putrefactōeꝫ. Scdo dicit ꝙ huic ipedimēto malicie sanguīs occurrēdū ē dādo egro edere cibos euchimos vt pullos gallinas capōes ꝑdices fascanos turtures hedū vitulū ānualē agnū oua sorbilia bene recentia. Adde ꝙ pri⁹ fiat euacuatio corpis cū phlebotōia ⁊ pharmacia: q2 nō pura corpa ꝙtūcūqꝫ magꝭ nutries tāto magis ledes āpho. 2. Et rasis septio almāf. ca. 3. ait. Color vero corpis si fuerit mal⁹ ⁊ ei⁹ silitudo mala cā retardatōnis sanitat vulneris ē sanguis malicia. Minutione igitur ⁊ ventris solutione ē subueniendum prius.

In tertia dicit p̄mo ꝙ multitudo sanguīs defluētꝭ ad vlc⁹ et id humectātꝭ ē etiā de ipediētib⁹ vlcera sanari. q2 sanatio vlceꝝ ē eoꝝ desiccatio vt ostēdit hypo. libro ei⁹ quē de vulnerib⁹ ꝯstituit. Cui⁹ sermonē q̄rto de īgenio ca. 7. gal. ita refert. Dixit hyp. nō oꝫ omē vuln⁹ humefieri. Cū cām hui⁹ rei vellet declarare ait. siccū vicinū esse sano ⁊ humidū nō sano. Jdcoqꝫ itētio toti⁹ sui libri vna est. i. desiccare. Itē sanguis effluēs suꝑflue ad vlc⁹ carnē suꝑfluā in cogn̄at: cū ipse facillime vtatur in carnē qua ꝓhibet sanatio vlceris

Uel si nō possit p̄ multitudine a natura regi putrefit in vlcere et corrūpit mēbrū. Scd̄o dat tria remedia ꝯ̄ istud īpedimentū. Primū ē cū euacuatōe sanguis supple cū phlebotomia vel cū vētosis vel cū sanguisugis. Scd̄z ē cū subtiliatiōe diete seu diminutōe cibi vt natura ꝯuertat in ptes corpis p nutritionē supfluuz sanguinez qui affluit vlceri vel affluxurus est. Tertiū ē cuz exercitio resoluente partez supflui sanguinis nisi vlcus fuerit i tali loco qd̄ exercitiuz fieri prohibeat. vt vlc⁹ tibie gress⁹ exercitiū vel cursus ꝓhibet: et vlcus brachij exercitium manus.

cui succurrere debēs cū euacuatōne ⁊ subtiliatione cibi: ⁊ faciēdo vt exercitet̃ si possibile fuerit. Et ossis corruptio qd̄ est sub eo et quod ei transmittit saniem. Et huiusmodi quidez curatio non est nisi ossis illius medicatio: ⁊ ipsius fricatio si fricatio totā ipsi⁹ corruptōnem remouere poterit: ⁊ accipere ipsuz ⁊ īcidere. Multotiēs preterea est necessariū medicāti vlcera vt secū deferat emplastra attractiua vt eis frusta ossium ⁊ res extranee carni infixe euellant̃: ⁊ si non

In qrta dic̃ ꝙ corruptio ossis qd̄ sub vlcere ē ⁊ sibi saniē mittit silr̃ ē ex ꝓhibētib⁹ vlcera sanari q2 os corruptū mēbra mollia circa se corrūpit: ⁊ alimētū qd̄ ad ea venit in virus cōuertit: quib⁹ p̄sentibus impossibile ē vlcera sanari. Scd̄o dicit ꝙ sublatio huius impedimēti nō est nisi medicatio decens ossis illi⁹ vt si solūmodo supficieten⁹ putruerit fricatiōe alicui⁹ acuti seu abrasione curari oz si fricatio remouere poterit totā isti⁹ ossis corruptionē. Qz si os putruerit ita ꝓfunde ꝙ ei⁹ putredo fricatiōe remoueri nō possit tūc opus erit vel accipe ip̄m id est extrahere de suo loco vel id incidere quod ex eo putruit modis prius tactis capitulo vigesimoseptimo huius fen.

In q̇nta dicit ꝙ chirurgico medēti vlceribus sepe necesse est secū deferre emplastra aut vnguēta attractiue v̇tutis: q̇b⁹ ab vlceribus frusta ossiū extrahātur ⁊ res extraneas īfixas carni sicut spinas acus acutoꝝ cuspides ⁊ sagittarū ferra tota aut barbas. Nā nisi extrahant̃ ꝓhibebūt vlceris curatōnem. ¶ Attēde primo ꝙ p̄n. q̄rti q̄rta trac.2°.cap̄.9. multas medicinas extrahentes sagittas spinas ligna ⁊ ossa cōmemorauit. Pria ē amoniacū super os vlceris more emplastri suppositū dissolutum in vino aut aceto qd̄ est attractiuum forte. Secunda ē radix arundinis trita ⁊ emplastrata sola vl̃ cū melle. Tertia ē affodilli. Quarta folia papaueris nigri. Quīta folia arboris fici cū sanich.i.hordeo vl̃ tritico fracto. Sexta folia iusq̄ami albi cū calcadis.i.attramēto albo. Et est vitreoli spēs ⁊ fruct⁹ eiusdē. Septima ē alkeyri ⁊ ē viola citrina vel alba q̄ hic ī muris abundat. Octaua est aristologia. Nona cepe narcisci. Decia est rana excoriata: ⁊ ē valde mirabilis fixis in ossibus ⁊ silr̃ eradicat dētes. Undecia ē cācer ꝯtrit⁹. Duodecia ē v̇triq; lepores vt mas ⁊ femīa. Tertiadecia ē coagula omīa. Quartadecima lacerta. Quintadecia ē cōposita ex capite lacerte statiab sciso ⁊ aristologia lōga ⁊ radice cāne ⁊ cepe narcisci. ¶ Attēde.2°. ꝙ si aliquod vlcerū iā clausuz fuerit ⁊ in eo relicta squirla aliqua ossis nō est festinādū reaperire ip̄z cū violētia ⁊ extrahere squirlā cū festinatiōe. Iuxta illd̄ p̄n. q̄rti q̄rta trac.4°.caplo de eo qd̄ remanet de frustis ossiū ⁊ corticū eoꝝ. Illud qd̄ ē meli⁹ ē vt nō festinetur in extractōe eoꝝ: imo dimittāt̃ nature: ⁊ adiuuet̃: ⁊ illd̄ cuz attractiōe pauca eoꝝ q̄ extrahūt ea i spacio nō festino. Et non moueant̃ cū medicinis ⁊ opatōe man⁹. Nā qd̄ ē retractū violēter nō euacuat̃ quin faciat accidere vlcera fistulosa. Cuz ergo expellit ea natura ad cutē ⁊ incipiūt exire ⁊ iā sepata sunt tūc cura ⁊ incarna vuln⁹. ¶ Attēde tertio ꝙ ibi dictat emplastra duo multū ꝓpicia attractiōi hoꝝ. Primū recipit olei veteris sordiciei vasoꝝ apuz q̄ mū dr̄ anā. q̄rt̃ ℞. cere citrine.ʒ.2. euforbij lactis titimalli anā.ʒ.1. aristologie.ʒ.3. fiat cerotū. Scd̄z recipit amoniaci bdellij anā.ʒ.2. olei d̄ lilio q̄ntū sufficit eoꝝ remollitioni fiat cerotū seu emplastrū ⁊ ponatur desup. Ip̄z em̄ ē de illis q̄ extrahūt ossa cū facilitate. ¶ Attēde q̄rto ꝙ multi sunt modi q̇bus medicīe ab vlcerib⁹ trahūt ossa vel alia que eis infixa sunt. Iuxta illud gal̃. simplicis medicine caplo.18°. Ex medicinis v̇o attractiuis q̇dā sunt q̄ sunt ita ꝓpter naturā suā ⁊ quedā sunt q̄ sūt taliter ꝓpter putredinē cōtinuā cū eis. Et attractiue p nāz suā sūt sicut puleg iū ⁊ sordes alucariuz ⁊ scrapinū ⁊ asa ⁊ carui aggreste. Attractiue aūt ꝓpter putredinem sunt fermētū ⁊ oīs stercoris v̇tus ē attractiua. Et paulo post dicit. Et de medicinis attractiuis ē gen⁹ aliud qd̄ attrahit cū ꝓpetate sue q̄litatis ⁊ nō est illud res maior q̄ ꝙ ip̄e attrahūt p similitudinē toti⁹ sb̄e ad illud qd̄ attrahūt. Et ad id ꝓpositū chirurgici solēt in suis emplastris extrahētibus ferrum ab vlceribus imponere magnetem.

prohibebūt vlc⁹ meliorari. ¶ Ulcera q̄q; nutrimēto īdigēt ꝓpt̃ea vt ꝯforta tio fiat. Et minoratōe nutrimēti propterea vt saniei materia restringat̃. Et inter hec duo ꝯ̄ria existit diuersitas. qm̄ sanies debilitat quare confortare necesse est: ⁊ multiplicatur quare necesse est nutrimentum prohibere. Medicus igitur de hoc sollicitus esse debet. Cumq; vlcus in principio fuerit nō dz eger balneū īgredi neq; ip̄z aq̄ tāgere calida. qm̄ attrahet ad ip̄z qd̄ i apostemate augmētū faciet.

¶ Ulcera quoq; ⁊c. In hac particula q̇nta scd̄e ptis hui⁹ capituli p̄io agit de nutrimēto vlceratoruz. Scd̄o de balneo ibi [Cūq; vlc⁹] Tertio de signis fistule ⁊ alfasc ibi [Omīe p̄terea]

In pria parte dicit p̄io ꝙ vlcera īdigēt nutrimēto vt p ip̄m cōfortet̃ v̇tus ptis vlcerate ⁊ toti⁹ corpis et etiaz vt p ip̄m carne repleat̃ cōcauitas vlceris. Et minutiōe nutrimēti indigent vt restringat̃.i. ab excessu ꝓhibeatur materia ex q̄ fit i vlcere sanies. Scd̄o dicit ꝙ inter hec duo.s. nutrire ꝓ ꝯfortatōe ⁊ minuere cibū ꝓ diminutōe saniei q̄ vident̃ eē q̄si cōtraria ē diuersitas ꝯsiderationū circa modū alendi. Qm̄ sanies suis fuliginib⁹ ⁊ vlceratiōe debilitat corp⁹ ⁊ partē vlceratā: q̄re ꝯfortatio necessaria est. Et ex nutrimēto q̄ det̃ abūde multiplicat̃ in vlcere sanies: q̄re necesse ē vt ꝓhibeat̃ vel saltē vt ip̄m diminuat̃. Tertio ꝯcludit ꝙ medicus in hoc sollicit⁹ esse dz vt nutrimentū sic cōmensuret ꝙ ⁊ sufficiat confortare v̇tutē aut sustētare eā ⁊ nō multiplicet in vlcere saniē. Et circa h̄ primo obseruandū ē ꝙ habētib⁹ vlcera notabilis magnitudinis min⁹ cibi detur q̄ sibi sanis. Scd̄o ꝙ eis dent̃ euchimi cibi paucarū supfluitatū declinātes modicū ad siccitatē. Tertio ꝙ sint subtiliores ⁊ faciliores digestionis his quos assumebāt in sanitate. q2 esse nō p̄ot q̇n debilior sit in eis natura: tū propter dolores: tū ꝓpter saniē cui⁹ fuligines per mēbra spargūtur: tū propter fetores: tū rōne supfluitatū q̄ multiplicantur ex defectu exercitij quasi p̄focantium calorem innatum.

In scd̄a dicit p̄io ꝙ in tp̄e p̄ncipij vlceris eger nō dz ingredi balneuz nec aq̄ calida dz eum tāgere. Itidē intellige de hora augmēti. Cui⁹ cām reddit. q2 balneū traheret ad vlc⁹ seu fluere faceret hūores plurimos q̇ i apostemate facerent augmentū si ip̄z illic eēt: vel afferrēt vlceri nouum apostema qd̄ nō p̄habebat: vel in ipso vlcere sordiciē augerēt. Nam balnei calor liq̄facit hūores ⁊ ipsos p corp⁹ diffundi facit: quos mēbra fortia debilib⁹ mittūt ⁊ sana īfirmis. Iux̃ illd̄ p̄n. p̄mi scd̄a doc.2ª. sūª pria ca.19°. In balneo p̄terea cū mltis ei⁹ iuuamētis assint nocumēta facit eni supfluitates ad mēbra in q̇b⁹ ē debilitas leuiter descēdere. Et primi tertia doctrina scd̄a caplo q̇nto ait. Qz balnei impedimēta sunt humores q̇ctos mouere ⁊ eos ad putrefactōem p̄parare: ⁊ cū eis ad mēbroꝝ debiliū receptacula declinare. ergo ab eo accidūt apostemata in occulto mēbroꝝ ⁊ in eoꝝ supficie. ¶ Attēde p̄mo ꝙ in vlcerib⁹ duplex potest admistrari balneū. Unū vl̃e in quo totū corp⁹ vsq; ad collū balneo imittitur. Aliud pticulare qd̄ cū spongia vel lana imersa in aq̄ calida vlceri adhibet̃ aut parti vlcerosi. ¶ Attēde scd̄o ꝙ balneoꝝ aliq̄ humectāt sicut balneum dulcis aq̄ calide. Alia desiceāt vt alumiosa vel sulphurea. ¶ Attēde tertio ꝙ habentib⁹ vlcera cōuenire balnea dupliciter ē: vno mō rōne vlcerū: alio mō gr̃a alteri⁹ egritudinis vt colice vel yliace. ¶ Attende q̄rto ꝙ p̄ncipiū vlceris ē cū humores sibi affluere icipiunt ⁊ fieri sanies. Augmētū v̇o dū fluxus auget̃ ⁊ iam ps eoꝝ sanies facta ē. Status v̇o dū iā totū fluxit ⁊ saniatū est. Declinatio dū sanies fcā paulatim decrescit ⁊ vlc⁹ ab ea mūdificat̃ ⁊ ꝯsolidādo gradatiz incedit. His preattētis dant̃ he regule. Pria est. balneū humectās aque calide dulc̄ nō cōuenit vlceri nec vl̃e nec particulare in sui p̄ncipio nec in ei⁹ augmēto. Quia fluere facit hūores ad vlc⁹ supabūdāter ⁊ putredini aptat nisi caro vlceris sicca dura fuerit. In quo casu gal̃. iubet q̄rto de igenio cap̄.2. balneū particulare videlicet fomētare hanc carnem cū aqua calida. Secūda est. balneū desiccans sicut sulphureū vel aluminosum particulare siue naturale seu artificiale cōuenit vlceribus aquosis humidis fere oī tp̄e maxime antiquis. Iuxta illd̄ p̄n. primi scd̄a doc. secūda sūma p̄ma caplo.19°. Sulphuree v̇o aq̄ neruos mūdificāt ⁊ dolores distētionis ⁊ spasmi sedāt ⁊ corporis superficiē a bothor ⁊ vlceribus malis antiquis

⁊ signis violaceis mūdificāt. Sꝫ vniuersale in pncipio ē suspectū. Sulphureū q̇dē q꞉ hūores eliquat ⁊ fluxui adaptat. Alumiosum v̇o q꞉ poros claudit disponit hūores ad putrefactionē ⁊ corp⁹ ad febrē. Tertia ē. si habēti vlcus supuenerit egritudo grauior exigēs balneū vt colica vel yliaca ꝓpter vlcus nō ē dimittēdū: sed īgeniādū si possibile sit vt ab aq̄ calida nō tāgat̃ vlc⁹ Et si in pede fuerit crure vel manu sursum teneatur extra aquā penit⁹ vel tenaci ēplastro ex appropriat̃ cooperiat̃. Et si vlcus fuerit in pn̄cipio sit in eo v̇tus repercussiua vł circūponat̃ defensiuum aliquod ꝓhibēs humores a balneo cōmotos vlceri affluē. Secūdo dicit h̄ pn̄. ꝙ cū

Sed cū vlcus quieuerit ⁊ saniem fecerit fortasse tūc facile fiet ei. Omne preterea vlcus quod cito reuertit̃ postq̄ carne repletū est ⁊ consolidari debet est in semita perueniendi ad fistulā Debes ergo sp̄ intueri colorē saniei ⁊ colorē labioꝝ vlceris. Et si pus multiplicatur sine multiplicatōe nutrimēti est ibi alfasc. Loquamur ergo nunc de curatione alfasc. Et dicamus q̄m propterea ꝙ alfasc est continuitatis solutio infra cutē profundata: manifestū ē ꝙ oportꝫ vt ei⁹ medicamina sint fortiora q̄ eius qđ discoopertū ē. Et ꝓpterea ꝙ multū sanguinis ad ip̄m fluxit est ei necessariū illud qđ resoluit. Uerūtamē oportet ne eius resolutio sit cū multa siccitate: vt non resoluat quod ibi subtile ē et faciat lapidem quod spissum est.

vlcus quieuerit ab affluxu humoꝝ ⁊ graui dolore ⁊ fecerit saniē albā et digestā fortasse facile fiet ei balneū. Facile q̇dem ad bene ferēdū sine detrimento. Fortasse dicit q꞉ si corp⁹ repletū fuerit vel nō assuetū balneis vti vł ipsi⁹ v̇tus plurimū debilis nō ē balneandū. Sꝫ si ꝯ̄ria istoꝝ affuerint balneū vtile ē vt superfluitates intercutanee q̄s quies attulit opportuna vlceri p hoc resoluant̃: ⁊ calor innat⁹ quiete sopitus euigilet̃: ⁊ humiditates vlceri noxie ab eo resoluant̃. Et si aq̄ calida tetigerit vlcus et partes vicinas a sanie abluet: sꝫ tuti⁹ sit vt vlcus claudat̃ tenaci emplastro ne putrescat vlcus ampli⁹ q̄ ante per aquā calidam.

In tertia dicit primo ꝙ om̄e vlcus velociter rediēs postq̄ caro in eo regn̄ata est ⁊ ꝯsolidari dꝫ est in via ꝓxima vt ꝑueniat ad fistulā. Cui⁹ rō est q꞉ per reditū ipsi⁹ velocem signat̃ ꝙ intra remāsit cauernositas aliq̄ sordiciē colligēs: q̄ renouat vlc⁹ qđ ē de specie cauernosoꝝ fistule simile nec ab ea differēs: nisi q꞉ fistule labia indurata sunt ⁊ callosa. Juxta illđ pn̄. q̄rti q̄rta trac. 3°. cap̄lo p̄rio. Et vlc⁹ q̇dē ꝓfunditatē habēs non euacuat̃ quin aut iā indurata sit caro circūdās ip̄m: ⁊ noīat̃ fistula: ⁊ est sicut cāna penetrās mēbrū: aut nō indurat̃ aliq̄d ⁊ noīat̃ abscōsio ⁊ cauerna. Scđo dicit ꝙ ad cognoscēdum si hoc vlc⁹ rediēs fistula fiet assidue medicus colorē saniei inspicere dꝫ ⁊ colorē etiā labioꝝ vlceris. P̄rio quidē sanies inspiciēda ē. Nā si sanies fuerit alba spissa eq̄lis pauci fetoris significat̃ nō vētura fistula: sꝫ ꝙ vlc⁹ clausuꝫ fuerat anteq̄ fuisset bn̄ mūdificatū. Si v̇o fuerit virulēta aquosa fetens ꝓsumit̃ fistula fore ventura. ❡ Attēde tn̄ ꝙ fistule sanies diuersificat̃ in s̄ba ⁊ colore penes mēbra q̄b⁹ infigit̃ ⁊ in q̄bus radicat̃. Juxta illđ pn̄. cap̄lo nūc allegato. Et fistula q̄ vadit ad neruū dolet vehemēter ⁊ ꝓp̄e q̄n tāgit̃ ei⁹ inferi⁹ cū tēta: ⁊ fortasse difficilis fit opatio illi⁹ mēbri: ⁊ ē hūiditas tenuis subtilis sicut fit ab illa q̄ ꝑuenit ad os. Et q̄n ꝑuenit ad ligamētū ē illđ qđ currit ꝓpiquū illis: verū dolor ī ossuosa existēs ⁊ ligamētali fortasse nō magnificat̃. Et hūiditas q̄ vadit ad os est subtilior ⁊ decliuior ad citrinitateꝫ. Et ex ꝑueniēte ad venas ⁊ arterias multotiēs egredit̃ fex: ⁊ q̄nq̄ si fuerit tēdens ad venā sanguis plurim⁹ ⁊ ad arteriā sanguis supalbid⁹ cuꝫ fluxu sanguis ⁊ ꝓcessiōe. Et ex ea q̄ ꝑuenit ad carnē currit hūiditas viscosa grosa ⁊ turbida cruda: hec pn̄. Scđo medic⁹ inspicere dꝫ labioruꝫ colorē. Nā si vlceris labia pallida aut liuida fuerint ⁊ indurari inceperint aut callosari fistula ē in via vt generet̃. Et si mollia fuerint carnosa ⁊ viuida rubei coloris de futura fistula nō erit timēdū. Tertio dicit ꝙ si pus in vlcere multiplicet̃ sine multiplicatōe nutrimēti. s. sine hoc ꝙ patiēs vlc⁹ nimium sumpserit de cibo vel potu tūc ibi ē alfasc. Et est alfasc cū caro interior fit nigra: ⁊ ē ibi solutio ꝯtinuitat̃. ⁊ fit hoc q̄nq̄ ex ꝑcussione sine vulnere vt exponit̃ a trāslatore auicē. in glosa marginali ⁊ in synonymis solit̃ describi ī fine auicē. ❡ Attēde p̄rio ꝙ q̇dā pus a saniē differre dicūt. Quia pus ē hūiditas mala nō bene digesta ⁊ ē velut sanies illaudabilis. Sꝫ saniē dicūt ꝓp̄e dici de sola laudabili q̄ est alba eq̄lis bene digesta a calore inato nō absoluto a q̄dā extranea caliditate. Uerū pn̄. noīb⁹ istis pus ⁊ sanies solet vti indifferēter ꝓ q̄cūq̄ sanie siue bona siue mala: sꝫ subtilē saniē noīat vir⁹ ⁊ grossam sordiciē. Juxta illđ ei⁹ q̄rti q̄rta trac. 3°. cap̄lo p̄rio. Et qđ est de gn̄e pus subtile noīat̃ virus ⁊ qđ ē grossuꝫ noīat̃ sordicies: ⁊ ē res spissa coagulata alba aut ad nigredinē decliuis aut sicut fex. Et vir⁹ q̇dē nō gn̄at̃ nisi ex subtilitate hūorū scꝫ aquoso coꝝ ⁊ ip̄oꝝ calido. Et sordicies gn̄at̃ ex grossicie hūoꝝ. Et virus eget exiccāte ⁊ sordicies abstergente. ❡ Attēde scđo ꝙ q̄ttuor sunt cause multiplicātes pus ī vlcerib⁹. P̄ria ē repletio toti⁹ corpis vł recenter inducta ex cibis ⁊ potibus vel inueterata ex sanguine nimio vel humoribus alijs. Scđa est vehemens dolor qui humores attrahit ad locū vlceris veluti vētosa. Tertia est excessiua virtus mūdificatiui carnē liquefaciens vt si in vlcerib⁹ tenere carnis vnguentū adhibeas ex viridi eris vel alio acuto. Quarta ē cauerna vel absconsio sub vlcere latēs mistrās ei multā humiditatē ab antiquo collectā. Si pus ergo multiplicet̃ in aliq̄ vlcere sine m̄ltiplicatōe nutrimēti ⁊ sine repletione corpis ⁊ sine dolore vehementi ⁊ sine violētia medicine liq̄facientis īdubie ibi ē alfasc cauernosum.

c Loq̄mur ergo ⁊c̄. In hac tertia pte pn̄cipali istius cap̄li p̄rio agit de cura alfasc p resoluentia. Scđo p ꝯsolidātia ibi [Cūq̄ ex resolutiōe] Tertio specialiter de cura alfasc ꝓfundioris ibi [Cū aūt alfasc] Quarto in speciali de cura alfasc cū ꝯtusione ibi [In medicādo] Quito de cura alfasc cū ꝑcussiōe ibi [Cū si alfasc] Sexto de cura alfasc penes eius magnitudinem ⁊ paruitatem ibi [Et alfasc quidem]

❡ In p̄ria pticula p̄misso intēto. s. ꝙ nūc vult loqui de cura alfasc dat tres regulas. P̄ria ē. oꝫ vt medicine alfasc sint fortiores medicinis vlceꝝ discoopertoꝝ ꝓpter hoc ꝙ alfasc ē solutio ꝯtinui ꝓfūdata in cute ad cui⁹ fundū v̇t⁹ debiliū ꝑuenire nō possꝫ. ❡ Attende p̄rio ꝙ alfasc arabice sonat idē ꝙ ꝑsura in carne cū solutiōe cōtinui ex mortuo sanguie: ad quā aliq̄n seq̇tur abscōsio cauerna vł sinus: qui a gal. libro de apostematib⁹ ad glauconē cap̄lo. 23°. nominat̃ colp⁹. Et ī veterib⁹ auicēnis scribit̃ h̄ nomē alfasc p̄ponēdo e s hoc mō alfaes. In nouis v̇o p̄ponēdo s e scribit̃ alfasc. ❡ Attēde scđo ꝙ sinuosum vlc⁹ sub cute ꝓtēsum q̇dā vocāt abscōsioneꝫ ⁊ sub carne ꝓtēsum cauernā: alfasc de ambob⁹ dicūt ꝙ ꝑsura carnis nō est tn̄ de rōne alfasc ꝙ sit abscōsio vł cauerna aliq̄ sꝫ solutio ꝯtinuitat̃ cū ꝑsura ex mortuo sanguie. Juxta illđ pn̄. q̄rti q̄rta trac. 3. cap̄lo p̄rio. Et q̄nq̄ dicūt q̇dā absconsionē illđ qđ elōgatū est sub cute ⁊ sepat̃ ab eo cutis: ⁊ cauernā illud qđ inflectit̃ sub carne ⁊ dilatat̃ in ea. Dicūt q̇dā imo dilatatū est cauerna ⁊ strictū ꝓfundū fistula: hec pn̄. Uerū alfasc s̄m descriptionem prius datā vltra solutionē ꝯtinui aut cauernosum vlc⁹ iportare videt̃ ꝙ vlceris caro sit denigrata q̄si alfasc sit ꝯtinuitat̃ solutio aut vlc⁹ cauernosuꝫ ex casu ꝑcussione vel ꝯtusiōe vł aliq̄ alio tali denigrante carnē. Scđa regula ē. necessaria ē ī cura alfasc medicīa resolutiua ꝓpt̃ h̄ ꝙ multus sāguis defluxit ad ip̄ꝫ resolutōe indigens. ❡ Attēde ꝙ ī alfasc duo sunt q̄b⁹ resolutio ꝯpetere pōt. Unū ē sāguis ī carne ibibit⁹ ⁊ ꝯcultat⁹ ⁊ mortificat⁹ sic ī ꝑsura reddēs carnē nigrā ⁊ vł ad min⁹ liuidā. Aliđ ē vir⁹ vel aquosus hūor ī cauerna clausus ⁊ ibi aggregat⁹ ex debilitate pticule egre recipiēt̃ superfluitates aliaꝝ partiū. Et ista mā q̄nq̄ ē calida subtilis rubei vel ruffi coloris ⁊ multi fetoris q̄nq̄ frigida cerosa ⁊ alba carēs odore vł pauci fetoris. Tertia regula ē. resolutio ī alfasc nō ē faciēda cū medicis m̄ltū exiccātib⁹. Cui⁹ rō ē vt nō resoluāt id qđ subtile ē ⁊ relinquāt grossuꝫ lapidificatū. ❡ Attēde p̄mo ꝙ ad resolutōem sāguis mortui in alfasc sub cute latētis medicīa ꝯuenit calefactiua paꝝ desiccatiua. Juxta id gal. ōrto de īgenio cap̄lo vltio. Sꝫ oīs sāguis q̄ de suo loco egredit̃ ⁊ īfra cutē coadunat̃ ipsa intētio indicat vt purget̃: ꝓinde necessaria ē sibi medicīa calefactiua ⁊ paꝝ desiccatiua. Nā si m̄ltū desiccatiua ab īitio det̃ magis desiccabit q̄ parū desiccatiua: ptim tn̄ vuln⁹ indurabit̃ ⁊ petrificabit̃. ❡ Attēde scđo ꝙ ī h̄ casu medicīa mollificatiua calefaciēs ⁊ humectās pauca pticipās desiccatōe ꝯueniēs ē: ꝯfortāda tn̄ ē medicīa forti⁹ resolutiua sicut calamēto si sanguis mort⁹ q̄ resoluēdus ē ꝓfundat⁹ fuerit lōge sub cute. Jux̄ illđ gal. ibi. Itē medicia q̄ humefacit ⁊ calefacit q̄ mollitiua vocatur ⁊ ea q̄ aliquātulū ptinet siccitati medicāt̃ sanguinē d̄ loco suo exeūtē ⁊ ītra cutī ꝑmanētē. Cōfortabis tn̄ eas s̄m ꝙ locus remot⁹ ē. Ad istđ ꝓpositū ait pn̄. q̄rti q̄rta. trac. 2. c. 2. Medicie v̇o earum inātes sāguiꝫ mortuū sūt sicut farina hordei ⁊ hysop⁹ hūida ⁊ simila ꝯfecta cū aq̄. Et fort̃ ē sic calamētū cū sanich ⁊ ꝓp̄e q̄n cadit ī capite: ⁊ ad vltimū illđ cui ē mollificatio cū caliditate subtili: ⁊

ex eis q̄ exiccant exiccatione subtili. Nā ea q̄ sunt vehemētis resolutōis ⁊ exiccatiōis cū administrant̄ in impssione eiꝰ resoluūt subtile ⁊ inspissant siccū cū exiccatiōe sua ⁊ oppilant poros iterū cum exiccatiōe sua. ¶ Attende tertio ꝙ in alfasc post resolutōē sanguinis mortui sunt necessarie medicine vehemētis exiccationis ⁊ mundificatiōis ad cōsumptionē ⁊ eductionē virulētiaꝝ in sinu ipsiꝰ seu caverna latitantiū. Iux̄ illud p̄n. q̄rti quarta trac. tertio cap̄. 5. Et sunt necessarie in h̄ medicine vehementis exiccationis ⁊ mūdificatiōis sit.

¶ Cūq3 ex resolutione perfecerimꝰ illō qd nobis necessariū ē debemus apponere consolidativū qd sit desiccativum: ne sit sanies in concavitate que exire non valeat ⁊ fiat lapis: postea qualibet causa putrefiat vel eradicetur ⁊ nō redeat cōtinuitatis solutio. ¶ Cū autē alfasc fuerit pro-

Et quibusdā interpositis ait. Et nos q̄dē iam expti sumus emplastrū apostolicū ⁊ fuit bonū vltimū. Et cētaurea qn̄ ab ea implet̄ est mirabil̄ valde: post ea yreos: deinde farina herbi. ¶ Attēde q̄rto ꝙ in cura alfasc cavernosi laborandū est vt orificiū vlceris sit inferiꝰ ⁊ fundꝰ sursū nisi sic sponte res se obtulerit. Et si istud comode fieri nō pōt pforetur alfasc in fundo ipsiꝰ. Iux̄ illō p̄n. ibi. Et opꝫ vt sit sitꝰ eoꝝ talis ne in eis retineat̄ virus imo currat. Et si inuenis hūc sitū cōuenientē ⁊ est in eo radix vlceris mēbri ad supiora ⁊ orificiū ad inferiora tūc ille est situs q̄ querit̄. Qꝛ si fuerit diuersum illiꝰ ⁊ fuerit possibile hoi vt alteret sitū ꝓfundi cū eo qd pōt facere de ꝓpa tōe alteratione naturali faciat. Et si nō est ei possibile nō est excusatio quin secet̄ vlcus vsq3 ad radicē sua sectione exq̄sitissime que nō relinquat cauernā. ¶ Attende q̄nto ꝙ alfasc cauernosū per pulueres ⁊ emplastra mūdificari nō pōt sufficient̄ nisi dissoluantur in aliq̄ liq̄do quo deferantur ad fundū cauerne. Iux̄ illō p̄n. ibi. Et vlcera q̄dem ꝓfunda ⁊ abscōsiones ⁊ cauernas nō mūdificant medicine mūdificatiōe vltima neq3 faciūt in eis nasci carnem nisi fiant currētes lauantes q̄ in ea iniiciātur cū iniectorijs aut immittant̄ cū tentis ⁊ ꝓpe qn̄ coꝝ figura nō ē figura ī mūdificatiōe quoꝝ sufficiant ꝓpatio ⁊ expressio ligature. ¶ Attēde sexto ꝙ medicine idonee ad lauādū alfasc cauernosū sunt mel cū vino lixiuiū aliqd aq̄ maris aq̄ alumiosa. Iuxta illud p̄n. ibi. Et mel q̄dē est ex lauatiuis ⁊ ꝓpe mixtū cū vino. Et aq̄ cineris ē ablutio fortis quā nō suffert qd ex vlceribꝰ parū est sordidū. Et aq̄ maris ꝓpinqua ē illi: qm̄ ipa lauat ⁊ exiccat. Et aq̄ alumiosa ē lauatiua: ⁊ cū hoc est ꝓhibitiua eiꝰ qd attrahit̄ ad mēbrū. In his ergo ꝓ mūdificatiōe alfasc dissolue si vis vnguētū egyptiacū pre descriptū: vel vnguentū apostoloꝝ. De q̄ ait. p̄n. trac. ii. sum. p̄e q̄nti. Qꝛ est vnguentū rectificās cū facilitate fistulas difficiles et scrophulas puas. Nec est eo aliq̄d meliꝰ ⁊ mūdificat vulnera ex carne mortua ⁊ pus ⁊ ꝯsolidat. Et dr ꝙ est. 12. medicine. 12. apostoloꝝ. Cuiꝰ pmixtio. ℞. cere albe ⁊ resine amboꝝ an̄. ʒ. 14. oppoponaci ⁊ floris eris āboꝝ. an̄. ʒ. 2. amoniaci pōdꝰ. ʒ. 14. aristologie longe ⁊ thuris masculi amboꝝ an̄. ʒ. 6. myrrhe ⁊ galbani amboꝝ an̄. ʒ. 4. bdellij pondꝰ. ʒ. 6. lythargiri pondꝰ. ʒ. 9. infundat̄ bdellium in aceto vini ⁊ decoq̄tur in estate cū lib. 2. olei in hyeme cū. 3. lib. hec p̄n. ¶ In scd̄a dicit p̄mo ꝙ cū pfecta fuerit resolutio sanguinis mortui sub cute latētis adhibere debemꝰ ꝯsolidatiuū fortiter desiccās: vt cutē reiūgat supposite carni quā sepauerat ab ea sanguis. Et hoc intelligas si nondū sanies vel virulētia sub ꝯtusione genita fuerit ⁊ illic cauernā sibi pepererit: quo casu opꝰ esset eductōe sanici ⁊ regn̄atōe carnis in cauerna p̄usq̄ solidaret̄. Id gal̄. q̄nto de ingenio ca. vlti. p̄memit dicēs. Cūq3 sanguis itra cuti existens dissoluet̄ tūc ē necesse ꝯtusionē cū fortibus desiccari ⁊ dabis oia q̄ scis eē solidatiua ⁊ cicatrisatiua. Scd̄o dicit h̄ p̄n. ne sit sanies: ⁊ expone ne ꝓ et ⁊ n̄ vt sit sensus. Et nō sit sanies qn̄ cōsolidas in cōcauitate vel cauerna aliq̄ q̄ nō valeat exire ⁊ fiat lapis ꝑ desiccationē fortē: postea iterū a q̄libet leui cā putrefiat ī cōcauitate hūiditas ⁊ redeat vlcus vel eradicet̄ sanies si ibi fuerit ꝑ mundificātia ante ꝯsolidationē ⁊ nō redeat ꝯtinuitat̄ solutio seu renouatio vlceris. ¶ Attēde ꝙ sanguis mortuꝰ sub cute latens in ꝯtusione qn̄q3 facile resoluit̄ ⁊ in breui tpe ⁊ tūc cito cōsolidatur cū carne cutis sine gn̄atiōe saniei in cauerna aliq̄. Et qn̄q3 sanguis iste mortuꝰ vix resoluit̄ ⁊ tarde secedit: q̄re multiplica-

tur in vlcere sanies: que nō sinit ip̄m ꝯsolidari. ꝙ si consolidet̄ de facili soluitur ⁊ redit vlcus peius priore. Iux̄ id ga. ibi. Si aūt sanguis ille cito dissoluitur vulnꝰ cito solidabit̄ ⁊ cicatrisabit̄. Si vō nō s3 moret̄ ⁊ diu existat nimia putrefactio in ipsa ꝯtusione gn̄abitur: ⁊ inter labia fissure manēs ꝓhibet ea solidari: quapropter fit deteriꝰ q̄ prius fuerat. Nā hi infirmi ex modico frigidi aeris vel crapulositatis ⁊ ex balneo ⁊ forti labore et motiōe illius mēbri ad id qd habuerāt reuertēt. hec ga.

fundior scarificabitur locus vt medicamen magis penetret. ¶ In medicando autem alfasc ⁊ contusionē leuē fortasse sufficiet phlebotomia. ¶ Qd si alfasc fuerit in primis cum percussiōe medicetur prius pcussio medicaminibus percussioni aptis donec sit possibile medicari alfasc.

¶ In tertia dicit ꝙ cū alfasc ꝓfundior fuerit q̄ sub cute latēs scarificabit̄ caro ꝯtusa: quatinus virtus medicinaꝝ resolutiuaꝝ mortui sanguinis ꝓfundius penetret ad hunc resoluendū ⁊ alias vlceris humiditates ⁊ nō solū cōuenit scarificatio: s3 cū ea interdū adhibet̄ ventosa. Iux̄ illō ga. ibi. Itē vētosa iuuat in h̄ loco: qꝛ medici ventosas ad hoc inuenerūt vt sint instrumētū extrahēdi ea q̄ nō pn̄t ex̄duci nisi cū quadā v̄tute. Et p̄n. q̄rti q̄rta trac. 2. cap. 2. ait. Si fuerit solutiones multe ⁊ ꝓfunde lōginque ab eo qd appet nō erit excusatio a scapellatione. Et paulo post dicit. Si soluit̄ ꝯtinuitas ꝓfunde submerse: tūc illud nō sꝑatur. s. ꝙ mā trahat̄ ad cutē: quapropter necessariū est administrare attrahentia cū fortitudine ⁊ vētosas cū scapellatiōe. ¶ In quarta dicit ꝙ fortasse phlebotomia sufficiet in curatiōe alfasc ⁊ ꝯtusionis vel ꝑcussiōis leuis. Et hic noīe alfasc ꝑsurā significat seu sanguinē mortuū cum solutione ꝯtinui ex ꝯtusione cui nondum supuenit saniosa cauerna. Nā phlebotomia diuertit sanguinē a loco ꝯtuso fluentē ad ip̄z cā doloris: ex q̄ si totus illic affluere solutō maior efficeret̄ ⁊ cōculcatio pluris sanguis ⁊ tandē cauerna. Et hec fieri dꝫ in pte opposita loco cōtuso gr̄a diuersionis ⁊ q̄to citiꝰ fieri pōt post cōtusionē: qꝛ postq̄ sanguis iā conculcatꝰ est ⁊ mortificatꝰ nō obedit diuersioni. Hāc phlebotomiā cōmendat p̄n. q̄rti q̄rta trac. 2. cap̄. de ꝯtusiōe ⁊ attritōe dicēs. Nō repitur in plꝛibus harū dispositionū in hac accidētia excusatio a phlebotomia: imo opifices artis ꝓperāt ad illō q̄uis sit corpꝰ mūdū. ¶ Attende ꝙ alfasc subcutaneū non solū qn̄q3 phlebotomia curat̄: imo operatōe sola nāe sub tenui cute ⁊ ī tenera carne. Qd sepe vidēmꝰ ī meretricibꝰ ꝯtusis faciē a pugnis lenonū ⁊ denigrat̄ q̄ sine medela ī breui tpe sanant̄ a ꝑsuris vultꝰ magnis ⁊ plꝛimis nullo ipetrato sup his auxilio: nec a deo nec a medicis. ¶ In q̄nta dic̄ ꝙ si in p̄mis. i. a p̄nº cōplicet̄ alfasc cū ꝑcussione p̄us ꝑcussio medicāda erit medicaminibꝰ ꝑcussiōi apt̄ seu cōueniētibꝰ donec sit possibile medicari alfasc: q̄si dicat īpossibile eē alfasc curari n̄ sedata priꝰ ꝑcussiōe cū violētia ipressionū eiꝰ. Cōtra. ꝑcussio ē de nūero cārū p̄mitiuaꝝ. Nā gal̄. ⁊ p̄n. diuidētes cās ī p̄mitiuas an̄cedētes ⁊ ꝯiunctas ⁊ exēplificātes de eis aiūt. Qꝛ p̄mitiue s̄t sicut casus et percussio. S3 cāe p̄mitiue nihil curatōis ōn̄dūt. Iux̄ id ga. q̄rto de ingenio cap̄. 3. Dico q̄ nihil p̄mitiuū significationē curatōis ōn̄dere cū ab eēntia morbi ⁊ nā mēbri īfirmi ⁊ aerꝫ cōplexiōe nos circūdāt̄ ⁊ silibus denotetur. Uniuersaliter quoq3 dico ꝙ nullā curandi significationē possumꝰ hr̄e ab eis videlꝫ q̄ nō sunt: s3 ꝑcussio iā p̄terijt cū ad manus medici venit casus eiꝰ. Dico p̄º ꝙ si ꝑcussio sit adhuc ī fieri id qd futurū est ꝓhibē ꝯuenit ⁊ eiꝰ effectꝰ ē medicādꝰ. S3 si iā fcā sit de ꝑcussiōe n̄ est curādū: s3 de effectu solū quē ipa īpssit. Iux̄ illō ga. 4. de igenio ca. 3. Si in q̄dā mēbro sanguis fuerit a vena q̄libet exiēs ⁊ sub cute manēs vel apā vel herisipila ī eo sit: l3 cā coꝝ nō sit vanū ē tūc de ea īterrogare. Qꝛ si cā adhuc sit ⁊ faciat necc̄ ē vt p̄mū qd fcm̄ ē curet̄ ⁊ ei qd futurū ē repugnemꝰ. S3 si eiꝰ effectꝰ ipa n̄ exn̄te mācat: tūc effectꝰ ipe curet̄: medicīa ei n̄ fit nisi ī eis q̄ s̄t: ꝓuideri tn̄ ⁊ custodiri q̄ s̄t futura oꝫ. Qd ā necc̄ nec erit medicie nullatenꝰ ꝑtiet. Verū q̄ p̄mitiuarū scīa n̄ ꝯfert nisi dū morbū cognoscē n̄ possumꝰ. hec ga. ¶ Attēde p̄º circa curā ꝑcussiōis āt effectuū eiꝰ siue cū flagellis siue cū v̄gis siue cū baculis ē. ꝙ ꝑcussus nutriendꝰ est ciceribꝰ ⁊ fasceolis seu pisis excorticat̄ bn̄ coctis ⁊ ꝯtritis: ⁊ potandꝰ aqua ciceris. Iuxta illud p̄n. q̄rti q̄rta trac. 2. ca. 5. Opꝫ vt sit cibus v̄berati cū flagellis ex cicere ꝯtrito excorticato ⁊ ex fasceolis rubeis excorticatis. Et in potu sumat̄ loco aque aquā ciceris infusi. ¶ Attende scd̄o ꝙ in ꝯtusiōe ⁊ casu ⁊ offensione ⁊ ꝑcussiōe valet reubarbarū bibitū cum pauco ʒʒ. in aqua calida s̄m hanc formā. ℞. reubarbari. ℈. 4 ʒʒ. ℈. s. terant̄ ⁊ misceant̄ cum. ʒ. 4. aque calide ⁊ bibantur. Ad idē plurimū valent grana quattuor mūmie trite bibita cū vino ⁊ tantillo olei vel sambacini vel oliuarum: aut boli armenici. ʒ. vna similiter bibita.

Juxta id p̄n.ibi. Et dentur in potu medicine iterū eius q̄ offendit et eius q̄ cecidit ꝛ ꝓprie bolum armenū: ꝛ iterū reu.cuȝ.ȝȝ.ꝯiungat̃. Et de coniūctione amboꝝ detur in potu.ȝ.i.ꝛ ß.cum aq̄ calida. Et cap̄.ȝ.trac. eiusdem de casu ꝛ offensione ait. Et melioꝛ cibus eis est mes.i.pisa ꝛ cicer. De medicinis aūt quas opȝ sumere illū qui patitur ꝯtusionē aut offensionē aut casuȝ melioꝛ et antecedēs est mūmia pura cuȝ oleo noiato sambacino ꝛ vino. ¶ Attē de tertio q̄ pell̃ ouis statim excoꝛiate valde cōuenit ꝑtib' contusis ex ꝑcussione vel offensiōe vel graui casu desuꝑ adhibita maxime si sal minutissime tritū vel semē apij vl̃ nasturcij supaspsuȝ sit ꝛ sit lana foris ꝛ ꝑs interioꝛ cuti cōiuncta ꝯtuse ꝑtis. Juxͣ illd̓ p̄n.ibi. De eis vero q̄ desuꝑ ponūtur melioꝛ res ei ē vt sumat̃ pellis ouis excoꝛticata statim ꝛ dum est calida ꝛ humida inuiscet̃ suꝑ locū ꝛ dimittat̃ super eum nec remoueatur: foꝛtasse ei sanat ip̄am in die scd̓o. ꝛ q̄ñq̧ resoluit ap̄a ꝛ ꝓhibet putrefactionē: ꝛ ꝓprie qñ pulverizatur sub excoꝛiata aliquā tū salis vehemēter ꝯtriti. Et de illis q̄ desuꝑ pulueriȝant̃ sunt nasturcium tritum ꝛ semē apij. he medicine p̄cedere dn̄t curationē alfasc cōplicate cū ꝑcussione veluti ꝓprie ꝑcussioni: deinde alfasc medicādū ē modis prius tactis. ¶ In sexta dicit p̄' q̄ si alfasc fuerit magna ita q̄ cōtinuitatis solutio vel multiplicet̃ vel magnificet̃ ꝛ in ea coagulet̃ vel cōprehendat̃ sanguis moꝛtu' pl̃im' denigrās carnē cuti suppositā dȝ curari cū desiccantib' modis an̄ dictis in ꝑticula p̄ma resoluēdo p̄us sanguinē moꝛtuū post ꝯsolidādo qd̓ fuit solutū. Et vtrūq̧ hoꝝ fit cū desiccantib'. Scd̓o dicit q̄ si alfasc fuerit ꝑua tā in solutiōe ꝯtinui q̄ in sanguine moꝛtuo vt punctura acus relinquēda est cura ei' nature: q2 sc sola cū caloꝛe ei' innato sine auxilio medici sufficit resoluere sanguinem moꝛtuū ꝛ vnire soluta: vt sepe videm' in colligētib' vepꝛes ꝛ spinas: q̄ dū pungūtur punctiōe modica nō curāt de alfasc qd̓ inde seq̄tur: neq̧ iuuēcule discētes suere cū se pūgunt acub'. Et id intellige d̓ alfasc ꝑua que fit ex pūctura in carne sana. Juxͣ id gal̃.6.de ingenio ca.2. Cōceda tur q̄ q̄dā ad nos venisset pūcturā hn̄s cū acu solā cutem penetrātē: vn̄ dico si caro istius bona fuerit ꝛ vuln' eius p̄ter vllum medicamē solitum est sanari. dico pūcturaȝ ei' nullo apposito posse solidari. Sȝ si caro mala fuerit ꝛ vulnus ei' difficile sanabit̃ primit' in loco vulneris doloꝛem habebit deinde pulsum ꝛ tūoꝛē. hec gal̃. Ab ista regula excipit h̓ p̄n. tres sp̄es ꝑuarū alfasc. Prima est. alfasc ꝑua venenosa ꝑdens.i.occidens vel occidere apta, vt quā scoꝛpionis pūctura imp̄ssit vel moꝛsura modica rabiosi carnis. In neutra em̄ harū sufficit natura ꝓcurare curam. Sȝ ilico opus est exugere venenū ꝛ trahere foꝛas vehemēti attractione etiā cū vētosa apposita vulneri. Et cū defensiuo de boloꝛ aceto prohibere venentuȝ v̓sus coꝛ serpere ꝛ dare in potu statī tyꝛiacā. Scd̓a est alfasc foꝛtis doloꝛis q̄ etsi ꝑua fuerit medicinis indiget: q2 doloꝛes pꝛosternūt v̓tutes. Cā v̓o doloꝛis in alfasc q̄ fit ex punctura modica p̄t esse triplex. Una est malicia hūoꝝ acutoꝝ affluentiū ad eā vt sepe ꝯtingit in coꝛꝑib' cholericis ꝛ melācholicis adustis. Et ī isto casu pharmacia ilico est exhibēda q̄ diuertat humoꝛes a loco pūcture. Scd̓a ē. plectoꝛia pl̃ima rōne cui' mult' sanguis affluit ad locū pūcture ap̄ans ipsum cū distēsione ꝛ inflāmatiōe cui ꝓtin' cōpetit phlebotomia de opposita ꝑte. Tertia ē. q2 punctura tetigit neruū vl̃ choꝛdā vehemētis sensus vn̄ timet̃ de spasmo. Juxͣ illud ga. tertio tegni. Nerui v̓o ꝛ tenātos id ē choꝛde pūctura ꝓpter pl̃imū sensuȝ. Et q2 ꝯtinua est ꝑm p̄ncipiuȝ ꝑticula ꝑata est aduocare spasmū. et isti' cura dicet̃ statiȝ. Tertia sp̄es ꝑue alfasc in cui' cura nā nō sufficit est q̄ ꝓuenit ex hac cā tertia: scȝ pūctura nerui ꝓpter quā timet̃ futurū ap̄a cū pulsatiōe ꝛ inflāmatiōe. ¶ Circa cui' curā attende p̄mo q̄ lȝ aq̄ calida pl̃imos doloꝛes etiā maximos vt colicos ꝛ yliacos ꝛ doloꝛes ap̄atū mitigare ꝯsueuerit: non tn̄ cōuenit in doloꝛe q̄ fit ex pūctura nerui. Juxͣ illd̓ gal̃.6.de ingenio ca.2. Sȝ aq̄ calida q̄ mitigat doloꝛē oīs ap̄atis vitāda est in oib' vulnerib' nerui. Quia sb̄a nerui ē facta ex hū:da mā ꝑ frigiditatē coagulata: vn̄ hec ꝛ sil̃ia dissoluūtur ꝛ putrefiūt ex calidis ꝛ hūidis. ¶ Attende scd̓o q̄ in pūctura nerui q̄ttuoꝛ p̄ncipalit̃ obseruare ꝯuenit. Primū q̄dē ne vulnus claudat̃: sȝ ab eo passim resudet erugo. Scd̓ꝫ est vt coꝛp' purgetur. Tertiū ne doloꝛ nimis excādescat ꝛ spasmū afferat. Quartū ne locus apostemet̃. Juxͣ illud ga.ibi. Punctura in neruo existēte doloꝛē nimiū ex mēbꝛi nobilitate futuruȝ expecto: deinde ap̄a nisi doloꝛ mitigetur ꝛ ap̄a venire ꝓhibeat̃. Qd̓ cū ita sit bonū est fissurā dimitti studiū inducēs ne quōlibet solidet̃ vel claudat̃: q̄tinus ab eo eruginosa desudatio fluat. Et mūdificet̃ totū coꝛp' ex hūoꝛib' ingeniādo ne loc' ī tūo

¶ Et alfasc quidem si magna fuerit medicabitur cum siccantibus: et si fuerit parua vt punctura acus dimittatur esse eius ipsi nature si non fuerit venenosa perdens: aut fuerit fortis doloris: aut non tetigerit neruum et timeatur inde apostematis generatio et pulsatio.

rem deueniat. Idcirco multa medicamina inuestigaui q̄ vtrunq̧ hn̄t.i.q̄ doloꝛē mitigāt ꝛ locū aꝑiunt vt virus exeat. Purgabis quoq̧ in his totū coꝛp' cū phlebotomia cū v̓tus h̓ ꝑmiserit. Sȝ si mali sint ī eo humoꝛes cū pharmacia eijciant̃. hec em̄ an̄ oīa festinanter sunt faciēda. hec gal̃. ¶ Attende tertio q̄ medicamen puncture neruoꝝ dȝ cē subtiliatiuū tēperati caloris d̓siccatiuūȝ sine moꝛdacitate. Juxͣ illud ga.ibi. Item studendū est vt medicamen sit subtiliatiuū ꝛ tēperatū in caloꝛe siccitatem p̄stans sine doloꝛe. Nāq̧ hmōi medicamen sine alia cōmixtione eruginē ab interioꝛib' vulnerib' attrahet sine doloꝛe ꝛ angustia. ¶ Attende q̄rto q̄ terebinthina sola in coꝛꝑibus teneris ꝛ cū modico eufoꝛbio in duris coꝛꝑib' calida adhibita pūcture nerui ꝯfert. Sil̃r fex mellis sola ministrata vel cuȝ modico euforbij. Et scrapinū vel cū oleo vel cū terebinthina. Et sil̃r opponacū. Juxͣ illud gal̃.ibi. Primū qd̓ reꝑꝑi terebithina fuit dās illud simpliciter ꝛ aliq̄ñ cū pauco euforbij solū in mulierib' ꝛ pueris ꝛ tenera coꝛꝑa hn̄tib': cū ebufoꝛio in siccis ꝛ duris coꝛꝑibus. Sil̃r feci ex fece mell̃ dās eā solā ꝛ aliq̄ñ cū aliquātulo euforbij. q̄ si sicca fuerit tēperetur cū oleo. In siccis coꝛꝑib' addat̃ serapinū aliq̄ñ cū oleo ꝛ aliq̄ñ cū terebinthina. Idē faciēdū est d̓ opponaco. hec gal̃. inuenit exꝑimēto ꝛ rōne. ¶ Attēde.5°. q̄ ga.ibi quedā rōne laudat in punctura neruoꝝ q̄ exꝑimento nō ꝓbauit vt asam sulphur ꝛ calcē. Ait em̄ ibi. Et vt mihi videt̃ eiusdē iuuaminis est asa q̄ cū euforbio misceat̃. Hoc aūt nime suȝ exꝑtus sicut feci de alijs. Nā opȝ vt p̄mit' ꝑm rōem ꝯsiderāda ꝯsiderent̃: deīde cū exꝑim̄to certificent̃ vt rō ꝑ exꝑimētū ꝯfirmet. Qua rōe ostendit̃ sulphur nō infectū neq̧ ex gn̄e lapidis exn̄s: sȝ subtilissime tritū vulnerib' nerui ꝓdesse. Sȝ cōmisceat̃ aliq̄ñ cum oleo cōfectum in modū stercoꝛis columbini: vel in modū mellis si coꝛp' est siccum. Similiter calx nō extincta cū oleo tēperata iuuat: melioꝛ tn̄ erit si cum aqua marina lauet̃ in estiuo videlicet tꝑe id est canicularibus diebus. Itē si bis vel ter lauet̃ melius erit. ¶ Attende sexto q̄ gal̃. singulariter ibi laudat in punctura nerui duas medicinas cōpositas quas adinuenit. Prima ꝯstruitur ex euforbio cera ꝛ ratino.i.colofonia vel resina. Secūda cōponitur ex cera terebinthina pice ꝛ euforbio. ait em̄. Plures tn̄ nō nisi vnaȝ ex eis medicinis quas inueni faciūt.i.emplastrū qd̓ fit ex euforbio cera ꝛ ratino. Ego aūt non feci eaȝ nisi ex cera terebinthina pice ꝛ euforbio mittens vnā partem de cera ꝛ de his mediam vt quātitas coꝛuȝ sit equalis q̄titati cere. ¶ Attende septimo q̄ si vulnus nerui sit discoopertū non ei cōuenit medicamen qd̓ fit ex euforbio. Sed calx lota optime cum oleo mixta: vel tuthia cum oleo rosarum: vel mel mixtum cū oleo rosato: vel cera ꝛ terebithina lote ꝛ cōmixte. Juxta illud gal̃. sexto de ingenio cap̄l̃o tertio. Cōcedamus aūt tantā esse fissurā q̄ neruus ap̄peat ꝛ fissura sit per longitudinē ꝛ q̄titatē fissure cut̃. Dico ꝫ medicamē qd̓ fit d̓ euforbio neruis appꝛopinquari nō debere. qm̄ hoc mēbꝛū cū sit discooꝑtū foꝛtis medicine v̓tutē nō pateret̃ sicut faceret cuti mediāte. Un̄ dico bonū eē si calx nimiū lota ꝛ cū oleo tēꝑata suꝑ vulnus inducat̃. aut medicamē qd̓ fit ex tuthia cū oleo rosaꝝ: bonū est tn̄ si oleum illud fuerit sine sale. Nam intentionē tuam sic oȝ esse vt medicamen neruoꝝ discoopertoꝛū eos desiccet sine doloꝛe ꝛ punctura: qd̓ raro inueni m': vn̄ bonū est calcē multotiēs cum dulci aq̄ lauari sil̃r tuthiaȝ ꝛ sil̃ia metallica. Nā oē metallinum medicamē oȝ lauari si desiccare q̄dem volum' sine doloꝛe ꝛ punctura. Item bonū est vnguentū qd̓ fit cū melle si mel sit bonum ꝛ sit cū oleo rosato: caue tn̄ ne sal habeat. Itē cera lauet̃ ꝛ terebinthina ꝛ alie gūme: qm̄ lauādo pūgitiua erugo expellitur. hec ga. ¶ Attēde octauo q̄ icisio nerui totalis ꝑm latū sine periculo est. Juxta illud ga.ibi. Si neruus sit incisus ꝛ sepat' nullā suspectōnem vel timoꝛē eger habeat ꝛ curabit̃ sicut cetera vulnera. Sȝ tn̄ mēbꝛa q̄ mouebant̃ ꝑ ip̄m neruū motū amittēt. Sȝ incisio ei' latitudinalis imꝑfcā ml̃tū ꝑiculosa est. Et si fuerit in manu collū infundēdū ē oleo calido: si ī pede īguina doꝛsuȝ et colluȝ ad obuiandū spasmo. Juxͣ illd̓ ga.ibi. Incipiam' de icisiōib' nerui q̄ fiūt ꝑ latitudinē cū he molestioꝛes sint citoq̧ spasmū gn̄antes. Naȝ tūoꝛ īcisuȝ ꝛ nō īcisum locū ꝯtinet qd̓ cā spasmi ē. Sȝ h̓ curabitur

ſicut ſi per longitudinē eſſet:his tamē ſanguis ꝓpter nimiā abū-dantiā minuatur ⁊ ſubtilib⁹ dietenť. nimiā ꝗ̃ quietem cuſtodiant iaceant in molli ⁊ plana culcitra.ala .i. ſpatula ⁊ collum calido oleo infundanť:hec tñ fiant cū neruus in manu ſit inciſus. Si vero ſit in pede inguina infundanť cū multo oleo calido vſq; ad

In contorſiōe⁹ aūt ſufficit mollis ligatura ⁊ nō doloroſa:⁊ vt ſupra ipſam ponantur medicamina contorſioni apta. ¶ In his aūt que ſunt ſicut caſus ⁊ percuſſio neceſſaria eſt

oſſa dorſi collū ⁊ caput. Si aūt neruus cōtuſus fuerit ⁊ cū eo cutis ſit ꝯtuſa ⁊ vulnerata intentio noſtra erit vt medicamen ſit ſicciſſimum ⁊ vt partes diuiſe cōſtringanť ⁊ coniūgantur. Qꝛ ſi cōtuſio ſoli neruo ſit oportet cū ſepius infundi ex oleo calido virtutem diſſolutiuā habente. Sed neruū cuꝫ cute inciſum multotiens vidi:qm̄ h̄ ſepiſſime laborantib⁹ ⁊ maxime athletis ꝯtingit in ꝗbus experimētatores cathaplaſmata apponūt ex farina fabe aceto ⁊ melle quod medicamē optimū eſſe dico. Sed ſi dolor cum ꝯtuſione fuerit adde picem liꝗdam nimis coquēs eam cuꝫ his ⁊ apponať calidū. Qꝛ ſi vis vt magis deſicceť pone farinā hordei. Si vero maxime farina orobi mittať.hec gaľ. Forſaꝫ me corripiet aliꝗs:qꝛ ſuper his capľis de generali cura egritudinū ſpeciales curas q̄ alteri attinēt loco hic interſero ⁊ longis ambagibus dicta gaľ.nimis multiplico nō expoſitor fact⁹:ſed cōfuſor ordinis quo gn̄alia dictis ſpālibus preire ꝯuenit. Sed iſtud facio vt iuuenes excitē ad viſitādū libros gaľ.qui omnes antecellit: ⁊ vt eos excitem ad diſcendū practicam neduꝫ generalem:ſed ⁊ ſpecialem:que raro eis legitur ⁊ cōmunicatur a ſuis veteribus.

d In contorſione aūt. In hac ꝑte q̄rta primo agit de cura ꝯtorſionis ſcdo de cura caſus ⁊ ꝑcuſſionis ibi [In his autē] Tertio de cura ſolutionis neruoruꝫ ⁊ oſſium remittit nos ad ſequentia ibi [Sermonē aūt] ¶ In p̄ma ꝑticula dicit primo ꝙ ī cura ꝯtorſionis mollis ligatura ſufficit:qꝛ fortis vehemēter ſtricta doloreꝫ inferret:⁊ nō dꝫ eſſe doloroſa ne cā doloris affluant humores ⁊ malum adaugeant. ¶ Attēde tñ p̄mo ꝙ ꝯtorſio multis accidit mēbris vt pupille oculi naſo ori collo noſtris inteſtinis neruis ⁊ oſſibus. Sed hic loꝗ intendit p̄n.de ꝯtorſione oſſis. ¶ Attēde ſcdo ꝙ duplex ē oſſis ꝯtorſio. Una q̄ ꝓuenit ex fractura ipſius male reſtaurata. Et hec nō ſanatur niſi fracture renouatione ⁊ apta acc̄ōcenti reſtauratione. Alia eſt contorſio extremitať oſſis in iunctura ſua ſine fractura ⁊ diſlocatiōe. ¶ Attende tertio ꝙ hec ꝯtorſio cōuenit cū diſlocatione in hoc ꝙ vtraq; eſt morb⁹ in ſitu ſeu poſitione ꝓpter extremitatē oſſis non apte locari in iunctura ſua:ſꝫ differt in h̄ ꝙ in ꝯtorſiōe nō cōplete exit os a iunctura ſua ſicē exit in diſlocatione. Iuẋ illud raſis in toto continēte. Diſtortura eſt qn̄ membrū ſepatur aliquātulum de loco ſuo: minus tñ ꝗ̃ in diſlocatione. Et diſiunctio eſt quando membruꝫ conſequitur ſeparationem minus ꝗ̃ in diſtortura. Unde iſte tres conditiones ſūt de genere diſlocationis in oſſibus accidit fractura ꝯtuſio ⁊ fiſſura. Sed in articulis accidit diſlocatio diſtortura ⁊ diſiunctio. Et p̄n.quarti quīta ca.p̄mo ait. Diſlocatio eſt egreſſio oſſis de ſuo loco ⁊ ſitu ſuo integra. Si aūt nō egrediatur integre noīatur ſeparatio iuncture ad ꝑtem ꝓfundam aut ꝓcedentē que cognoſcitur ſenſu. Et eſt ſpatio nō integra quā quidam vocant torſioneꝫ. ¶ Attende q̄rto ꝙ ſicut in diſlocatione os diſlocatum p̄us reducendum eſt ad ſuū proprium ſitum ⁊ naturalē:deinde ligandum ligatura q̄ ꝓhibeat apoſtema:ſic in cōtorſione. Ligatura v̊o apoſtema ꝓhibens eſt q̄ mediat inter ſtrictam nimis ⁊ nimis laxam. Nam ſtricta nimis dolorē ingerit apoſtema adducēs. Et nimis laxa nō repellit humores q̄ iūcture affluūt neq; ſtabiliter retinet os ſitum in ꝓprio loco. ¶ Attende quinto ꝙ hec ligatura nō eſt facienda cū pānis calidis:imo cum frigidis in ceroto infuſis infrigidato vel in vino pōtico. Iuxta illud p̄n.quarti q̄nta tractatu p̄mo capľo de cura declinationis ⁊ diſlocationis. Et in ligatura eſt ſecuritas ab apoſtemate aut adiutoriū ne apoſtemeť ⁊ neceſſitas ad ꝓhibendū apoſtema laborioſum eſt maior. Et abhorretur vt membro obuient panni calidi:qm̄ ipſi calefaciūt ⁊ addunt in apoſtemate:imo opꝫ vt ſint infuſi in ceroto infrigidato: aut vino pontico. Et ꝑ cerotū ſimplex ītellige qd̄ ex cera fit ⁊ oleo roſato. Scdo iubet hic p̄n.ſuper ꝯtorſionē medicamīa apponi apta contorſioni. ¶ Et circa hec attende p̄mo ꝙ p̄n. quarti q̄rta trac.2.ſtatī poſt cap̄.de cura verberatoꝝ cū flagellis fac cap̄.de cura torſiōis ⁊ ait. Melior curatio torſiōis iūcturaꝝ officialiū ſť nuclei dactiloꝝ deſuꝑ poſiti:⁊ dimittantur:qm̄ ipſi ſanāt eam. Cum aūt accidit torſio nos iam diximus in cap̄. fracture oſſium medicinas q̄ oēs rectificant torſionē:quare oēs ſumanť inde:hoc eſt totū qd̄ ibi ait. ¶ Attēde ſecū

phlebotomia de ꝑte diuerſa:⁊ ſubtiliandum eſt nutriens:⁊ dimittenda eſt caro ⁊ q̄ ſunt ſicut ipa. Et regend⁹ eſt ex apozimatib⁹ ⁊ potionib⁹ ſcriptis ad hoc in libris ꝑticularibus.

do ꝙ in nucleis dactilorum eſt ſtipticitas ⁊ glutinatio: vt ait p̄n.ſcdo huius capľo de nucleo:ꝗ̄propter cōuenit ꝯfirmatōni reſtaurati oſſis ad ꝓpriaꝫ iuncturā. Modus aūt miſtrādi eos eſt vt ſubtiliſſime puluerizentur ⁊ incorporeť puluis coꝝ cum vino pontico vel ceroto frigido:qd̄ imbibi debet pannis ligature:vel ſinapizetur eorum puluis ſuper iuncturam poſt fomentationē cum vino ſtiptico. ¶ In ſecunda dat quattuor regulas circa curam caſus ⁊ percuſſionis. Prima eſt.phlebotomia de ꝑte oppoſita neceſſaria ē in cura ipſorum vt apoſtema naſci ꝓhibeat in loco contuſo diuertendo hūores fluentes ad ipſum ad locum ad contrariū. Iuxta illud raſis ſeptimo almanſoris capľo vltimo. Si ex caſu ex animalis dorſo aut ex alia cā capiti vel aliī parti corporis euenerit percuſſio optimū eſt vt patiens ex parte contraria minuatur. Qꝛ ſi ex caſu in capite fuerit leſio ex vena que cephalica dicitur minuatur. Poſt minutionē vero acetum capiti mixtum cum oleo roſato qd̄ aceti ſit triplum ſupponatur. Pānus vero in aqua roſata infuſus ſuperponať. Secunda eſt. in caſu ⁊ percuſſiōe maxime ſi vehemētes ⁊ in capite fuerint ſubtiliandū eſt nutriens ſeu dieta tenuis eſt adminiſtranda. Unde iubet raſis in p̄mo dyatrico nihil dare niſi ptiſanam mane ⁊ ſero vbi ſupra dicens. Patiens vero aqua hordei in mane ⁊ iuxta noctem eſt potandus q̄ per tres dies nihil aliud ſumat donec ſecurus ſit ꝙ phlegmon in ꝑte cerebri non oriatur. Signuꝫ autem ꝙ loca iſta ⁊ cerebrum ſana ſint eſt ꝙ intellectus nō turbatur. Qꝛ ſi poſt occaſum ſolis turbatus fuerit opꝫ vt ſanguinis maior fiat detractio:⁊ caput ex aqua roſata ⁊ oleo cum aceto infundatur. Uerum in galliīs ⁊ in his patriīs baſſis quorum incole ſunt vt plurimū voraces non eſt conſuetū dieta tam tenui vti. Et ſi dietam hanc iniūgerent medici clamor mulierum ac garruloſitas quarum ſtudiū eſt farcire vētres maritorum ſuorū abundanti cibo forte vt foueant potentiam veneris diffamarent eos. Dent ergo his hordeum mundatū vel amigdalatū remota ſpuma qua nocet capiti:vel aqua pulli alterata cuꝫ acetoſa: et potent ptiſanam. Raſis vero ibi. Uehementer laudat poſt diem tertium cerebra galline in cerebro cōmoto caſu vel percuſſione. Ait eniꝫ ibi. De his preterea que moto cerebro valde conferunt eſt vt gallinaruꝫ patiens cerebella comedat de quibus poſt tertiū diē ꝗ̃tū ſumere poterit ei tribuatur. Ante em̄ ſola aqua hordei in potu vtatur cui parum ſucci granati muſi ſit admixtum.hec ille. Tertia eſt. ꝙ vitent carnes hi qui ꝑcuſſi ſunt vel ceciderunt:⁊ his ſimilia:ſicut oua ⁊ vinū vinoſum rubeuꝫ que ſunt ſicut carnes in calefactione corporis ⁊ mľtiplicatōe ſanguinis Iuxta id raſis ibi. Et a carne abſtineat ⁊ precipue a vino. Cuius ratio eſt qꝛ in caſu et percuſſione. tum ꝓpter dolores: tum propter terrores tum propter humorū conturbationeꝫ de febre timetur ⁊ apoſtemate. Ut ergo febris vitetur calefacientia prohibenda ſunt:⁊ vt apoſtemati obuietur multiplicatio ſanguinis eſt prohibenda: quatinus auidius membra retineant eorum ſanguinem ⁊ non ſināt fluere ad locum contuſum ⁊ natura ſollicita fiat in regimine eius. Quarta eſt. ille qui cecidit vel percuſſus eſt:eſt medicand⁹ cum apozimatibus id eſt decoctiōibus ⁊ potionibus ſtipticiſ ad hos caſus in libris particularib⁹: ſcilicet quarti q̄rta tractatu.2.capľis tertio quarto ⁊ quinto. ¶ Attende primo ꝙ ſi vehemētia caſus aut percuſſionis pꝛīcipaliter pectoralia offenderit phlebotōia dē baſilica faciēda eſt. Iuxta illud raſis vbi ſupra. Leſio autem que ex caſu accidit ſi in pectore ⁊ in illis ꝑtibus fuerit ex vena baſilica minuito facienda eſt ⁊ regimen eius ſubtiliandum. ¶ Attende ſecūdo ꝙ vehementia caſus vel ꝑcuſſionis ſignificatur oppreſſiſſe cerebrum ex turbatiōe intellectus ⁊ fluxu ſanguinis ꝑ nares ⁊ aures ⁊ oppreſſiſſe pectoralia mēbra ex difficultate anhelitus ⁊ ſputo ſanguinis ⁊ opp̄ſſiſſe naturalia ex emiſſiōe ſanguinis vomitu ſeceſſu vľ vrinatiōe. Iuẋ illud raſ ibi. Signū autē an fortis leſio ſit in capite ex caſu ē intellect⁹ turbatio. Iſtud ei erit mēſura fortꝭ leſionis ī capite aut debiľ leſionis aut pectoris vel ventris ex caſu ex mēſura anguſtiatōis attrahendi aerē eſt:et exit⁹ ſanguis ſignū. ¶ Attende tertio ꝙ apozimata et potōes q̄ ī caſu ⁊ ꝑcuſſiōe cōmēdāť pꝛīcipaľr his ꝯueniūt ꝗb⁹ pectoralia vľ nālia fueřt ꝯtuſa ⁊ paꝝ vľ nihil ilľ via medicine ꝗb⁹ ſolum caput

fuerit obtusum. Quia labūtur iux̄ pectoralia: ⁊ per naturalia trāscūt distantq̄ꝫ a cerebro multis interuallis. Iux̄ illō rasis ibi. Or si sanguis sputū aut vomit' aut mict' vł ei' cū egestione exit' acciderit ex medicis quas mō noiabimus ē subueniēdū. Si aūt ista diu pseuerauerit coꝝ curationis pfectionē sume ex locis in q̄bus noiabim' has egritudines

¶ Sermonē āt i solutōe ɔtinuitat' fcā i neruis ⁊ ossib' reseruabim' posteri'
¶ De cauterizatōib'. C. XXIX

c Cauterizatio est ᵃ medicamen valde vtile iuuans ad prohibendum ne corruptio spargatur: et ad confortandum membrum cuius complexionē volumus rectificare: et ad resoluendum materias corruptas in mēbro retentas: ⁊ ad restringendū sanguinis fluxum.

¶ Attende q̄rto ꝙ in casib' grauibus ⁊ ꝑcussionib' multum violentis q̄nq̄ꝫ ɔtingunt oppilatōes: vł ꝑꝑ hūores q̄ abūde ɔfluūt ad loca ɔtusa vel apostema qō i cis nascitur: vel propterea ꝙ sanguis a venis violenter expressus coagulaꝶ: vel q₂ sensus in his obtundiꝶ ⁊ q̄si stupescit. quare nō excitat ad expulsionē huius qō grauat: vn̄ ꝓuenit ꝙ cōtusorum vix aliqui anhelant ⁊ spuere possunt vix alij egerunt vix alij vrinant. Et q̄nq̄ꝫ accidūt supflue aptōes orificioꝝ ⁊ meatuū vi compressionis: ita vt nō cessent coꝝ aliq̄ spue'e sanguinē alij egerere: alij mīgere: ⁊ q̄nq̄ꝫ simul vtrūq̄ꝫ ɔtingit in diuersis loc' in vno aptio i alio clausio vel oppilatio. Et inde ꝓuenit ꝙ alique medicinaꝝ q̄ multū laudantur in istis casibus sint multū stiptice vt mūmia bolus: alie multū apitiue vt reubarbaꝝ lacca rubea tinctoꝝ: alie cōposite ex his. ¶ Attende quinto ꝙ rasis vbi supra dictat hunc potū in forti casu vł ꝑcussione. ℞ reubarbari ꝑtem vnā rubee tinctorū lacce mūdate boli armenici āt terre sigillate oīm añ. ꝑtem mediā. Hui' medicaminis dosis est a. ʒ. 2. vsq̄ꝫ ad quatuor cū aqua in q̄ cicer coctum fuerit. Et iterū ait ibi. Medicamen ad fortem casum ⁊ ad vehemēs sanguīs sputū. Mūmia ⁊ bolus armenicus aut terra sigillata cū ꝑua stiptici vini q̄ntitate ad potanduꝫ detur. Et iterū ibi. Noiatio medicaminis qō datur ei ad potandū a q̄ sanguinis multitudo aut ex ꝑcussiōe aut casu fluit. ℞. cacabre boli armenici balaustie sanguinis draconis lacce ꝑtes equales. ex his oibus confectis. ʒ. ȝ. ad potandū dentur cū. ℥. i. aq̄ in qua sumach fuerit ifusuꝫ ⁊ opij recentis sexta ps. ʒ. vnius. istud eñi illico sistit sanguinē. ¶ Attēde sexto ꝙ in casu ⁊ ꝑcussiōne lēniēdus est vēter cū dyaprunis vel thamarindis vel casiafistula aut māna. Iux̄ illud rasis ibi. Venter q̄ꝫ cum succo fructuū aut clisteri soluaꝶ. ¶ Attende septio ꝙ si caro exterior vehementer fuerit ex aliq̄ ictu cōtusa ⁊ attrita sic ꝙ nō sit spes ꝙ rectificetur ꝓuocare ibidē cōuenit saniē. Iuxta illud gał. 4. de ingenio cap. 8. Sed si ictus carnē ɔtuderit opꝫ vt saniē festinanter faciamus. Nam si sanies celeriter gn̄atur timor minor erit. Iteꝫ necessariū est vt caro cōtusa putrefiat ⁊ saniē faciat ⁊ dissoluaꝶ: deīde caro noua gn̄eꝶ. Et paulo post dic. Deꝫ passionē cui necesse ē saniē fieri curari oꝫ cū cathaplasmate pollinis. i. farine hordei: et calefaciamus ⁊ humectem' eā: q₂ farina hordei aq̄ mixta ⁊ fomētū frequēs aq̄ calide tetrapharmacū q̄ꝫ. i. basilicon ⁊ oia calida ⁊ humida festināt saniē in ea. Iōq̄ꝫ oēs antiqui oēm tumorem his appositis curabāt. hec gał. Si vero caro supficialis ex casu vel ictu nō multum fortiter ɔtusa fuerit post phlebotomiā oꝫ inūgi cū oleo rosato ⁊ sinapisari cū puluere myrti. Iux̄ id rasis vbi supra. Medicamen ad leuē carnis motū ⁊ debilitatem qō rigiditatē adducit ⁊ dolorē sedat. Locus ex oleo rosato inungatur cui desuper puluis myrti supaspergatur ⁊ mediocriter ligetur. ¶ In tertia dicit ꝙ posterius reseruabit sermonē de solutione continuitatis neruoꝝ ⁊ ossium. Nam q̄rti quarta tractatu quarto agit de solutione ɔtinuitatis neruoruꝫ. Et q̄rti quinta de solutione continuitatis ossium tam via fracture q̄ꝫ dislocationis.

¶ De cauterizationibus. Capłm. XXIX.

c Cauterizatio est medicamē. In hoc capło p̄mo agit de iuuamentis cauterij. Secūdo de re meliori q̄ fit cauteriū ibi [Res vero] Tertio de diuersitate cauterioꝝ ⁊ administrationis coruꝫ penes loca quibus adhibenꝶ ibi [Et locus q̄deꝫ] Quarto de cautelis obseruandis in actu cauterizationis ibi [Cauterizator preterea]

a In prima ꝑte cōmemorat ꝑn. iuuamenta q̄ttuor cauterioꝝ. Primū est ad ꝓhibendū ne corruptio ꝑtis alicuius spgatur ⁊ dilatetur sup ꝑtes sanas corrupte ꝓpinquas. Et ad id est vtile valde vt si pes putruerit ex estiomeno cauterizatio separans ꝑtem sanā ab egra ꝓhibet serpere corruptionē gn̄ando crustam in extremitate ꝑtis q̄ sana est. Iuxta id gał. libro de apatibus ad glauconē capło de cura cācrenarū. Et melius est infallacie gr̄a q̄n incidis aut circūincidis qō putridū eā que velut radix eius est copulatā impassibilib' corꝑib' vrere q̄nq̄ꝫ q̄dem ipis patientib' ꝑiculis cauteria afferētes. Scōm est ad ɔfortationē huius mēbri cui' cōplexionē volum' rectificare. Iuxta illud ꝑn. trac. tertio ca. tertio scōe ꝑticule cantice cāticoꝝ. Fit etiā in corꝑibus humidis cauteriū ad exiccandū ea: et in carnibus laxis ad indurandum eas: ⁊ ad calefaciendū corpora infrigidata: nec nō ad tollēdū humiditates egredientes a natura. Et auerroys in cōmento hui' cantici ait. Vtimur etiā eo in mēbris humidis ad exiccandū ea. Et sic fit cauteriū in capite rōne stillicidij a cerebro ɔtingētis. Et etiā ad indurāduꝫ mēbra laxa et ꝓpter hoc vtimur eo in rupturis. Et sic vtimur eo ad calefaciendū mēbrum preter naturam infrigidatū hec auer. Hac intentione precipit hypo. in sciatica in qua vertebrum a scia resilit cauteriuꝫ amphorismorum vltimo sexte ꝑticule dicens. Quibuscūq̄ꝫ a sciatica molestat' vertebrū resilit foras his tabescit crus ⁊ claudicant si nō vrantur. i. cauterizentur. Et ꝑn. tertij prima capło vltimo i cura apoplexie phlegmatice post purgationem cum clisteribus iubet opponere capiti igniferum. i. cauteriū vt sartaginē ferream ignitam ad calefaciendū ⁊ deoppilandum cerebrum. Et capło de cura epilentie ait. Et ex eis q̄ ipm iuuant sunt ventose supposite capiti: ⁊ cauteriū sup ipm calefaciendo cerebrum. Tertiū est ad resoluēdum materias corruptas in mēbro retentas. Ad hanc intentionē laudat ꝑn. quarti q̄rta tractatu tertio capitulo de cura fistule putride veteris cauteriuꝫ dicēs. Scias ꝙ cū ipsa est fraudulēta putrida antiqua non est medicamen: nisi abscisio cū adustione aut cauterizare eam cum igne. Et quarti tertia trac. tertio ca. p̄mo in cura lepre cauteria p̄ma ad cōsumptionē corruptoꝝ hūoꝝ sic cōmēorauit. Et q̄nq̄ꝫ medicanꝶ cū cauterio disꝑtito sup mēbra coꝝ sicut sincipꝫ ⁊ summitas capitis ⁊ super radicem epigloti ⁊ duo tēpora ⁊ collum ⁊ iuncturas manuū ⁊ pedum. Et dixerunt quidā oportet vt cauterizentur in principio timoris lepre cuꝫ cauterio in anteriori capite vt ɔferat caluarie: ⁊ alio inferiore illo: ⁊ apud locū in quo capilli tondūtur ⁊ super supcilia vnū: deinde in dextra capit': ⁊ aliud in sinistra: et vnū posterius super nocram: ⁊ duo apud duas cōmissuras corticales: ⁊ vnum super splenē: ⁊ sint cocture ille cū cauterijs lenib' minutis. Sed his temporibus sic se vstulari et martyrisari nemo ꝑmitteret ad instar laurentij gloriosi martyris quē deci' iussit viuum assari super cratem ferream igni supposito. Quartū est ad stringendū sanguinis fluxū. Nam cauteriū generat escaram supra foramē vn̄ manat sanguis q̄ est vt clausura foraminis illius. Iuxta illud ꝑn. 2. cantice trac. tertio ca. tertio. Cauterium fit in corꝑe ad sistendū emorosagiā a vena pulsatili aut aptiōe rene magne fatigante medicū in sistendo fluxuꝫ sanguinis ab ea. Et auerroys in cōmento illi' cantici ait. Cauterio quidē vtimur ad sistendū fluxum sanguinis a venis pulsatilib' aut ab alijs venis magnis cū non cessat ꝑ vsuꝫ medicinaꝝ. ¶ Attēde p̄° ꝙ in restringendo fluxū sanguīs nō est necessariū cauteriū nisi sanguis exeat ꝓpter rosurā vel putrefactionē. Iux̄ illud gał. q̄nto de ingenio ca. 4. Ignoro locū in quo coacti rem incēsiuā vel ignē imponamus: nisi dum sanguis exierit ꝓpter rosurā vel putrefactiōeꝫ Vnde cū totū membrū in q̄ putrefactio est incidiꝶ vtile est vt incidaꝶ cū igne aut cū medicīa incēsiua. Propꝶ h̄ i verēdoꝝ aut ani passione coacti cū medicina incēsiua vel foco festinam' eo ꝙ putredo in his locis festinat. Cā est q₂ calor nāliter eis dn̄aꝶ ⁊ sunt vie spuꝑfluitatū exeuntiū. ¶ Attende scōo ꝙ vltra hec q̄ttuor cauterioꝝ iuuamenta q̄dam alia assignauerūt. Primo q̄dē gr̄a diuersionis inueteratoꝝ fluxuuꝫ vt cauteria ⁊ setones collo apponūtur in passionibus inueteratis hūoralib' oculoꝝ ⁊ in panno faciei ⁊ gutta rosacea ⁊ i pustulis eius ⁊ rubore fedo. Ad hāc intentionem in epilentia cōmunicata cerebro a manibus aut a pedibus cauterizantur mēbra mandātia vt a cerebro corrupta humiditas vel corruptus vapor per hoc diuertaꝶ ⁊ inde expurgetur. Sed hoc iuuamentū sub scōo ex dictis cōprehendi potest. Scōm iuuamentū est ad intercipiendū viam per quam fit latio membri vel humoꝝ ad aliquē locū cū grauamīe ei'. Mēbri q̄dē vt in hernia. humoꝝ vero aut vapoꝝ vt in epilētia vel vertigine cōicata cerebro ab inferiorib'. In hernia q̄dē cauterizatur in inguine locus stricture meatus per quem descendit in osseum zirbi

vel intestini ps. Et in epilẽtia vel vertigine cauterizant͛ vie ille ꝑ quas materie ferũtur ad cerebrũ si cognite fuerint ⁊ abextra cõmode possint attingi. Tertiũ est ad euellendũ vel eradicandũ aliquid inutile nociuũ aut indecens vt nodos aut poros a facie leprosi vel mẽbris alijs et cornu a pedibꝰ ⁊ ab apatibꝰ saniẽ vel pus

Res vero[b] **qua cauteriũ fit melior est aurum. Et locus q̄dem**[c] **qui cauterizatur aut est manifestus ⁊ ponit͛ cauteriũ super ipm sensibiliter: aut est ꝓfundus interius in membro sicut in naso aut ore aut ano. Et hm̄oi quidem forma indiget supra quam ponat qd̕ sit sicut canale aut magra in aceto infusa: postea ponãtur sup ipsam panni in aqua rosata vehemẽter infrigidati aut succis aliquibus ⁊ mittatur in canalem: ita vt locus cauterizandus eius bucella fiat: deinde immittatur cauterium propterea vt ad locum perueniat et in circuitu non impediat ⁊ proprie cũ cauterium subtilius fuerit q̄ forme vacuitas: ne lateribus formẽ obuiet.**

aut eẽneuz aliud. Quartũ ẽ ad ɔstrigẽdũ ⁊ corrugãdũ pãniculos aliq̄s vt fiãt iepti dilatationi ⁊ susceptioni plurimoꝝ ycoruꝫ siue aq̄sitatuꝫ vt in cura alcitis pꝰ euacuationẽ aque cõsulit p̄n. tertij 14.trac.4.caplo.13.ventri adhibere cauteria sex. Ait em̄ ibi. Et cum euacuaueris vicibus.10.per aliquot dies cũ aliquo euacuatiuoꝝ subtilium ⁊ cũ lacte camelarũ ⁊ aq̄ casei ⁊ reliq̄s ⁊ minuta fuerit aq̄ ⁊ alleuiatum fuerit apostema tũc rectius erit vt sup ventrem cauteria fiant: vt nõ recipiat aquã post illud. Et fiant cauteria post abstinentiã ⁊ dimissionẽ solutionis vẽtris duobꝰ diebus aut tribus. Et sint sex cauteria. s. tria in longitudine incipiendo a casu vsq̄ ad femur ⁊ tria in latitudine vẽtris. hec p̄nceps

b In scd̕a dicit ꝙ aptius instrumentũ ad cauterizandũ ẽ qd̕ ex auro fit. Quia mitius vrit ⁊ vrẽdo ɔfortat a ꝓprietate: ⁊ vulnus qd̕ facit citius sanat͛. Iux͛ illd̕ p̄n.2.cañ.ca.de auro. Et meliꝰ cauterium ⁊ velociꝰ sanabile est qd̕ fit cũ cauterio auri. Est ⁊ vnũ aliud puta qd̕ aureũ minꝰ terret egrũ q̄ ferreũ cãdẽs: q͛ color ignis ⁊ ardor eius nõ sic se ostendũt in auro vt in ferro. Sꝫ hac de causa chirurgici p̄ferũt cauteria ferrea cauterijs aureis: q͛ ex colore certius mẽsurãt ardoris gradũ in ferro q̄ in auro. Est ⁊ vnũ aliud ꝙ facilius hn̄t abundantiã ferri ꝓ formis diuersis cauteriorum q̄ copiaꝫ auri neq̄ fures curant surripere ferrea vt facerẽt aurea. Et si a casu ferrea perdãt͛ dãnuꝫ est modicũ. ¶ Attẽde tñ p̄mo ꝙ in cauterijs q̄ ꝓpe oculos sunt administrãda aurea sunt meliora propter cãs dictas. Et q͛ aurũ ɔfortat oculũ vt ait p̄n.2.huiꝰ ca. de auro: ⁊ q͛ oculus est tenerrima ps ⁊ sensibilissima quẽ minus ledit ⁊ dolere facit aurũ ardens ferro. Et etiã opus est vt vulnera ꝓpe oculos cito sanent͛: ne ĩfustulent͛ ꝓpter humiditates q̄ eis a cerebro faciliter affluũt. Sꝫ obseruandũ est si ibidẽ cũ auro fiat cauteriuꝫ vt assit aurifaber ad cõmensurandũ ardorẽ cauterij q̄ chirurgico subministret ipꝫ duꝫ sat͛ est ardẽs. ¶ Attende scd̕o ꝙ cauterioꝝ q̄dã sunt potentialia vt arsenicũ ⁊ calx viua argẽtuꝫ viuũ sublimatũ: q̄ dicunt͛ potentialia: q͛ nõ actu sꝫ potẽtia ꝓxia faciliter reducibili ad actũ hn̄t in se ardorẽ seu arsiuã v̓tutẽ. Alia sunt actualia vt ferrũ vel calibs aurũ vel argentũ vel oleuꝫ ardẽs que dicũtur actualia ab actuali ardore ⁊ ignea v̓tute q̄ ilico comburũt applicata corpi sine q̄cũq̄ reductione. Et istius gn̄is ẽ cauterium quo nobiliũ aliq̄ in curijs principuꝫ vrunt sibijnuicẽ sua cornua: q̄ sepe contingunt eis ex calceorum strictura. Naꝫ super scamnũ extẽsi tenẽtur vt se mouere non possint ⁊ alter coꝝ tisionẽ adhibet seu lignũ incensum ex vna extremitate recte sup cornu et fixe ibi tenet donec sit combustũ vsq̄ ad radicem.

c In tertia dicit primo ꝙ locus cauterizandus vel est manifestꝰ ⁊ detectus visui puta in superficie corpis: ⁊ tũc sensibiliter sine timore alicuius erroris adhibetur ei facile cauteriũ. Aut est ꝓfundus interius in mẽbro visui occultus vt in naso ore ⁊ ano: ⁊ tunc attentius ⁊ cautiꝰ adhibendũ est. Scd̕o dicit ꝙ hm̄oi cauteriuꝫ indiget forma seu capsula q̄dã supra quã ponat͛ seu in q̄ collocet͛ ⁊ per quã ferat͛ vsq̄ ad locũ cauterizandũ: que fit vt canale de ligno vel ferro auro vel argento vel de magra trita in aceto infusa: que est terra rubea carpẽtarioꝝ q̄ ligna signãt vt exponit iañ. vel terra sigillata vt exponũt synonima auicẽne. Postea tegatur istud canale totũ in circuitu pãnis lineis infusis in aq̄ rosata vehement͛ infrigidata aut in succis frigidis vt in succo solatri vel portulace. Post intromitatur forma hec in canalẽ. i. meatum seu viã ad locũ cauterizandũ vt in nares aut anũ taliter ꝙ locus cauterizandꝰ fiat buccella eiꝰ obuiãs interiꝰ ori cãne ⁊ ipm replẽs vel saltem obturãs vt buccella panis os comedẽtis. Deinde imittatur ardens cauterium in istud canale sic circũuestitum pãnis frigidis vt ad locum cauterizandũ cũ suo ardore ꝑueniat ⁊ meatũ non dãnificet nec impediat q̄ nõ eget arsura. Et tũc ꝓp̄e non impedit cũ cauteriũ fuerit subtiliꝰ seu gracilius q̄ vacuitas forme seu cõcauitas canalis: ita vt nõ obuiet lateribus forme ⁊ tãgat ea replendo formã ⁊ igniẽdo ipam. Nã si eam repleat ⁊ igniat ledet meatũ vehemẽti ardore nec circũpositi pãni sufficient prohibere precipue si illic tardauerit cauteriũ. ¶ Attẽde primo ꝙ cauteria sub hac forma cõueniũt plurimũ in polipis narium: et carnosis excrescentijs oppilantibꝰ eas: ⁊ in putrefactione amigdalarũ aut vuule in radice ligue: ⁊ in vlceribꝰ putridis supra anũ intra latentibꝰ palpabilibꝰ cũ digito intromisso: ⁊ in excrescẽtijs illic auctis ꝓhibẽtibꝰ exitũ fecum. ¶ Attẽde scd̕o ꝙ forme cauterioꝝ dn̄t adaptari s̓m loca illa q̄bus adhibent͛ ⁊ intẽtiões ac iuuamẽta q̄ ex eis q̄runt͛. Verũ chirurgici se ꝓuisos tenẽt diuersis cauterijs ad diuersos actus q̄dam pautioribꝰ alij pluribꝰ. Ex q̄bus q̄dã sunt sil͛ia cultell͛ ex vna tãtũ scindentia pte q̄bus incidũtur supflue carnes: alia sil͛ia lancee vel ensi vtrinq̄ scindẽtia q̄bus apata solent aperiri: alia sil͛ia ossul͛ oliue quibꝰ aduritur vertex capitis ad diuersionẽ reumatismoꝝ ⁊ nerui ⁊ ossa dũ ipsi incipiũt putrefieri: alia sil͛ia dactiloꝝ ossibus q̄ ibi adhibent͛: vbi oliuaria cũ q̄ritur ex eis adustio fortior in longũ ꝓtensa: alia sunt acute cuspidis oblonga rotũda cũ rotũdo aresto ꝓpinq̄ cuspidi ꝓhibẽte coruꝫ ꝓfundationẽ q̄bus cutis feda punctim solet vri: alia sunt rotũda oblõga anteriꝰ plana nõ cuspidea q̄ in cãna reclusa super mẽbra occulta solent adhiberi: alia sunt subtilia sil͛ia acui cũ q̄bus cetones solẽt applicari dep̄hensa cute latis tenaculis cũ foraminibꝰ ꝑ que intromittũtur. Postea in vulnere relinq̄tur chorda cuiꝰ extrema pendẽt ex͛ vulnus: ne vulnus claudat͛ ⁊ vt ibi hũores abũde ɔfluãt ⁊ inde expurgent͛ dũ q̄nq̄ hinc inde trahit͛ chorda. Hac practica vtunt͛ marescalli eq̄rũ qñ eq̄ claudicant ex dolore scie coxe adhibẽtes hm̄oi chordulã. Alia circularia cũ quinq̄ cuspidibꝰ: ⁊ hec ministrant͛ cũ lamina ferrea ꝑforata in q̄nq̄ locis sic ꝙ foramina directe respõdeãt ipsis cuspidibꝰ. Et hora applicãdi lamina frigida supponit͛ loco cauterizãdo: ⁊ ꝑ eius q̄nq̄ foramina q̄lib3 intromittunt͛ cuspides ardẽtes. Talia cauteria solẽt adhiberi ĩ mala sciatica vertebri resiliẽtis a pixide sua post repositionẽ eiꝰ vt ɔtracta cute ⁊ carne v̓tute cauterij v̓tebrum ꝓhibeat͛ rursus resilire. Alia sunt cũ quinq̄ cuspidibꝰ in latum ꝓtensis ad instar pate ferree cũ q̄ cantores sil͛ vno tractu q̄nq̄ lineas ꝓtrahunt ad locandum notulas suas. Et his cauterijs in inguina impulsis sanãtur hernie tã zirbales q̄ intestinales.

¶ Attende tertio ꝙ cauteriorum vsus apud veteres chirurgicos frequentissimus fuit ⁊ cõmendatissimus propter efficaciam maximam quã in eis repiebant rite admĩstratis qñ ⁊ vbi oportebat nõ p̄termittentes aliquã corpis humani exteriorem regionẽ cui non adhiberent interdum cauteriũ. Primo quidem in summitate capitis dactilare administrabant ad trahendũ foras malas materias in cerebro contẽtas in egritudinibus epilentie cephalee veteris emigranee ⁊ vertiginis a causa priuata ⁊ ad diuertẽdũ reumata ab oculis ⁊ pectoralibus in lachrymis ⁊ lippis sebel ⁊ maculis in tussi ⁊ asmate empimate ⁊ ptisi. Secundo in cornibus capitis dactilare admĩstrabant cõtra emigraneam ⁊ vlcera aurium ⁊ surditatẽ. Tertio in occipitio ministrabãt itidem contra palysim spasmũ ⁊ tremorem ⁊ ad diuertenduꝫ humores a facie deturpantes eã. Quarto sup palpebras ad rugandũ eas cum myrtilli nodum p̄ mollicie sup oculos cadunt ⁊ vix eleuant͛. Quinto sup loca supercilioꝝ cũ pili aliqui euulsi fuerũt vt nõ renascant͛ ĩ codẽ loco. Multis em̄ displicet multa pilositas supcilioꝝ maxime superius ĩ radice nasi quare euellent pilos ⁊ per cauterium acuale oblongum qd̕ poros coartat: vnde pili exeunt renasci prohibent. Sexto in angulo oculi domestico acuale applicant reclusum in canna pro cura fistule. Septimo in timporibus cultellare adhibent ad claudendum venas per quas descendunt reumata ad oculos: et hereditantur horum passiones. Octauo in naribus oblongum rotundum anterius planum in canna reclusum contra polipum. Nono acuale reclusum in canna in dente corroso qui fetet os facit vel dolorem suscitat intense et frequenter. Decimo in vnula vel in amigdalis oblongum cum canna ad con-

sumendū putredines carū. Undecimo in labijs puum cultellare ad remouendū fissuras carum. Duodecimo sub mēto cū tenaculis acu ⁊ cetone ɔtra feditates vult⁹ ex pāno et pustulis maculis ⁊ nodis rubore fusco gutta rosacea ⁊ fedis vlceribus. Tredecimo in gutture cultellare aut lanceale pro apertione squinātie iaʒ q̄si mature pene strangulātis aut ꝓhibentis transglutire penitus tam cibum ꝙ̄ potū. Uel dactilare si nō matura sit ad diuertēdū ⁊ ẽxhēdū foras. Quartodecimo sup̄ spatulas ad eosdē fines siē sup̄ collū. Quītodecīo supra pectus inẽ costas cultellare aut lanceale ī empimate āt ptisi ad educendū saniē a pectore non multā subito ſʒ paulatiue: aliter mortale est. Juxta illō hypo. ampho. 6. Quicūqʒ empici aut hydropici vrūnẽ aut incidūtur his effluēte sanie aut aq̄ multa repēte pereūt. Et iterū amph. 7. Quicūqʒ empici vrūtur aut incidunẽ si q̄dē sanies pura fluxerit ⁊ alba euadunt si v̄o cenulēta ⁊ male olens pereūt. Potest etiā ibi cauteriū apponi vel dactilare vel cū cetone ī asmate veteri pene suffocāte ad diuertēdū a pectoralibus supfluos hūores. Decioscx⁹ in dorso cultellare ad tollēdum ⁊ exhēdū testudies ⁊ nactas: q̄ qn̄qʒ ibi ɔtigūt: ⁊ sẽ magne excrescentie testudini sīles: aut grosse carnositates in tumōrē erecte q̄les sepe accidunt in q̄rundā sabaudientiū tumidis gutturib⁹: ⁊ qn̄qʒ sunt clause ī panicuẽ. Deciosceptio sup stōachū cauteriū rotūdū ad diuertēdū materias corruptas vt in epilentia cōicata a stomacho ⁊ ī antiq̄s stomachi dolorib⁹ ex malis hūorib⁹ infiltratẽ ī pelliculis ei⁹. Deciooctaᵒ supra regionē epatis cultellare aut lanceale ad extrahēdū ab ip̄o saniē vel a pticulis sibi vicinis. De q̄ ait hypo. ampho. 7. Quicūqʒ in epate ꝓpter saniē vrūtur si q̄dē sanies pura fluxerit ⁊ alba euadūt. In tunica em̄ illẽ sanies ē. si v̄o velut amurca fluxerit pereūt. Decionono sup splenē ī splenetica passione cū remedia alia localia nō ꝓsunt. Juẽ illō p̄n. tertij. 15ᵃ tractatu. 2. ca. 7. Et qn̄qʒ ozʒnū dn̄atur hūor melancholic⁹ ⁊ sanguis vt phlebotomeẽ alguidegi sinistra ⁊ fiāt cauteria supra q̄nqʒ loca splenis aut sex. Deinde nō pmittanẽ sanari ⁊ fiāt cū dactilari. Uigesimo supra ventrē cultellare aut lanceale ad eductionē aq̄ hydropicoꝝ: vẽ sex dactilaria post eductionē aq̄ ad ɔstringendū pelliculas vētris vt aquositates postea nō faciliter suscipiāt. Uigesimop̄mo sup regionē renū vtriqʒ dactilaria in vlcerib⁹ renū inueteratis ad diuertendū affluxū hūorum qui saniātur assidue in eis. Uigesimoscōo sup vētrē īferiorē sikia in magno apātevesice aut matricis ad diuersionē hūoꝝ ab eis. Uigesimotertio sup inguina ⁊ sub ascellis in bochijs epidimialib⁹ ad diuersionē venenositatẽ materie ab epate ⁊ corde. Qua practica medic⁹ q̄dā in pestilentia maxīa q̄ parisius viguit. anno dn̄i. m. cccc. freq̄ntissime vsus est ⁊ in multis ei bn̄ successit: q̄dā v̄o inde statī moriebanẽ vn̄ ptim famā ptim infamiā sepe assecut⁹ ē: siẽr cōuenit in vlcerib⁹ īguinū ad q̄ festinat mala putrefactio. ⁊ in hernia etiā tā zirbali ꝙ̄ intestinali. Uigesimoq̄rto in bursa testiculoꝝ cū cetone ⁊ acu ad educendū mās aq̄as hernie aq̄se vel aquā hydropicoꝝ vel hūores aliq̄s illic retētos vel ad auferendū ptcʒ q̄ putruit. Uigesimoq̄nto supra veretrū in vlcerib⁹ ei⁹ vbi timeẽ ne putredo serpat ad superiora vel mēbrū corrūpat qō facile ɔtingit in ptib⁹ illis. Uigesimosexto ī ano ad restrīgendū supfluū fluxū emorroidarū vel ad cōburendū excrescētias aliq̄s: q̄ qn̄qʒ accidūẽ labijs ani: vẽ ad vlcera mala q̄ in eo sunt aut supra eū. Uigesimoseptio supra anchas ɔ̄ sciaticā. Uigesimooctauo in coxis vel ꝓpe genua qn̄qʒ cauterizanẽ aliq̄ vene q̄ varices fouēt vel elephātiā vel vlcera maligna q̄ lupij dicuntur Et siẽr fiūt sup carnē coopientes adiutoria ad occultandū fedā manus scabiē vel impetiginē vel vlcera maligna vel fedū colorē in lepra ⁊ morphea: ⁊ administranẽ cū cetonib⁹ vel vlcera coꝝ tenenẽ apta. Uigesimo nono sup tibias ad tollendū varices aut carnes inutiles aut corruptiones ab harū vlcerib⁹. Trigesimo sup pedes ⁊ digitos coꝝ ⁊ sup man⁹ ⁊ digitos ipsaꝝ in epilēcijs ab eis cerebro cōicatis ⁊ estiomenis ⁊ vlceribus malis ambulatiuis vt ī panaritio sanioso ⁊ vlcerato. Juẽ illō p̄n. q̄rti. 7ᵃ. trac. 4. ca. de cura panaricij. Et qn̄ incipit currere ex panaritio vlcerato sanies tūc cauterizeẽ ⁊ incidaẽ vt nō pambulet malicia ei⁹ in digito toto.

Cauterizator preterea⁹ sibi cauere debet ne fortitudo cauterizationis ipsius ad neruos pueniat; neqʒ ad chordas: neqʒ ad ligamenta. ¶ Qō si ꝓpter sanguinē qui fluit cauterizauerit oportebit vt cauterizatio sit fortis: ideo vt crusta grossitudinē habeat ⁊ spissitudinē: ne cito cadat: quoniā ex casu cruste cauterizationis facte propterea vt sanguinis fluxus ꝓhibeatur peruenitur ad malū deterius eo qō erat. ¶ Cumqʒ cauterizaueris propterea vt carnem corruptam proijcias ⁊ terminū sani scire volueris erit vbi dolet. Et fortasse necessarium erit tibi cum carne cauterizare os quod est sub ea ⁊ supra ipsuʒ morari donec tota ipsius destruaẽ corruptio. ¶ Cum ergo fuerit quod sit sicut craneum subtiliter ipsam operare vt cerebrum non ebulliat: neqʒ ipsius panniculi corrugentur.

d Cauterizatio p̄terea. In q̄rta pte p̄mo agit de cautela p̄seruationis q̄rundā mēbroꝝ a tactu cauterij. Scōo de fortitudie cauterij ad sisteudū fluxū sanguis ibi [Qr si ꝓpter] Tertio de mēsura cauterizatiōis carnis corrupte ibi [Cūqʒ cauterizauerẽ] Quarto de cautela speciali in cauterizatione cranei ibi [Cum ergo fuerit]

¶ In p̄ma pticula dicit ꝙ cautīzator attendere dʒ ꝙ vehemētia arsure cauterij n̄ perueniat ad neruos ⁊ chordas neqʒ ad ligamenta. De neruis q̄deʒ ⁊ chordis causa seu rō est: q̄r sẽ acuti sensus: ⁊ iō cū vehemētia arsure cauterij tāgit eos suscitatur dolor maxim⁹: tū ex solutione ɔtinui: tū ex alteratione cōplexiōis q̄si subita ⁊ violētissima. Dolores aūt ꝓsternūt v̄tutes. Id tn̄ intellige de neruis ⁊ chordis sanis: q̄r si putridi vẽ corrupti fuerint vt in estiomeno sunt cauterizādi velut alia mēbra. Itē id intelligas de neruis ⁊ chordis notabiẽ magnitudis: q̄r capillares. q̄ dissemīanẽ ī interiori cute ⁊ eā ɔtexūt vitari non p̄nt. Sʒ de ligamētis nō eadē cā est: q̄r nō sentiūt. Juẽ illō p̄n. p̄mi p̄ma doc. 5. ca. singulari de mēbris. Ligamētoꝝ v̄o nullū sensuʒ habuit: ne ꝓpter suū motū multū ⁊ fricationē q̄ ei adherēt doleret. Causa v̄o q̄re arsura cauterij tāgi nō debʒ est ne corrugeẽ veluti corrigia igni adhibita: vn̄ torq̄aẽ mēbrū cui adheret vt os vẽ musculꝰ. Aut intelligaẽ lr̄a p̄ns de ligamētis panniculari b⁹ q̄ sensu viuaci plurimo pticipant: ⁊ tūc cā est eadē de neruis ⁊ chordis ⁊ de ip̄is erit. ¶ In secūda dicit ꝙ cauterizatio q̄ fit ad stringēduʒ fluxum sanguis posito cauterio sup vene vuln⁹ vn̄ fluit sanguis dʒ esse fortis in vehemētia cōbustionis vt faciat crustaʒ siue escaram spissam fortiter claudentē tarde ⁊ vix cadentē: q̄r si leuiter ⁊ cito caderet rediret flux⁹ fortior ꝙ̄ an̄: eo ꝙ cauteriū dilatauit vulnus ⁊ dolor quem intulit affluere facit ad ipsum sanguinem. Et id obseruandum est nō in actualibus cauterijs tm̄: sed etiam in potentialibus ꝙ spissam ⁊ grossam generent escaram. Teste gal. quinto de ingenio cap̄. quarto. Medicamen inq̄t qō fit ex calce viua fortius ceteris est: non tn̄ stipticum est: vnde cortices quos generat super vulnus cito cadent. Hi v̄o quos vitreolū ⁊ calcantum generāt morantur sup vuln⁹ inuiscata; iōqʒ laudabiliora sẽ. Corticibus em̄ sup ora vulneris morātibus caro festinabit pusꝙ̄ cadant. id circo ne festines eos auferre eo ꝙ dubium est q̄n sanguinis fluxus ip̄is ante tp̄s ablatis reparetur. ¶ In tertia dicit primo ꝙ duʒ cauteriū administratur ad remotionē corrupte carnis vt in estiomeno: ⁊ terminum sani scire volueris id ē sane carnis extremitatē cui putrida iungiẽ erit ibi vbi dolet ille qui aduritur. Nam ꝙ̄diu vritur putrefacta caro q̄ iaʒ sensum pdidit nullus ex arsura sentitur dolor. Sed ꝙ̄ primū puenit arsura ad viuū seu ad sanā carnem dolor sentitur: ⁊ est ibi termin⁹ vsqʒ ad quem dʒ arsura ꝓtendi. Secūdo dicit qn̄qʒ opus esse vt vna cuʒ carne cauterizeẽ os qō est sub ea ⁊ vt sup ip̄m tardet cauteriū donec tota ipsius corruptio arsa sit ⁊ igne ɔsumpta. Sed quō sciet cauterizator ꝙ ad partē sanam ossis peruenerit. Nō q̄dem per sensuʒ sicut in carne eū os sensu careat: neqʒ per visum cū escara tegat ptem ossis sanam vna cū cauterio super os morāti. Dic ꝙ cognoscitur ex resistentia vehemēter forti quā facit os pressum contra cauteriū quo fortiter p̄mitur. Nam ps ossis putrida iā mollificata est ⁊ facile cedit: sana v̄o dura est fortiter resistens. Est ⁊ aliẽ modus vt radaẽ escara: sub qua si pars ossis alba dura fuerit satis pustuʒ est: si mollis liuida rursus cauteriū adhibeatur donec peruentum sit ad ptem albam durā. ¶ In quarta dicit p̄mo ꝙ cum os cauterizandū fuerit qō sit sicut craneū subtiliter agas et caute exerceas cauterizationē. Primo attendēdo ne violētia caloris cauterij cerebrū ebulliat. Scōo ne pāniculi q̄ ipsum tegūt puta dura ⁊ pia mater desiccati corrugentur pre nimio ardore et cerebrum comprimant. Modi vero quibus ab his caueas est

Capitulum.xxx.

vt cauteriũ nõ applicetur vehemẽter incensum:ſʒ mediocriter.⁊ vt applicet̃ ꝑ interualla nec diu moret̃ vna vice ſuꝑ os:⁊ vt in circuitu cauterizandi ossis frigida applicentur vt aq̃ rosata vel aq̃ nenufaris. Sc̃do dicit.⁊ in alio ab ipſo nõ cures perq̃rere.i.ĩ cauterizando os aliud a cranco ⁊ a ſuo ſił̃i ſicut a ſpondilib' non cures attendere ne illud ebulliat qđ oſſi ſupponitur vł̃ imponitur: neq̃ʒ vt pãnicłi ſuppoſiti oſſi nõ corrugentur. ¶ Contra ſic cauteriũ vehementis ardoris ſuppoſitũ cranco cerebri medullã ebullire facit: ſic ſuperpoſitũ alijſ oſſibus medullam eorũ qua nutriri debẽt

Et in alio ab ip̃o nõ cures ꝑquirere.
¶ De ſedationib' dolorũ. Ca.XXX.

Iam ſciuiſti[a] doloruʒ cauſas in duabus cõprehendi diuiſionibus.ſ. mutatiõe cõplexionis ſubita ⁊ ſolutione cõtinuitatis. Et poſtea ſciuiſti ꝙ poſtremũ diuiſionis earuʒ peruenit ad maliciam cõplexiõis calide aut frigide aut humide aut ſicce abſq̃ʒ materia aut cum materia chimoſa aut ad vẽtoſitateʒ aut apoſtema. ¶ Doloris ergo ſedatio ex cõtrarietate haruʒ cauſarũ erit. Et iã ſciuiſti qualiter vniuſcuiuſq̃ʒ earũ cõtrarium fit. Et ſciuiſti qualiter malicia cõplexionis ⁊ apoſtema ⁊ vẽtoſitas medicentur. ¶ Et oĩs quidem dolor qui fit fortior ĩterficit. qm̃ ex eo in primis accidit frigiditas corporis et tremor: poſtea fit pulſus paruus: deinde deſtruitur. et poſtea moriunt̃. Ad ſummum[b] id quod dolores ſedat eſt: aut illud quod complexionẽ mutat: aut quod reſoluit materiaʒ: aut qđ ſtupefacit.

⁊ humectari. Item ſicut pãniculos cerebri rugat ⁊ deſiccat: ſic pãniculum coſtis ſuppoſitum cũ putride coſte ardens adhibetur.

Ad primũ dic ꝙ medulla cerebri eſt principale membrũ digniſſimũ poſt cor cuſtodia optima: ſed medulla oſſium vel eſt ſupfluitas vtilis tñ: vel nutrimentum reſtaurari potens ſi diminuatur

Ad ſecundũ dic ꝙ pãniculus coſtis ſuppoſitus nõ ita dignuſ eſt ſicut matres cerebri: licet indigeat aliqua cuſtodia: q2 vicinus eſt pulmoni ⁊ cordi: ⁊ ideo melius eſt ⁊ tutius coſtam putrefactã ſuauiter incidere q̃ cauterizare. Or ſi cauterizetur: ſuauiter ⁊ paulatim fiat. Vel dic ꝙ coſte ſunt ex oſſibus cranco ſił̃ibus tam in ſuppoſitiõe panniculi cuſtodia digni q̃ in vicinitate principalis membri. ¶ Attende ꝙ plures ſunt alie cautele a nũc dictis obſ̃uande circa vſum cauterioꝝ. Prima eſt ꝙ nõ adminiſtrent̃ ĩ etatibus infantie ⁊ ſenij: nec ĩ regionib' ⁊ tꝑibus valde calidis: nec in pregnãtibus: nec in puſillanimibus aptis ad ſincopim. Sc̃da eſt ꝙ añ adminiſtrationẽ cauterij corpus purgetur cũ ꝑ phlebotomia aut pharmacia aut vtriſq̃ʒ: ⁊ cũ cibis ſubtilibus mundis ad frigidũ declinantibus dietetur. Tertia eſt. in cauterijs q̃ fiunt ad attrahendũ ⁊ diuertendũ humores ab alijs mẽbris vlcera que faciunt debent longo tꝑe aperta teneri. Noui vnũ qui hac practica vtens in palliatione leproſoꝝ plante pedis cauteriũ apponẽs diu aptum vlcus tenere ſolebat ⁊ attractiuis ꝓcurare vnguẽtis vt multuʒ ꝑ roijceret: ⁊ ſic miro mõ palliabat. Sed ſciui in q̇buſdã ꝙ iſta tã diu ꝯtinuauit vt ide caderẽt q̇dã pedũ digiti. Verũ in cauterijs q̃ miniſtrant̃ pro reſtrictione fluxus ſanguinis vel ꝓ aduſtione corrupte carnis aut corrupti oſſis nõ dʒ teneri diu vlcus aptum: ſed ſolũ tam diu donec ꝑ ſe cadat eſcara q̃ fortior fiat ⁊ magis ſpiſſa in reſtrictione ſanguinei fluxus. Quarta ẽ ꝙ cauterizator ſecrete prouideat vt prope ſe habeat aquã roſatam ⁊ toſtam panis infuſam in aceto ⁊ medicinas quaſdã cordiales: q̃s egro miniſtret ſi viderit ip̃m debilitari: vel in ſincopim paratum cadere. Quinta eſt vt nullam de cauterio mentionẽ faciat cauterizando neq̃ʒ cauteria corã egro preparet: ſʒ furtiʒ a retro ſibi hec afferantur: ⁊ occulte applicet egro nõ vidente: ſʒ ab aſſiſtentibus eo bñ tento ne ſe cõmoueat ⁊ op' impediat ꝑ̃ dolore nimio. Sexta eſt ꝙ aliquid iocũdi narret aliq̃s quo patiens rideat et obliuiſcatur aut minus intendat doloribus ſuis.

¶ De ſedationibus dolorum. Capłm.XXX.

Iam ſciuiſti dolorũ cauſas. In hoc capło primo agit de cauſis ⁊ de generali cura doloris ⁊ de accidentib' ex forti dolore. Sc̃do de tribus modis ſedantiũ dolores ⁊ declaratione tertij ibi[Ad ſummũ]Tertio de reductiõe fluxa faciẽtiũ in ſedando dolores ad reſolutiua ⁊ de enumeratõe fluxa faciẽtiũ que dolores remouẽt ibi[Ea q̃ʒ q̃]Quarto de ſedãtib' dolorem ſtupefaciẽdo ibi[Oib' aũt]Quinto de erroꝛib' in cura dolorũ ibi[In doloꝛib' preterea]Sexto de cautelis habẽdis in vſu narcoticorum ⁊ de mẽbris q̇bus tutius vel ꝑ̇iculoſi' adhibent̃: et de modo quodam quo dolorem ſedant ⁊ de tutioribus ex eis ⁊ efficacioribus ibi[Et q̃nq̃ʒ eſt res]Septimo de ſedatione doloris

ex ventoſitate ibi[Et ex doloribus quidem]Octauo de modis diuerſis in genere ſedandi dolores ibi[Ex ſedantibus preterea]

a In prima ꝑte que eſt ꝑ̃ſens text' prĩo agit de cãis doloris. Sc̃do đ cura ei' in gñe ibi[Doloris g̊]Tertio de accidẽtib' ei' ibi[Et oĩs q̇dẽ] ¶ In prima ꝑticula primo ait iã fuiſſe ſcitũ ex precedẽtibus ꝙ cãe doloris in duab' cõpꝛ̃hendũtur diuiſionibus.i. mẽbris diuidentibus eas. Vna earũ eſt mutatio ſubita ſeu feſtina et velox cõplexionis contriſtans tactũ. Alia eſt ſolutio ꝯtinuitatis in mẽbro ſenſibili. Nam primi ſc̃da doctrina.2. ſumma ſc̃da ca.19. poſtq̃ ꝑ̃n ceps đſcripſit dolorẽ ꝙ eſt ſenſibilitas rei contrarie ait. Oẽs vo doloris cãe ĩ duobus cõprehẽduntur gñib'.ſ. gñe mutatõnis cõplexionis cito facte ⁊ eſt malicia complexionis diuerſe: ⁊ genere ſolutionis ꝯtinuitatis. Sc̃do dicit poſt hec eſſe ſcitũ ꝙ poſtremũ diuiſionis earum.i. finalis diuiſio vel ſubdiuiſio cauſarũ doloris ex malicia cõplexionis ꝑuenit ad alterũ triũ.ſ. vel ad maliciã cõplexionis calide aut frigide aut hũide aut ſicce ſine mã vel cũ materia chimoſa.i. humorali ſub q̃ aquoſam intellige: vel ad vẽtoſitatẽ: vel ad apoſtema. Et iuxta hũc modũ innuit ꝟ ꝑĩu. ſubdiuiſiões q̃ttuor male cõplexionis diuerſe q̃ eſt cã doloris. Pria eſt. malarũ cõplexionũ diuerſarũ q̇dã eſt calida: alia frigida: alia humida: alia ſicca. Sc̃a eſt. vniuſcuiuſq̃ʒ harũ alia eſt cũ materia: alia ſine materia. Tertia eſt. illa q̃ cũ materia eſt vel ẽ cũ materia hũorali: vel cũ materia aq̃ſa: vel cũ vẽtoſa. Quarta eſt. que q̃ʒ materialiũ vel eſt ex materia collecta ad apoſtema: vł̃ nõ collecta. Et oẽs iſte ſi exceſſiue ſint ⁊ in mẽbro ſentiẽte ꝑñt eſſe cã doloris ꝑ ſe aut ꝑ accidẽs excepta mala cõplexione hũida ſine materia. Iux̃ illud ꝑ̃n. ca. nũc dicto. Dicem' ꝙ lʒ vnũ ex gñibus cauſarũ doloris ſit malicia complexionis diuerſe nõ tñ oĩs malicia cõplexionis diuerſe. imo calidũ eẽntialiter ⁊ frigidũ eẽntialit̃ ⁊ ſiccũ accidẽtaliter ⁊ hũidũ nullomõ faciũt dolorẽ. Calor em̃ ⁊ frigiditas ſunt due q̃litates agentes ⁊ ſiccitas ⁊ humiditas ſunt due q̃litates patiẽtes: q̃rũ v̇tutes nõ ſunt vt ꝑ eas corp' imprimat in corp': ſed vt ꝑ eas corpus a corꝑe imprimat̃. Siccitas vero per accidens facit dolorẽ: qm̃ eſt q̃ñ eaʒ ſeq̃tur alteri' gñis cauſa que eſt cõtinuitatis ſolutio. hec ille. Aliter exponi põt paſſus pñs ⁊ ſic intelligi. Poſtea ſciuiſti ꝙ poſtremũ.i. vltimũ mẽbrũ diuiſiõis cauſarũ doloris.ſ. ſolutio ꝯtinuitatis ꝑuenit in proceſſu tꝑis ad maliciã cõplexionis calide aut frigide aut hũide aut ſicce abſq̃ʒ materia aut cũ materia vel ad ventoſitatẽ vel ad apoſtema. ¶ Attende ꝙ gał. oẽs cãs doloris reducit ad vnã: videlʒ ad ſolutionẽ ꝯtinui. Ait em̃ q̃rto ſimplic̃ medicine capło.2. Calidũ nõ mordicat niſi ex ꝟ ꝙ ip̃m corrodit. Et q̃rto morbi capło.6. ait. Frigidũ facit dolorẽ: q2 ſbam ꝯtundit ⁊ frangit. Auer. aũt cõtrario mõ ſentit. Nam tertio colliget ca.44. ait. Solutio cõtinuitatis nõ eſt cã doloris ſicut dicit gał. ſʒ ſolutio ꝯtinuitatis eſt cã cõplexionis q̃ facit dolorẽ. qđ eſt q2 ſolutio ꝯtinuitatis eſt cũ malo motu ⁊ ꝯueniẽs eſt vt talẽ motũ ſeq̃tur mala cõplexio. Princeps vo duas aſſerit eẽ cãs doloris ꝓꝑ̇e ⁊ ꝑ ſe ſine reductione vni' in alterã: ſcʒ malã cõplexionẽ diuerſam: ⁊ ſolutionẽ ꝯtinui. Sed auer. allegato nũc loco reprehendit eũ dicẽs. Neq̃ʒ etiã ſunt cãe doloris due res ſił̃: videlʒ ſolutõ continuitatis ⁊ caliditas ⁊ frigiditas ſicut dicit errãs auicẽna. Quod eſt. q2 iaʒ declaratũ eſt in libro de aĩa ꝙ iſte ſenſus ſentit excellẽtias ꝟm quattuor q̃litates. hoc eſt caliditatẽ frigiditatẽ ſiccitatẽ ⁊ hũiditatẽ: g̊ dolores nõ fiẽt neq̃ʒ ſentient̃ ab eo ſenſu niſi q̃ñ ſupabũt ſua ꝓpria ſenſata ſicut accidit alijs ſenſib'. hec ille. Inter has aũt opiniones. Principis opinio mihi videt̃ veriſił̃ior. Quia ſicut mala cõplexio diuerſa ẽ ſenſibile ꝑ ſe: ſic ſolutio ꝯtinui ſub nũero aut motu cõprehẽſa ẽ ſenſibile ꝑ ſe. Nõ em̃ min' ꝑ ſe ſentiũtur ſenſibilia cõia q̃ ꝓꝑ̇a. Iux̃ illud ariſto.2. de aĩa. Dicitur aũt ſenſibile tripliciter quorũ duo q̇dẽ ꝑ ſe dicim' ſentiri. Vnũ aũt ꝟm accidẽs. Duoꝝ aũt aliud q̇dẽ ꝓpriũ eſt vniuſcuiuſq̃ʒ ſenſus: aliđ vo cõe oĩʒ. Dico aũt ꝓpriũ q̇dẽ qđ nõ ꝯtigit altero ſenſu ſentiri ⁊ circa qđ nõ cõtingit errare: vt viſus coloris ⁊ audit' ſoni. Cõia aũt ſunt mot' quies numerus figura magnitudo. Hmõi em̃ nullius

vnius sunt ꝓpria. ſ; cõia omibus. tactui eñ motus aliquis sensibilis ⁊ visui. Per se q̃dẽ igitur sunt sensibilia hec: hec arist. Et auerroys in cõmento ait. Qm̃ autẽ hec sensibilia sc; ꝓpria ⁊ cõia sunt attributa sensibus essentialiter manifestũ est. Itẽ nemo boni sensus qñ ꝑforat ense tepido vel lãcea tepida se dolere iudicat q: calet aut q: friget: ſ; q: ꝑforat et soluitur vnitas seu ꝯtinuitas alicui⁹ mẽbri. Quid ergo sibi vult mordax auerroys acer reprehensor. 3°. colliget dicẽs. Q: dolores non fiũt neq; sentientur a tactu nisi qñ supabũt sua propria sensata sicut accidit aliis sensibus. Nunquid aristoteli ⁊ sibimet cõtrariatur cũ dicat sensibilia cõia essentialiter seu ꝑ se sentiri.

¶ Et stupefaciẽs quidẽ remouet dolorẽ. quoniam destruit sensu; mẽbri. ¶ Eius vero sensum non aufert nisi propter vnam duarũ causarum: aut propter multam infrigidationem: aut propter multam venenositatem que est in ipso contrariam virtuti illius membri. Ea quoq; que etiam fluxa faciunt sunt ex summa coꝛu; q̃ molliter resoluũt: qualia sunt anetũ

¶ In scõa dicit primo cõcludẽdo ex dictis. Ergo si cause doloris sũt he que dicte sunt sedatio doloris erit seu adueniet ex ꝯtrarietate suaꝝ causarũ ministrando .s. ꝯtrariũ cãe cuiusq; doloris. vt si cã ipsi⁹ fuerit calor ministreꝛ frigidũ: si frigus calidũ: si solutio ꝯtinuitatis reducatur vnio

¶ Queret aliquis cũ sanitas seruetur suo simili ⁊ morbus cureꝛ suo ꝯtrario: nũquid delicie vel delectationes curant dolores. Dic q; dolores ⁊ delectatões in motu cõsistunt ⁊ sunt nature nõ ꝑmanentis sed successiue. Nam dolere nõ est nisi cõtrarietatem rei cõtrarie sentire. Dolor ergo est sensatio rei cõtrarie. Et delectatio est sensatio rei cõuenientis. Et cũ sensatio sit de genere motus seu passiõis assidue dependet a sua causa. ⁊ ideo dolor sedari solet remotione cause nõ delectatõne vt principio effectiuo cũ sit passio. Sed instabit aliq̃s q; doloꝝ quidã sunt mãsiui Iuxta illud p̃n. primi scõa capl'o primo. Et plurimũ etiã ipsu; accidẽs fit egritudo: quẽadmodum dolor capitis q̃ ex febre accidit cum quãdoq; figitur ⁊ tãdiu mansiuus donec fiat egritudo. Dic q; dolor ſm q; ẽ sensatio rei cõtrarie nunq̃ est mãsiuus ex parte sui vel ex ꝓpria natura: sed semper est in fieri: ⁊ nature successiue: ita q; remota eius causa ꝯiuncta ilico sedatur: ſ; põt fieri durans ⁊ mansiuus ex parte cause ei⁹ in corpore fixe vix remouibilis ⁊ diu ꝑmanentis vt in ouo apparet ⁊ in emigranea. Scõo dicit q; est iã scitum q̃liter contrarium sit vnicuiq; causarũ doloris sc; ex capl'is primo scõo tertio ⁊ q̃rto summe scõe doctrine scõe fen scõe primi: vbi agitur de causis malarũ cõplexionu; calide ⁊ frigide humide ⁊ sicce q̃ sibiinuicẽ cõtrarie sunt: ⁊ ex dictis capl'o. 16°. eiusdem summe in quo agitur de causis solutiõis continui: ⁊ ex capl'o. 19°. summe eiusdẽ in quo agitur de causis dolorum absolute. Cognito eñ vno cõtrariorum facile per ipsu; cognoscitur reliquũ. Nam cõtrariorũ ide; est sensus ⁊ eadẽ disciplina: ⁊ ꝓprie ex dictis capl'o. 23° dicte summe in quo agitur de causis deliciarũ. Tertio dicit scitũ eẽ ex dictꝭ qualiter cureꝛ seu mediceꝛ malicia cõplexionis ⁊ apostema ⁊ vẽtositas q̃ sunt cause doloris. De cura quidẽ male cõplexionis capl'o scõo fen huius actũ est. Et de cura apostematis ⁊ vẽtositatis capl'o. 25°. huius fen quod est de cura apostematũ tã humoralium q̃ ventosorum.

¶ In tertia dicit q; oĩs dolor q̃ fortior fit. q̃ natura corporis sustinere possit ẽ interficiens. Cui⁹ causam reddit q: primo ex eo supueniunt mẽbris frigus ⁊ tremor. Frigus q̃dem ex resolutõe naturalis caloris ⁊ spirituũ maxime vitaliũ. Tremor aũt ex debilitatiõe motiue ṽtutis ob resolutõem spirituũ aĩalium. Scõo supuenit ex hoc pulsus paru⁹: deinde destruiꝛ ⁊ moritur dolẽs. Iuxta illð p̃n. primi scõa doctrina tertia summa pria capl'o. 16°. Cũq; doloꝝ ad finẽ sue fortitudinis ꝑuenerit ꝓcedet minorando ⁊ redibit ad inferiora donec magnitudinẽ ꝑdet ⁊ velocitatẽ: ⁊ vires earũ supplebit spissitudo id est frequẽtia forꝭ ⁊ paruitas ⁊ formicatio ⁊ vermiculatio. Et si augmẽtatus fuerit adducet ad raritatem et perditõem. Inde venit cõe ꝓuerbium. Q: dolores ꝓsternũt ṽtutes.

b Ad summũ ⁊c. In hac ꝑte scõa prĩo summarie tãgit tres modos sedãdi dolorẽ. Scõo declarat quõ narcoticũ aufert dolorẽ ibi [Et stupefaciẽs] Tertio quõ tollit sensu; ibi [Ei⁹ vo]

¶ In pria ꝑticula dicit q; ad summũ id ẽ summarie loquẽdo sedãtiũ dolores q̃dã sedant eos mutãdo cõplexionẽ vt calefaciẽdo si a frigore fiat vel infrigidãdo si fit a calore: alia resoluendo materiã ex q̃ dolores fiũt siue fuerit hũor siue vẽtositas aut aquositas. Sic anodina calida adhibita dolores mitigant vt camomilla mellilotũ furfur anetũ pitaria. Alia stupefaciẽdo sicut opiu; mãdragora iusquiam⁹. ¶ Attẽde q; gal. q̃nto simplicis medicie ca°. 20 nõ diuisione trimẽbri ſ; bimẽbri solũ medicinã diuidit sedatiuã doloꝝ abiiciẽs ab ea medicinas illas q̃ sedãt dolores q: curãt morbos ad quos sequiꝛ dolor. Ait eñ ibi. Dico q; medicina sedãs dolore;. alia est q̃ est sedãs vere: ⁊ alia ẽ q̃ dr̃ q; ẽ ita tñ sicut si hõ dicat in mortuo q; dolor ei⁹ iã sedat⁹ est. Et illa q̃ est sedãs dolorẽ vere est cui⁹ ṽtus calefacit in primo gradu: ⁊ ẽ sb̃a in qua est hec ṽtus sb̃a subtilis. Illa autẽ q̃ dicitur sedatiua ⁊ nõ est ita est illa cui⁹ ṽtus ẽ ṽtus multe infrigidatiõis ⁊ ita q; ipsa stupefacit mẽbꝝ ⁊ stupor fortasse erit ꝑuans sensum. Medicine aũt q̃ sanãt aliquã infirmitatu; ⁊ sedaꝛ dolor ꝑ hoc q; ipse sanãt illã egritudinẽ nõ merenturvt dicaꝛ sedatiue doloris. Et illud est qm̃ hec res cõicat oib⁹ medicis sedantib⁹ aliqua; ex egritudinib⁹: hec ga. Ex quib⁹ apparet q; prim⁹ modus sedãdi dolores quem tangit hic p̃n. nõ est bene proprius.

¶ In scõa dicit q; stupefactiuũ sedat dolorem q̃a sensu; destruit mẽbri dolorosi. Qð manifestaꝛ ex descriptõe medicine stupefactiue a p̃n. data scõo hui⁹ capl'o q̃rto. Stupefactiua inq̃t ẽ medicia frigida ex infrigidatõne cui⁹ quã in mẽbro facit ꝓuenit vt ponat sb̃a; spũs deferẽtis ad ipm ṽtutem mot⁹ ⁊ sensus frigidã i cõplexione sua ⁊ grossam in sb̃a sui: q̃re nõ vtuntꝛ eo ṽtutes aĩales ⁊ resoluitur cõplexio mẽbri ꝓpter illud ⁊ nõ recipit impssiões ṽtutũ aĩalium sicut opiũ iusquiam⁹ ⁊ lactuca ⁊ papauer nigrum et mãdragora ⁊ similia solum eis: hec p̃n.

¶ In tertia dicit q; stupefaciens nõ aufert sensum mẽbri dolorosi nisi ꝓpter vnã duarum causaꝝ. Prima ẽ ex vehemẽtia sue infrigidatõis. Scõa ẽ ex venenositate multa q̃ sibi inest ꝯria ṽtuti mẽbri doleꝛ. Et hec stupefaciens venenositas põt eẽ ꝯplicata cũ caliditate. Nã sepe videm⁹ in lepris ⁊ cãcris materias coꝝ calidas adustas stupefacere quasdã particulaꝝ ⁊ sensu; tact⁹ i eis destruere ꝓpꝛ inimicitiã sue venenositaꝛ cũ spiritib⁹ sensitiuis ⁊ calore inato q̃ corrũpũt eos vt mortificãs frigus: sic est de q̃busdã medicis calidis multũ venenosis Iuxta illud gal. q̃nto simplicis medicie capl'o. 20. Medicinaru; aũt que qñ bibũtur faciũt accidere ꝓfunditatem somni ⁊ noiant eas ꝓpter hãc cãm multi hominu; sedatiuas doloris ⁊ facientes somnũ complexio est ſm vltimum ꝯtraria medicinis que vere sũt sedatiue doloris. Et illud est qm̃ ipse infrigidant totum corpus ⁊ cõsequũtur q; stupefaciũt sensum. Et quibusdã illic interpositꝭ ait. Et de istis medicinis sunt q̃dã q̃ sunt ꝯrie hoĩ cu; tota substãtia sua. Et ꝓpter illud qñ sumit hõ ex eis aliq̃d q̃uis sit in vltio ꝑuitatis nocet ei ꝓculdubio sicut ṽmes pini ⁊ alientũ id est tapsia ⁊ solatrũ mortale maniã afferẽs ⁊ argẽtũ viuu; ⁊ multi fungorũ.

c Ea quoq; que etia; ⁊c. In hac tertia parte primo cõnumerat inter resolutiua fluxa facientia. Scõo ventris solutiua ⁊ euacuãtia alia quoquo mõ ibi [Et ventrẽ soluentia] Tertio p̃ferre iubet euacuantia fluxa facientibus ⁊ maturantib⁹ ac aperiẽtib⁹ apostemata ibi [Et fluxa q̃dẽ]

¶ In p̃ma particula respondere videtur cuidã tacite obiectõi. Obiici eñ poss; plures eẽ modos sedãdi dolores his qui p̃dicti sunt. Nã q̃ fluxa faciũt sedant dolores. Rñdet ⁊ dicit q; fluxa faciẽtia sũt ex summa coꝝ q̃ molliter resoluũt. Et sic ꝯtineñꝛ sub scõo gñe sedantiũ dolorẽ. ¶ Attẽde q; fluxa faciẽtia ꝓp̃e sꝭ q̃ subtiliãt grossas ⁊ viscosas hũiditates ⁊ apiũt poros ⁊ dilatãt vias ꝑ quas currant facile ⁊ temperata medicia purgeñꝛ nõ grauãte naturã. Iuxta illð gal. amphoꝝ scõa ꝯmẽto illius canoñ. Corpa vbi quis vult purgare o; fluxa facere. Multi medicoꝝ fluxa facere arbitrati sũt vt vomitu purgãdos antea vomitui prepareni⁹ cũ aqua calida ⁊ humidis ⁊ fastidiosis cibariis ⁊ sic tãdem medicinã dare. Quib⁹ vero pharmacia dãda ẽ vẽtres mollianꝛ aut vẽter ad laxationẽ prepareꝛ. S; tñ hoc nõ vult intentio hypo. S; hic magis aliud necessariũ posuit quod multis multotiens probauimus experientiis. Subtiliandi enim sunt humores grossi ⁊ viscosi et pori aperiendi quibus valeant currere et medicaminibus expelli ⁊ extrahi facile temperata medicina qua non ꝯturbetur natura: hec galienus. De fluxa faciẽtibus ergo sunt medicine anodine ⁊ resolutiue que ponunt humores sub forma vaporis vt medicine incisiue viscosorum humorum ⁊ subtiliatiue grossorum ⁊ aperitiue viarum. Consequenter hic exemplificat princeps de medicinis fluxa facientibus cu; quadam mollificatione et maturatione. Prima est anetum. De quo serapion in aggregatione capitulo de eo scribit auctoritate Galieni q; prima eius virtus est que calefacit in fine tertii gradus et desiccat in principio tertii: ⁊ scõa ẽ virtus que resoluit ⁊ maturat: ⁊ tertia est virtus que sedat dolores ⁊ facit somnum:

Secūda est semen lini. De quo ait idē auctoritate gal. Virtus eius prima est ꝙ est calidū quasi in primo gradu mediū in hūiditate ⁊ siccitate. Et scōa v̄tus est ꝙ est mollificatiuū sedatiuum dolorū. Tertia est mellilotū. De quo ait idē auctoritate eiusdem. Substantia eiꝰ est plus habens caliditatis q̄ frigiditatis: ⁊ sapori eius inest stipticitas: ⁊ virtus scōa est q̄ maturat: ⁊ virtus tertia est que resoluit. Quarta ē camomilla. De qua idē auctoritate eiusdeꝫ ait. Substantia eius est sb̄tilis: ⁊ virtus eiꝰ pr̄ia ē q̄ calefacit ⁊ d̄siccat i primo gradu: ⁊ virtus eius scōa est q̄ resoluit: ⁊ virtus tertia est q̄ confert lassitudini plus oī alia medicina: ⁊ sedat dolores ⁊ mollificat mēbra dura ⁊ lenit spissitudinē paucā. Quinta est semen apij. De q̄ ait idē auctoritate eiusdē. Virtus eiꝰ prima est q̄ calefacit: ⁊ scōa v̄tꝰ q̄ subtiliat ⁊ incidit: ⁊ tertia v̄tus est q̄ ꝓuocat vrinā ⁊ menstruum ⁊ resoluit vētositates. Sexta est amigdale amare. De q̄bus ait idem auctoritate eiusdē. Substantia eaꝝ est subtilis: ⁊ virtus earū prima est calida: ⁊ virtus scōa est ꝙ abstergūt ⁊ aperiunt: ⁊ virtus tertia est ꝙ abstergūt lentigines. Septima est generalr̄ oīs res calida in primo gradu ⁊ ꝓprie si fuerit in ea potētia glutinādi. Naꝫ ꝑ hanc retinet ⁊ claudit intus calorē innatū: vn̄ plus maturat ⁊ digerit humores. Et hmōi res duodeci hic tāgit. Prima est gūmi prunoꝝ. De quo serapion auctoritate gal. caplo de prunis ait. In gūmi vero istarū arboꝝ est incisio ⁊ subtiliatio: ⁊ ideo frangit lapidē. Scōa ē amidū. De quo dicit idē auctoritate eiusdem caplo de frumēto. Quod de amilo sumit̄ infrigidat ⁊ desiccat plus q̄ frumentū. Et scōo huiꝰ caplo de eo ait p̄n. Frigidum est ⁊ siccū in primo. In ipo sunt mūdificatio ⁊ lenificatio. Tertia est cerusa. De qua idē auctoritate eiusdē ait. Virtus eius prima est infrigidatiua: ⁊ scōa cōglutiatiua. Et auctoritate dyascoridis ait. Et v̄tꝰ eiꝰ est ifrigidatiua resolutiua ꝯglutiatiua ⁊ mollitiua. Quarta est crocus. De quo idē auctoritate gal. ait ꝙ prima eiꝰ virtus est q̄ calefacit in tertio gradu ⁊ desiccat in primo: ⁊ scōa est virtus q̄ maturat aliquali maturatōe. ⁊ qd̄ adiuuat ad hoc ē stipticitas parua q̄ reperitur in eo. Quinta est laudanū. De q̄ ideꝫ auctoritate eiusdē ait. Et virtus eiꝰ prima est calida in fine primi gradus ꝓpe scōm: ⁊ virtus eius scōa est q̄ mollificat ⁊ resoluit tēperate ⁊ maturat silr̄ ⁊ aggregat ⁊ fortificat. Sexta est altea. i. bismalua. De qua idē auctoritate eiusdē ait. Radix maluauisci hꝫ in se stipticam v̄tutē. ⁊ totius herbe volo dicere radicū ramorū foliorum florū ⁊ seminū: ⁊ virtus eius prima est virtus q̄ desiccat: verū radix ⁊ semen sunt magis desiccatiua ⁊ plus subtiliatiua: ⁊ virtus eius scōa est q̄ abstergit ⁊ maturat ⁊ stringit: ⁊ v̄tus tertia est que ꝓhibet apostemata ⁊ sedat dolorē. Septia est amomum De q̄ idē auctoritate eiusdē ait. Virtꝰ amomi ē silis v̄tuti acori: nisi q2 acorꝰ ē magꝭ desiccatiuꝰ: ⁊ amomū plꝰ maturatiuū. Et dixit i q̄nto ampho. ꝙ oīa ista sunt calida caliditate forti videlꝫ casialignea costus cinamomū amomū ⁊ faciūt soda. Octaua ē caules. De q̄bꝰ idē auctoritate eiusdē ait. Et v̄tus q̄dē caulis pr̄ia ē virtꝰ q̄ desiccat qn̄ comedit̄ ⁊ qn̄ apponit̄ ex̄ ⁊ nō est manifesta in eo amaritudo neq; acuitas: ⁊ v̄tus eiꝰ scōa est virtꝰ q̄ abstergit ⁊ resoluit ⁊ glutinat. Nona ē napi. De q̄bꝰ ait raf. 3. almā. ca. d̄ oleribus. Napi calidi sunt ⁊ hūidi q̄ iflationē ac crudū gn̄ant phlegma: spma q; acuūt atq; gutturꝭ ⁊ pectoris lenitatē efficiūt: renes ⁊ dorsum calefaciūt. Decima est adipes. De q̄bꝰ serapiō auctoritate gal. ait. Et v̄tꝰ adipis ⁊ pinguedinis ē virtꝰ q̄ calefacit ⁊ humectat qn̄ sunt recētes: qn̄ v̄o veterascūt sunt calidiores ⁊ subtiliores ⁊ magis resolutiue. Undecima ē hysopꝰ cerotꝰ seu hysopū cerotū seu hysopus hūida: ita ꝙ h̄ noīe velut masculino solēt vti aliq̄: alij vt feminco: alij vt neutro. Et d̄r hūida ad dr̄iam hysopi herbe q̄ sicca d̄r. ⁊ q2 est hūida tā i sb̄a q̄ i v̄tute: ⁊ d̄r cerotū q2 silat̄ substantie ceroti ⁊ freq̄nter in cerotis ponit̄: ⁊ est piguedo q̄

⁊ semen lini ⁊ mellilotū ⁊ camomilla ⁊ semen apij ⁊ amigdale amare: et omnis res in primo gradu calida. et proprie qn̄ cum ea fuerit glutinaudi potentia: sicut gūmi prunorū ⁊ amidum ⁊ cerusa ⁊ crocus ⁊ laudanū et altea ⁊ amomū ⁊ caules ⁊ napi ⁊ apozima eorū ⁊ adipes ⁊ hysopus cerotus. ⁊ olea: sicut dicemꝰ in antidotario. ¶ Et ventrē soluētia ⁊ euacuātia

quocūq; modo fuerint sunt istiꝰ modi. ¶ Et fluxa quidem facientia sunt danda post euacuantia si necessariū fuerit euacuare donec materiā restrigas q̄ ad mēbrū descēdit. Et etiā totū illud qd̄ apostemata maturat aut quod ea aperit. Omnibus autemꝰ stupefacientibus fortiuꝫ est opiuꝫ. Et ex eis sunt poma mandragore et eius semē ⁊ cortices radicis ipsius:

solet extrahi d̄ lanis ouiū cū adiutorio feruētis aq̄ ⁊ caloris solis. De q̄ serapion auctoritate ga. ca. de hysopo hūida ait. Virtus eiꝰ est maturatiua ⁊ resolutiua. Et v̄tꝰ huiꝰ medicine ē calefactiua mollificatiua vlcerum induratoꝝ ⁊ ꝓpe vlcerū matricis qn̄ miscet̄ cū melliloto ⁊ butyro. Duodecia ē olea q̄ dicunt̄ in antidotario. s. q̄nto huiꝰ sum. pr̄ia trac. 10 ⁊ maxīe oleū de lilio ⁊ camōilla ⁊ de aneto ⁊ de amigdal. dulcibus. Et exēpla hec 12. debēt referri quedam ad hec v̄ba. Et oīs res in primo gradu calida. Et q̄dam ad hec. Et ꝓpe qn̄ cū ea fuerit glutinandi potētia. ¶ In secunda dicit ꝙ de fluxa facientibus ⁊ sedantibus dolores sunt etiā pharmaca que soluūt ventrē et oēs medicine q̄ educūt hūores ⁊ supfluitates vn̄cūq; fuerit siue ꝑ vomituꝫ siue ꝑ vrinā siue ꝑ sudorē siue ꝑ sputū siue ꝑ muncū vel ꝑ resolutionē insensibilē. Nā tales oēs hūores cōmouēt ⁊ fluere faciūt ⁊ foras educūt ⁊ ꝑ istum modū sedāt dolores. Nōne videmꝰ vehementeꝫ colicā sepe sedari solo vno clisteri: ⁊ acutū stomachi dolorē sedari solo vomitu cholere rubee vel prassine vł e ruginose. Nōne sepe balneo ꝓuocāte sudores acerbissime ventris torsiōes cessant. ¶ In tertia dicit ꝙ tria sunt gn̄a medicinarū q̄ dari dn̄t post euacuatiua ⁊ nō an̄ si necessariū fuerit euacuare donec ⁊ quousq; in mām restrigas q̄ ad mēbrū descendit dolore affectum. Et intellige h̄ ꝑ euacuātia phlebotomiā ⁊ pharmaciā q̄ sunt euacuatiōes vl̄es. Signāter dicit. si necessariū fuerit euacuare: q2 qn̄q; nō est nc̄ariū: puta dum corpꝰ nō est repletū neq; cacochimia neq; plectoria imo inanitū. Tūc em̄ nō eget neq; phlebotomia neq; pharmacia ꝓ ꝑuo dolore vel apostemate. Dicit etiā signant̄. donec mām restrigas q̄ ad mēbrū descēdit: ad denotādū ꝙ diuersa euacuatōe tādiu vtēdū ē q̄diu fluūt supfluitates ad locū doloris. Nec tria gn̄a medicinaꝝ stati dicēda vel aliqd̄ ex eis ꝑus exhibēda sꝫ q̄ fluere desināt supfluitates ad dictū locū. Primū genꝰ ē fluxa faciētiū. Et itellige h̄ ꝑ fluxa faciētia resoluētia: q̄ si adhibueris ꝑti dolēti vel apostemose an̄ euacuatiōeꝫ hūores attrahes plus q̄ resoluas ⁊ malū aggrauabis. Secūdū ē tertiū illd̄ genꝰ qd̄ maturat apostēata. Nā maturatiua q̄ ꝑti oppilāt sua vnctuositate vł viscositate ꝑti attrahūt sua caliditate adhibueris sup mās iā cōculcatas in apostemate ita vt pene suffocēt innatū calorē dispones mēbrū ad corruptōeꝫ estiomēalē: cū nec hūores illic ꝯculcati nec īnatꝰ calor resperaculū habeāt: putrefiēt ḡ putredie pessima cadauerali mēbrū ⁊ hūores. Tertiū ē genꝰ medicinaꝝ q̄ apostemata apiūt vt medicamē de allijs: et dyaq̄lon solutuꝫ cū muscilagine sinapis ⁊ sapone associatū cuꝫ ficubꝰ: et mel anacardoꝝ eq̄liter mixtū cū pice hūida ad ignē: vel cantarides trite cū oleo veteri aut stercus ancipitis aut stercꝰ passerū aut stercus anat. Nā si ista calida fort attractōis ꝑtibꝰ dolētibꝰ āt apostēosis an̄ euacuationē adhibueris malū multiplr̄ augēs aggrauabis dolore d Oibus aūt stupefaciētibꝰ. In hac q̄rta ꝑte cōmemo- (⁊ tumore. rat nouem stupefaciētia q̄rū frigoribꝰ sedant̄ dolores. Primū ē opiuꝫ qd̄ est fortissimū ⁊ violētissimū oīm illoꝝ q̄ stupefaciūt. De q̄ scribit̄ in aggregatore serapionis cap̄. de papauere ꝙ ē gūmi ⁊ succꝰ papauerꝭ nigri. Cuiꝰ v̄tꝰ pr̄ia ē q̄ ifrigidat i q̄rto gradu. Et scōa ē v̄tꝰ narcotica mortificatiua. Et qn̄ sumit̄ de ipo ꝑua q̄titas sic granū orobi sedat dolorē ⁊ facit dormire ⁊ maturat ⁊ confert tussi ⁊ fluxui antiq̄. Et qn̄ ex eo accipit̄ q̄titas magna fac̄ subeth ⁊ postea occidit. Et iterū ibi. Raf ait ⁊ gal. cōfirmauit i lib. venenoꝝ. Et opiū est frigidū ⁊ siccū ⁊ ꝯfert fluxui vētris ⁊ vlceribꝰ intestinoꝝ. Et dosis eiꝰ ē ab vno danich vsq; ad duos: ⁊ q̄titas occidēs ex eo ē due dragme. Et exponit̄ danich in synonimis auicēne ꝙ ē pōdꝰ triū granoꝝ hordei. Sꝫ ianuēsis exponit ꝙ danich arabice nomē ponderis est. 8. granoꝝ hordei ḡ ē duoꝝ kyrat. Et danich vnū ⁊ s. faciūt obolū. Et obulꝰ ē idē qd̄ alnolosat. Et scōo huiꝰ ca. de eo ait p̄n. Opiū ē succꝰ papaueris nigri. Et eiꝰ potio nō addit̄ sup duos danich: frigidū est ⁊ siccū i q̄rto. Est narcoticū sedatiuū oīs doloris siue sit bibitū siue linitū: ⁊ potio ipsiꝰ fit q̄titas lenticule magne. Et ca. pxīo sūme q̄rte trac. p̄mi fen. 6e q̄rti ait. Et dosis ex eo interficiēs est pōdus. 3. 2. Interficit ei in duobꝰ diebꝰ. et ꝓpe qn̄ dat̄ in potu cū vino. Secūdū ē pomū mādragore ⁊ semē ⁊ cortex ipsiꝰ radicis. De q̄bꝰ scribit̄ in aggregatore auctoritate gal. Virtꝰ pr̄ia huiꝰ plāte ē v̄tus frigida i ter-

tio gradu: ⁊ est in ea cũ hoc caliditas pauca. Sed in pomis eiꝰ est humiditas ⁊ ꝓpter hanc cãm faciũt subeth. Sꝫ cortex radicis eiꝰ est frigidꝰ multũ ⁊ cũ hoc desiccat. Sꝫ medulla radicis eius ẽ debilis v̇tutis. Fit aũt vinũ cũ cortice radicis absq; decoctione in hũc modũ. Accipiat ex vino dulci amphora vna ⁊ ꝓijciãt in ea tres radices ⁊ detur in potu ex eo q̃titas triũ onolos illi quẽ necesse ẽ cauterizare aut incidere ⁊ nõ sentiet cauterizationẽ seu icisionẽ ꝓpter subeth qḋ continget ei. Et est onolos pondus granoꝝ .12. Exiccantur aũt poma eiꝰ ⁊ folia ⁊ opꝫ ꝙ in exiccatione caueat vapor eoꝝ. Nã odor eoꝝ facit subeth. Silr etiã cõtigit ex succo eiꝰ. Et qñ sumit de eis vł de succo eiꝰ nimis facit apoplexiã. Sꝫ semẽ

⁊ papauer ⁊ benꝫ ⁊ iusquiamꝰ ⁊ solatrum stupefaciẽs ⁊ semẽ lactuce. Et ex istis nix ⁊ aqua frigida. In doloribus[e] preterea multotiẽs cadit error: qñ erunt eoꝝ cause extrinsece sicut calor: aut frigus: aut ceruicalis eminẽtia: aut lecti corruptio: aut casus qui fit ĩ ebrietate: aut alia ab his ⁊ querũtur eoꝝ cause in corpe ⁊ ꝓuenit inde error. Quapropter scire debes hec: ⁊ cognoscere si est repletio aut nõ: ⁊ si sint cause repletionis no-

pomorũ eiꝰ qñ sumitur in potu mũdificat matricẽ. hec ibi. Tertiũ ẽ papauer. De q̃ scribitur ꝙ sunt ei multe spẽs. Nã ex eo est domesticuꝫ qḋ seminat in hortis: ⁊ ex eo est agreste: et quoddã est albũ: ⁊ aliud est nigrũ. Domestici semẽ inducit somnũ tẽperate qñ puluerizat in pane: ãt miscet cũ melle ⁊ comedit. Sꝫ cõcussi nigri semẽ infrigidat frigiditate forti. Et ꝓpter hãc cãm nõ est aliq̇s q̃ vtat eo solo q̃ effugiat eiꝰ nocumentũ eo ꝙ facit dormire dormitiõe forti. Quartũ est benꝫ ⁊ iusquiamus. Benꝫ in synonimis auicẽne expõit ꝙ ẽ iusquiamꝰ albꝰ. Sed ian. scribit bengi et ait. Bengi arabice est iusquiamꝰ. Stephanꝰ v̇o benegũ scripsit. Et serapiõ ĩ aggregatore ait. beng idẽ iusq̇amꝰ. Ga. Iusquiamꝰ cuiꝰ semen est nigrũ ⁊ signũ sup hoc ꝙ hꝫ semẽ nigrũ est ꝙ flos eiꝰ vergit ad rubedinẽ facit maniã ⁊ subeth. Ille v̇o cuiꝰ semen est subruffum cognoscitur in hoc ꝙ flos eiꝰ est citrinꝰ ⁊ est ꝓpinquꝰ primo in v̇tute. Et ꝓpter hoc opꝫ ꝙ caueat ab his ambabus spẽbus ⁊ nõ vtatur eis aliquis q2 non est iuuamẽtũ in eis: sꝫ occidũt. Iusq̇amꝰ v̇o habens ẽ albũ semẽ ⁊ florem albũ est cõueniẽs vsui medicine ⁊ est in tertio gradu rerũ infrigidantiũ. Dyascorides. Succꝰ iusq̇ami q̃ exp̄mit a semie solo igredit ĩ sief sedantes dolorẽ oculoꝝ ⁊ est cõueniẽs cursui humiditatũ calidaruꝫ ⁊ doloribus matricũ. Et qñ miscet cũ farina. et fit inde emplastrũ est cõueniẽs apostematibꝰ calidis q̃ fiũt in oculis aut in pedibꝰ aut in q̃cunq; alio loco fiat apostema calidũ: ⁊ semẽ eiꝰ facit hoc: ⁊ cũ hoc est bonuꝫ tussi ⁊ catarro ⁊ cursui hũiditatũ ad oculũ: ⁊ qñ bibũtur ex eo duo onolos ac cũ semie papaueris ⁊ mellicrato ꝯfert ĩmoderato fluxui mẽstruorum: ⁊ qñ teritur ⁊ fit cũ eo emplastrũ podagre cũ vino antiq̊ aut apostemati mamillarũ enixe ꝯfert. hec ibi. Quintũ est solatrũ stupefaciẽs.

¶ Attende circa hoc ꝙ solatri q̃ttuor sunt spẽs vt ait serapiõ in aggregatore capło de eo. Una est domestica vsualis q̃ comedit: alia est alkekengi: alia est solatrũ somniferũ: alia ẽ solatrũ maniale aut furiale: qḋ ita dr̄ q2 maniã seu furiã inducit. Et tertia spẽs ꝓposito attinet. Quã dyascorides ita describit. Est planta hñs ramos multos ⁊ spissos egredientes ab ip̄a ⁊ sunt difficiles ad frangendũ ⁊ sunt pleni folijs in q̇bꝰ est hũiditas q̃ adheret manui ⁊ assimilant folijs citonioꝝ: ⁊ flos eiꝰ ẽ rubeus sicut sanguis nõ magnꝰ: ⁊ semẽ eiꝰ est in teca cuiꝰ seminis color ẽ croceus: ⁊ hꝫ radicẽ nõ magnã multũ cuiꝰ cortex est rubei coloris ⁊ nascit in locis aspis ⁊ petrosis. Ga. Huiꝰ v̇tus pria est virtꝰ q̃ infrigidat in tertio gradu: ⁊ scḋa virtꝰ q̃ facit dormire: ⁊ v̇tus tertia ẽ ꝙ qñ accipit ḋ cortice radicis aureꝰ vnus ⁊ bibit cũ vino facit dormire. Et ĩ ꝓprietatibꝰ eiꝰ alijs est silis opio nisi q2 ẽ debilior eo: ⁊ virtꝰ seminis eiꝰ est v̇tus q̃ ꝓuocat vrinam: ⁊ ideo administrat in hydropicis: ⁊ si bibuntur de eo plus 12. granis facit hoiem insanũ. Sextũ est nix. Sepe eñ ꝯstringit ambulantibꝰ in hyeme p loca niuosa suas extremitates ita stupefieri frigore niuis ꝙ sensuꝫ amittãt: imo q̃nq; ꝙ mortificate cadãt ⁊ q̃nq; totũ corpus stupescit ⁊ irrigidat deinde morit. Septimũ ẽ aq̃ veri frigoris: q̃ sua vi stupefactiua tumores calidos ⁊ dolores soluit. Iuxt illḋ hyp. amph. q̇nta. In articulis tumores ⁊ dolores sine vlceratiõe ⁊ podagrã ⁊ spasmos ⁊ hoꝝ plurima aq̃ frigida ĩfusa refrigerat ⁊ attenuat ⁊ dolorẽ soluit stupor eñ mediocris dolorẽ soluit ⁊ minuit. Et gal. in cõmẽto ait. Frigidũ suppositũ his stuporẽ facit ⁊ stupor cũ sensuꝫ tollit dolorẽ minuit

